

(2)

Tomus Quartus  
**D. THOMAE AQVINATIS**  
**DOCTORIS ANGELICI,**  
 COMPLECTENS EXPOSITIONEM,

In Duodecim libros Metaphysices,  
 ARISTOTELIS.  
 Tractatum de Ente, & Essentia. D. Thomæ.  
 Cum Commentariis  
 F. Thomæ de Vis Caietani Cardinalis Sancti Xisti,  
 Et Expositionem eiusdem Diui Thomæ.  
 In Librum de Causis.



R O M A E

M. D. LXX.

0  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31

2 400 40  
 MADE IN SPAIN

(2)

Tomus Quartus  
D. THOMAE AQVINATIS  
DOCTORIS ANGELICI,  
COMPLECTENS EXPOSITIONEM,

In Duodecim libros Metaphysices,  
ARISTOTELIS.

Tractatum de Ente, & Essentia. D. Thomæ.

*Cum Commentariis*

F. Thomæ de Vis Caietani Cardinalis Sancti Xisti,  
Et Expositionem eiusdem Diui Thomæ.

In Librum de Causis.



R O M A E

M. D. LXX.

DIVI  
THOMAE AQUINATIS  
DOCTORIS ANGELICI,

IN XII. LIBROS METAPHY-

SICORVM ARISTOTELIS

EXPOSITIO.

PROLOGVS S. THO.

lib. 1.  
lect. 3.

**S**ICVT docet Philosophus in Politicis suis, Quando aliqua plura ordinantur ad vnum, oportet vnum eorum esse regulans, siue regens, & alia regulata, siue reata. Quod quidem patet in vnione anime, & corporis. Nam anima naturaliter imperat, & corpus obedit.

Similiter etiam inter anime vires. Ira scilicet .n. & concupiscentia scilicet naturali ordine per rationem reguntur. Omnes autem scientie & artes ordinantur in vnum, scilicet ad hominis perfectionem, quae est eius beatitudo. Vnde necesse est, quod vna carum sit aliarum omnium reatrix, quae nomen sapientiae recte vendicatur. Nam sapientis est, alios ordinare. Quae autem sit haec scientia, & circa qualia, considerari potest, si diligenter respiciatur quod est aliquis idoneus ad regendum. Sicur .n. (vt in libro predicto Philosophus dicit) homines intellectualiter vigentes naturaliter aliorum reatres, & dñi sunt:

homines vero, qui sunt robusti corpore, intellectu vero deficientes, sunt naturaliter ferui: ita scientia debet esse naturaliter aliarum regulatrix, quae maxime intellectualis est. Haec autem est quae circa maxime intelligibilia versatur. Maxime autem intelligibilia tripliciter accipere possumus. Primo quidem ex ordine intelligendi. nam ex quibus intellectus certitudinem accipit, videntur esse intelligibilia magis. Vnde, cum certitudo scientiae per intellectum acquiratur ex causis, causarum cognitio maxime intellectualis esse videtur. Vnde & illa scientia, quae primas causas considerat, videtur esse maxime aliarum regulatrix. Secundo, ex comparatione intellectus ad sensum. Nam, cum sensus sit cognitio particularium, intellectus per hoc ab ipso differre videtur, quod vniuersalia comprehendit. Vnde & illa scientia maxime est intellectualis, quae circa principia maxime vniuersalia versatur. Quae quidem sunt ens, & ea quae consequuntur ens: vt vnum & multa, potentia & actus. Huiusmodi autem non debent omnino indeterminata remanere, cum sine his, completa cognitio de his, quae sunt propria alicui generi vel speciei, haberi non possit. Nec iterum in vna aliqua particulari scientia tractari debent: quia cum his vnumquodque genus entium ad sui cognitionem indigeat, pari ratione in qualibet particulari scientia tractarentur. Vnde restat, quod in vna communi scientia huiusmodi tractentur, quae cum maxime intellectualis sit, est aliarum regulatrix. Tertio, ex ipsa cognitione intellectus. Nam cum vnaquaeque res ex hoc ipso vim intellectiuam habeat, quae est a materia immunis, oportet illa esse maxime intelligibilia, quae sunt maxime a materia separata. Intelligibile .n. & intellectum oportet proportionata esse, & vni generis: cum intellectus &

intelligibile in actu sint vnum. Ea vero sunt maxime a materia separata, quae non tantum a signata materia abstrahunt, sicut formae naturales in vniuersali acceptae, de quibus tractat scientia naturalis, sed omnino a materia sensibili. Et non solum secundum rationem, sicut mathematica, sed etiam secundum esse, sicut Deus & intelligentiae. Vnde scientia, quae de istis rebus considerat, maxime videtur esse intellectualis, & aliarum principis siue domina. Haec autem triplex consideratio, non diuersis, sed vni scientiae attribui debet. Nam praedictae substantiae separatae sunt vniuersales, & primae causae essendi. Eiusdem autem scientiae est considerare causas proprias alicuius generis, & genus ipsum: sicut Naturalis considerat principia corporis naturalis. Vnde oportet quod ad eadem scientiam pertineat considerare substantias separatas, & ens commune, quod est generis: cuius sunt praedictae

ARISTOTELIS STAGIRITAE

PERIPATETICORVM PRINCIPIS

METAPHYSICORVM

LIBER PRIMVS.

Antiqua translatio.

C. *Bessarionis Cardinalis Niceni Interpretatio.*

**M**NES homines natura scire desiderant. Signum autem est sensuum dilectio. Praeter enim utilitatem, propter seipsum diliguntur, & maxime aliorum, qui est per oculos. Non enim solum vt agamus, sed & nihil agere debentes, ipsum videre praeter omnibus, vt dicam, aliis eligimus. Causa autem est, quod hic maxime sensum nos cognoscere facit, & multas differentias demonstrat.

**M**NES homines natura scire desiderant. Signum autem est sensuum dilectio. nam & absque usu propter seipsum amantibus. praeter ceteris autem, qui per oculos fit. non enim vt agamus solum, verum etiam nil acturi, ipsum videre praeter omnibus aliis, vt ita dicam, eligimus. causa autem est, quod sensuum hic vel maxime nos cognoscere quicquam facit, multaque differentias manifestat.

substantiae communes & vniuersales causas. Ex quo apparet, quod quauis ista scientia praedicta tria consideret, non tamen considerat quodlibet eorum vt subiectum, sed ipsum solum ens commune. Hoc .n. est subiectum in scientia, cuius causas & passiones quimus: non autem ipsae causae alicuius generis quisi. Nam cognitio causarum alicuius generis, est finis, ad quem consideratio scientiae pertingit. Quamuis autem subiectum huius scientiae sit ens commune, de his quae sunt separata a materia secundum esse & rationem. Quia secundum esse & rationem separari dicuntur, non solum illa, quae nunquam in materia esse possunt, sicut Deus & intellectuales substantiae, sed et illa, quae possunt sine materia esse, sicut ens commune. Hoc tamen non contingeret, si a materia secundum esse dependent. Secundum igitur tria praedicta, ex quibus perfectio huius scientiae attenditur, sortitur tria nomina. Dicitur .n. scientia diuina siue theologia, in quantum praedictas substantias considerat. Metaphysica, in quantum considerat ens & ea quae consequuntur ipsum. Haec .n. metaphysica inueniuntur in via resolutionis, sicut magis communia post minus communia. Dicitur autem prima philosophia, in quantum primas rerum causas considerat. Sic igitur patet quid sit subiectum huius scientiae, & qualiter se habeat ad alias scientias, & quo nomine nominetur.

LECTIO PRIMA.

**V**IC autem scientiae Ar. prooemium praemittit, in quo duo tradit. Primo quidem ostendit circa quid haec scientia versetur. Secundo, qualis sit ista scientia, ibi: Quia vero non actiua. Circa primum duo facit. Primo ostendit quod huius scientiae, quae sapientia Thome super Metaphysicam, a natura

Prooemij  
cap. 1.

† a c. addit  
rerum.

lect. 1. & 3.

lect. 3.  
part. 1.  
lect. 2.  
part. 1.  
lect. 1.



Modus autem, quo ars fit ex experimento, est idem cum modo predicto, quo experimentum fit ex memoria. Nam sicut ex multis memorijs fit vna experimentalis scientia, ita ex multis experimentis apprehensis, fit vniuersalis acceptio de omnibus similibus. Vnde plus habet hoc ars quam experi-

ars cum ex multis experimentibus conceptionibus, vna fit vniuersalis, velut de similibus, acceptio. Acceptionem quidem enim habere quod Callie & Socrati hoc egritudine laborantibus hac contulit, & ita multis singularium, experimenti est: quod aut omnibus huiusmodi secundum vnam speciem determinatis, ac egritudine laborantibus contulit, vt phlegmaticis, aut cholericis, aut estu febricitantibus, artis est.

Ad agere quidem igitur experientia quidem nihil ab arte differre videtur: sed expertos magis proficere videm, sine experientia rationem habentibus. Causa autem est, quia experientia quidem singularium est cognitio, ars vero vniuersaliu. Actus autem & generationes omnes circa singularia sunt. Non enim medicus sanat hominem nisi secundum accidens, sed Calliam, aut Socratem, aut aliquem sic dictorum, cui esse hominem accidit. Si igitur sine experimento quis rationem habeat, & vniuersale quidem cognoscat, in hoc autem singulari ignoret, multotiens quidem peccabit. Singulare namque magis curabile est.

Sed tamen scire & obuiare, magis arte quam experimento esse arbitramur: & artifices expertis sapientiores esse opinamur: tanquam magis sit scire secundum sapientiam omnia sequentem.

Hoc autem est, quia hi quidem causam sciunt, illi vero no. Experti quidem enim ipsum sciunt quia, sed propter quid nesciunt: hi autem propter quid, & causam cognoscunt. Vnde & architectores circa quodlibet quidem huiusmodi honorabiliores, & magis scire manu artificibus putamus & sapientiores, quia factorum causas sciunt. Illi vero

Nam experti magis proficiunt in operando illis, qui habent rationem vniuersalem artis sine experimento. Cuius causa est, quia actiones sunt circa singularia, & singularium sunt omnes generationes. Vniuersalia n. non generantur nec mouentur nisi per accidens, in quantum hoc singularibus copetit. Homo enim generatur, hoc homine generato. Vnde medicus non sanat hominem nisi per accidens, sed per se sanat Platonem, aut Socratem, aut aliquem hominem singulariter dictum, cui conuenit esse hominem, vel accidit in quantum est curatus.

Quamuis enim esse hominem per se conueniat Socrati, tamen curato & medicato per accidens conuenit, hac est enim per se, Socrates est homo, quia si Socras, diffinitur; ponetur homo in eius diffinitione, (vt in quarto dicitur) sed hac est per accidens, curatus vel sanatus est homo.

Fit autem ars, cum e multis experimentalibus conceptibus vna de similibus vniuersalis opinio fiat. Opinari etenim, quod Callia hoc morbo laboranti hoc conduxit, similiter Socrati, ac segillatim alijs multis, experientia: quod autem omnibus huiusmodi secundum vnam speciem determinatis hoc morbo laborantibus conduxit, utpote pituitosis, aut biliosis, aut febre ardente febricitantibus, hoc artis proprium est.

Ad agendum itaque nil videtur experientia differre ab arte. quoniam videmus expertos magis id, quod intendunt, consequi quam illos, qui rationem absque experientia tenent. Causa vero est, quod experientia singularium, ars autem vniuersalium cognitio est. actiones autem, ac generationes omnes, circa singularia sunt, non enim hominem, nisi per accidens sanat, qui medetur, sed Calliam, aut Socratem, aut alium quempiam eorum, qui sic dicuntur, cui accidit hominem esse. Si quis itaque rationem absque experientia tenet, & vniuersale quidem cognoscat, quod autem sub eo particulare est ignoret, sepe numero errabit a sanando. id enim magis sanabile est, quod singulare est.

Nihilominus scire, & cognoscere magis arti, quam experientiae arbitramur inesse: ac eos, qui artem tenent, quam eos, qui experientiam habent, sapientiores esse putamus: eo quod sapientia propter scientiam magis omnes sequitur.

Hoc autem, quoniam illi quidem sciunt causam, hi vero minime. experti etenim sciunt quidem quod est, propter quid autem nesciunt: illi vero propter quid, & causam cognoscunt. Quare & eos, qui in quaque re architecti sunt, honorabiliores & doctiores, ac eis, qui manibus operantur, sapientiores putamus: quoniam causas eorum, que sunt, sciunt.

sapientia sequente omnia id est consequente ad vniuersumque. Magis sit secundum scire, quam secundum operari: vt scilicet dicantur sapientes magis qui magis sciunt, no qui magis sunt operarij. Vnde alia litera hunc sensum habet planior, quae sic dicit: Tamquam secundum illud quod est scire magis, omnes sequuntur sapientiam. Consequenter cum dicitur: Probat predictam praeminentiam tripliciter. Prima probatio talis est. Illi, qui sciunt causam & propter quid, scientiores sunt & sapientiores illis, qui ignorant causam,

sed solum sciunt quia. Experti autem sciunt quia, sed nesciunt propter quid; Artifices vero sciunt causam, & propter quid, & non solum quia: ergo sapientiores & scientiores sunt artifices expertis. Primo primam probat cum dicit. Vnde & architectores &c. Probatio talis est. Illi, qui sciunt causam & propter quid, comparantur ad scientes tantum quia, sicut architectonicae artes, ad artes artificum manu operantium. Sed architectonicae artes sunt nobiliores: ergo & illi, qui sciunt causas & propter quid, sunt scientiores & sapientiores scientibus tantum quia.

Huius probationis prima ex hoc apparet, quia architectores sciunt causas factorum. Ad cuius intellectum sciendum est, quod architector dicitur quasi principalis artifex: ab arcos quod est princeps, & technus quod est ars. Dicitur autem ars principalior illa, quae principaliorum operationem habet. Operationes autem artificum, hoc modo distinguuntur, quia quaedam sunt ad disponendum materiam artificij, sicut carpentarij secundo ligna & componendo, disponunt materiam ad formam nauis. Alia est operatio ad inductionem formae, sicut cum aliquis ex lignis dispositis & preparatis, nauem compaginat. Alia est operatio in vsum rei iam constitutae, & illa est principalissima. Prima autem est infima, quia prima ordinatur ad secundam, & secunda ad tertiam. Vnde nauis factor est architector respectu eius, qui praeparat ligna. Gubernator autem, qui vtitur naui iam facta, est architector respectu nauis factoris. Et quia materia est propter formam, & talis debet esse materia quae formae competat: ideo nauis factor scit causam, quare ligna debeant esse sic disposita, quod nesciunt illi qui praeparant ligna. Similiter, cum tota nauis sit propter vsum ipsius, ille qui naui vtitur, scit quare talis forma debeat esse. Ad hoc enim debet talis esse, vt tali vsum conueniens sit. Et sic patet, quod ex forma artificij sumitur causa operationum, quae sunt circa dispositionem materiae. Et ex vsum sumitur causa operationum quae sunt circa formam artificij. Et sic manifestum est, quod architectores factorum causas sciunt. Illos vero, scilicet manu artifices indicamus vel denominamus, sicut quaedam inanimata, & hoc non ideo, quia faciunt operationes artificiales, sed quia quae faciunt, incognita faciunt. Sciunt enim quia, sed causas non cognoscunt: sicut etiam ignis exurit absque aliqua cognitione. Est igitur quantum ad hoc similitudo inter inanimata & manu artifices, quod sicut absque cause cognitione inanimata operantur vt ordinata ab aliquo superiori intellectu in proprium finem, ita & manu artifices. Sed in hoc est differentia, quia inanimata faciunt vnumquodque suorum operum per naturam, sed manu artifices per consuetudinem: quae licet vim naturae habeat in quantum ad vnum inclinatur determinate, tamen a natura

Et omnino signum scientis est posse docere. & ob hoc magis arte experimeto scientiam esse existimamus. Possunt enim hi docere, illi autem docere non possunt.

Amplius autem sensuum nec vnum sapientiam esse ponimus, cum & his singularium cognitiones maxime sint propriae, sed propter quid de nullo dicunt: vt propter quid ignis calidus, sed quia calidus solum fit.

Primum itaque quidem igitur conueniens est quamlibet artem inuenientem vltra communes sensus, ab hominibus mirari, non solum propter aliquam inuentorum vtilitatem, sed sicut sapientem, & ab alijs distinguentem. Pluribus autem repertis artibus, & alijs quidem ad necessaria, alijs vero ad introductionem existentibus, semper tales illis sapientiores esse arbitrandum est, propter id, quod illorum scientie ad vsum

differt in hoc quod est circa ea, quae sunt ad vtrumlibet secundum humanam cognitionem. Naturalia enim non consuecimus, sicut dicitur in secundo Ethicorum. Nec etiam cognitione carentium est consuecere. Haec autem quae dicta sunt, sic sunt considerata tamquam ex eis appareat quod aliqui non sunt sapientiores secundum quod est, Praeterea, sicut & quaedam inanimata, faciunt quidem, sed nescientia faciunt ea, quae faciunt, ut ignis comburit. sed inanimata natura quadam horum singula faciunt: manibus laborantes, propter consuetudinem, tamquam sapientiores sint, non prout actiui sunt, sed prout rationem habent, causasque cognoscunt.

illi vero, sicut & quaedam inanimata, faciunt quidem, sed nescientia faciunt ea, quae faciunt, ut ignis comburit. sed inanimata natura quadam horum singula faciunt: manibus laborantes, propter consuetudinem, tamquam sapientiores sint, non prout actiui sunt, sed prout rationem habent, causasque cognoscunt.

Et prorsus signum scientis est posse docere. quamobrem magis artem quam experientiam scientiam esse existimamus. Possunt enim hi docere, illi autem docere non possunt.

Practerea sensum nullum putamus sapientiam esse. tamen si singularium haec maxime propriae cognitiones sunt, de nullo tamen dicunt propter quid, vt propter quid calidus ignis, sed solum quod calidus.

Primum itaque cuiuscunque artis supra communes sensus inuentorem. non solum quoniam vtile esset, quod inuentum erat, verum etiam vt sapientem, & ceteris praestantem, (vt verisimile est) homines ad mirabantur. Cum autem plures artes inueniuntur, quarum aliae ad necessaria, aliae ad degenandum essent, semper tales sapientiores illis esse putamus, quod eorum scientia non ad vtilitatem essent. Quod fit, vt huius-

rimento cognoscunt, alijs tradant, non recipiuntur per modum scientie, sed per modum opinionis vel credulitatis. Vnde patet, quod artifices sunt magis sapientes & scientes expertis. Deinde cum dicitur: Ponit tertiam rationem, quae talis est. Cognitiones singularium magis sunt propriae sensibus quam alicui alteri cognitioni, cum omnis cognitio singularium a sensu oriatur. Sed tamen. Nec vnum. id est, nullum sensum dicimus sapientiam, scilicet propter hoc quod licet aliquis sensus cognoscat quia, tamen non propter quid cognoscit. Tactus enim iudicat quod ignis calidus est, non tamen apprehendit propter quid. Ergo experti, qui habent singularium cognitionem, causam ignorantes, sapientes dici non possunt. Deinde cum dicitur:

Comparat artem actiuam speculatiuam. & circa hoc duo facit. Primo ostendit quod ars speculatiua magis est sapientia quam actiua. Secundo responder quidam obiectioni, ibi: In moralibus. Ostendit autem quod primo dictum est, tali ratione. In quibuscumque scientijs vel artibus inuenitur id, propter quod homines scientes pra alijs hominibus in admiratione vel honore habentur, ille scientie sunt magis honorabiles, & magis dignae nomine sapientie. Quilibet autem inuentor artis habetur in admiratione, propter hoc, quod habet sensum & iudicium & discretionem cause vltra aliorum hominum sensum, & non propter vtilitatem illorum, quae inuenit, sed magis admiratur & Sicut sapientem & ab alijs distinguentem. Sapientem quidem, quantum ad

Cap. 1.

T. c. 19.

T. c. 5. Le. 4.

Li. 6. Ethic. Cap. 3.

Subtilem inquisitionem caufarum rei inuentæ: distinguetm vero quantum ad inuestigationem differentiarum vnius rei ad aliam. vel aliter. Ab alijs distinguetm, ut passiuè legatur, quasi in hoc ab alijs distinguatur. Vnde alia litera habet.

Ethic. 6. c. 4.

Cap. 7. proce.

Lect. 4.

non funt. Vnde omnibus talibus rebus iam partis, que non ad voluptatē, nec ad necessitatem scientiarum reperiuntur. Et primū in his locis vbi vacabant. Vnde circa Aegyptū mathematicę artes primū subsisterunt. Ibi namq; gens sacerdotū vacare dimissa est. In moralibus autē quę sit artis & scientię differentia & similitudinum dictum est.

Cui autē gratia nūc sermone facimus hoc est, quia denominatā sapiētia circa primas causas, & principia existimāt oēs versari. Quare, sicut dictū est prius, expertus quidē quęcūq; sensum habētibus, sapiētior esse videt: Artifex autē expertis, architector autē manu artificis, speculatiui autē magis actiuus. Quod quidē igitur sapiētia & circa quasdam causas & principia sit scientia, manifestum est.

LECTIO II.

Voniam autē sciētiam hanc quęrimus circa quales causas, & circa qualia principia sapientia & scientia sit, hoc vtiq; considerandum erit. Si itaque accipiat aliquis existimationes, quas de sapiētē habemus, fortassis ex his manifestum erit. Primum itaque sapiētē scire oīa maxime, sicut decet, accipimus, nō singularē scientiam eorum habentem.

Postea difficilia cognoscere potentem, nec leuia homini noscere, hunc sapiētē dicimus.

Postea difficilia cognoscere potentem, nec leuia homini noscere, hunc sapiētē dicimus. Vnde & circa Aegyptum primo inuentæ sunt artes mathematicę, quę sunt maxime speculatiuę a sacerdotibus, qui sunt concessi studio vacare: & de publico expensas habebant, sicut etiam legitur in Genesi. Sed quia vñs nomine artis fuerat & sapientia & scientia quasi indifferenter, ne aliquis putet hæc omnia esse nomina synonyma idem penitus significancia, hanc opinionem remouet & remittit ad librum Moralium, id est ad sextum Ethicorum, vbi dictum est, in quo differant scientia & ars, & sapientia, & prudentia, & intellectus. Et vt breuiter dicatur sapientia & scientia & intellectus sunt circa partem animę speculatiuam, quam ibi scientificum animę appellat. Differunt autem, quia intellectus est habitus principiorum primorum demonstrationis. Scientia vero est conclusionis ex causis inferioribus. Sapientia vero considerat causas primas. Vnde ibidem, dicitur caput scientiarum. Prudentia vero, & ars est circa animę partem practicam, quę est ratiocinatiua de contingentibus operabilibus a nobis. Et differunt. Nam prudentia dirigit in actionibus, quę non transeunt ad exterioram materiam, sed sunt perfectiones agentis; vnde dicitur

ibi, quod prudentia est recta ratio agibilium. Ars vero dirigit in factionibus, quę in materiam exteriorē transeunt, sicut edificare & secare: vnde dicitur, quod ars est recta ratio fabricilium. Deinde cum dicitur: nō ostendit ex præhabitis principiale

propositum, quod scilicet sapientia sit circa causas. Vnde dicitur, quod hoc est cuius gratia. Nunc sermone facimus. Id est ratiocinatio nem prædictam; quia scientia illa, quę denominatur sapientia, videtur esse circa primas causas, & circa prima principia. Quod quidē patet ex præhabitis. Vnusquisque enim tanto sapiētior est, quanto magis accedit ad causę cognitionem; quod ex præhabitis patet, quia expertus est sapiētior eo, qui solum habet sensum sine experimento. Et artifex est sapiētior experto quocūq;: Et inter artifices architector est sapiētior manu artificis. Et inter artes etiam & scientias, speculatiuę sunt magis scientia quā actiuę. Et hæc omnia ex prædictis patent: Vnde relinquuntur, quod illa scientia, quę simpliciter est sapientia, est circa causas. Et est similis modus arguendi, sicut si dicemus, illud quod est magis calidum, est magis igneum: vnde quod simpliciter est ignis, est calidum simpliciter.

Cuius autem gratia nūc sermone facimus, illud est, quod appellatam Sapientiam circa primas causas, & principia omnes arbitrantur versari. Quare, vt dictum est prius, expertus quidē sensum quemcūque habentibus sapiētior esse videtur: artifex vero expertis architectus etiam manibus laborans, speculatiui autem factiuus. Quod igitur sapientia circa aliquas causas, & principia scientia sit, patet.

LECTIO II.

Voniam autem hanc scientiam quęrimus, hoc vtiq; considerandum erit circa quales causas, & qualia principia scientia et sapiētia est. Si itaque referet quisquam quas de sapiente opiniones habemus, fortassis ex hoc magis appareat. Primo igitur opinamur sapientem maxime omnia, vt possibile est scire, non habentem singulariter eorum scientiam.

Deinde illum, qui difficiliora, neque scitu facilia homini cognoscere possit, sapientem existimamus. Senti-

scientia sit quędam scientia circa causas existens, hic vult ostendere circa quales causas, & circa qualia principia sit. Ostendit autem quod est circa causas maxime vniuersales & primas, & argumentatur a diffinitione sapientia. Vnde circa hoc tria facit. Primo colligit diffinitionem sapientia ex his, quę homines de homine sapiente & sapientia opinantur. Secundo ostendit, quod omnia ista conueniunt vniuersali scientia, quę considerat causas primas & vniuersales. Ibi & istorum autem &c. Tertio concludit propositum. Ibi: Ex omnibus ergo &c. Circa primum ponit sex opiniones hominum communes, quę de sapientia habentur. Primam: Ibi: Primum itaque &c. Quę talis est, quod communiter omnes accipiunt sapientem maxime scire omnia, sicut eum decet, non quę habeat noticiam de omnibus singularibus, hoc enim est impossibile, cum singularia sint infinita, & infinita intellectu comprehendendi non possunt. Deinde cum dicitur: b. Secundam ponit, & est ista, quę illum sapientem ponimus esse, qui est potens ex virtute sui intellectus cognoscere difficilia, & illa, quę non sunt leuia communiter hominibus ad sciendum.

LECTIO II. Ostquam Philosopho ostendit quodd par. 7. b. d.

sciendum, quia commune est omnibus sentire, id est sensibilia cognoscere. Vnde hoc est facile, & non est sophon, fidei ali quid sapientis & ad sapientem pertinens. Et sic patet, quod id quod proprie ad sapientem pertinet, non leuiter ab omnibus cognoscitur. Deinde cum dicitur: c. Tertiam ponit, & est, quod nos dicimus illum sapientem esse, qui de his, quę scit, habet certitudinem magis quā alij communiter habeant. Deinde cum dicitur: d. Quartā ponit, & est talis. Illum dicimus magis sapientem in omni scientia, & potest assignare causas cuiuslibet quęstionis, & per hoc docere. Deinde cum dicitur: e. Quintam ponit, & est, quod illa de numero scientiarum est sapientia, quę per se est magis eligibilis & voluntaria, id est volita gratia sciētię, & propter ipsū scire, quę illa scientia, quę est causa quorūcūq; aliorum contingētium, quę possunt ex scientia generari: cuiusmodi est necessitas vitę, delectatio, & huiusmodi alia. Deinde cum dicitur: f. Sextam ponit, h. & est talis, quę istam sapientiam, de qua facta est mentio, oportet esse, vel dicimus esse, & magis antiquiorem, & id est digniorem: & famulante scientia: Quod quidem ex præhabitis intelligi potest: Nam in artibus mechanicis famulantes sunt ille, quę exequuntur manu operando præcepta superiorum artificum, quos supra architectores & sapientes nominauit. Et quę magis conueniat ratio sapientię scientiis imperantibus, quam famulantibus probat per duo: Primum, quia scientię famulantes ordinantur a superioribus scientiis. Artes enim famulantes ordinantur in finem superioris artis, sicut ars equestris ad finem militaris. Sed sapientem sciendum omnem opinionem non decet ordinari ab alio, sed ipsū potius alios ordinare. Item: inferiores architectores persuadentur a superioribus, in quantum credunt superiores artificibus circa operanda, vel scienda. Credit enim nauifactor gubernatori docenti, qualis debet esse forma nauis: Sapienti autem non conuenit vt ab alio persuadeatur, sed ipse alijs persuadeat suam sententiam. Ista igitur sunt tales opiniones, quas homines accipiunt de sapientia & sapientē: Ex quibus omnibus potest quędam sapientię descriptio formari, vt ille sapiens dicatur, qui scit omnia etiam difficilia per certitudinem & causam, ipsū scire propter se quęrens; & alios persuadens. Et sic patet quasi maior syllogismi. Nam omnem sapientem oportet talem esse, & e conuerso, quicūq; est talis, sapiens est. Deinde cum dicitur: g. Ostendit, quod omnia prædicta conueniunt ei, qui cognoscit primas causas & vniuersales, & eo ordine prosequitur quo supra posuit. Vnde primo posuit, quę habent scientiam vniuersalem, maxime in se omnia scire, quod erat primum. Quod sic patet. Quicūq; enim scit vniuersalia, aliquo modo scit ea, quę sunt subiecta vniuersalibus, quia scit ea in illa, sed his quę sunt maxime vniuersalia, sunt omnia subiecta: Ergo ille qui scit maxime vniuersalia, scit quodammodo omnia. Deinde cum dicitur: h. Ostendit eidem inesse secundum, tali ratione. Illa, quę sunt maxime a sensibilibus remota, difficilia sunt hominibus ad cognoscendum. (Nam sensitiua cognitio initium sumat.) Sed illa, quę sunt maxime vniuersalia, sunt sensibilibus remotissima, eo quod sensus singularium sunt: ergo vniuersalia sunt difficillima hominibus ad cognoscendum. Et sic patet quod illa scientia est difficillima, quę est maxime de vniuersalibus. Sed contra hoc videtur esse, quod habet primo Philosopho. Ibi enim dicitur, quod magis vniuersalia sunt nobis primo nota. Illa autem, quę sunt primo nota, sunt magis facilia. Sed dicendum, quod magis vniuersalia secundum simplicem apprehensionem sunt primo nota. Nam primo in intellectu cadit ens, vt Auicenna dicit, & prius in intellectu cadit animal quā homo. Sicut enim in esse nature quod de potētia in actum procedit prius est animal quā homo, ita in generatione scientię prius in intellectu concipitur animal quā homo. Sed quārum ad inuestigationem naturalium proprietatum & causarum, prius sunt nota minus communia, eo quod per causas particulares, quę sunt vnius generis, vel speciei, peruenimus ad causas vniuersales.

ostendit eidem inesse secundum, tali ratione. Illa, quę sunt maxime a sensibilibus remota, difficilia sunt hominibus ad cognoscendum. (Nam sensitiua cognitio initium sumat.) Sed illa, quę sunt maxime vniuersalia, sunt sensibilibus remotissima, eo quod sensus singularium sunt: ergo vniuersalia sunt difficillima hominibus ad cognoscendum. Et sic patet quod illa scientia est difficillima, quę est maxime de vniuersalibus. Sed contra hoc videtur esse, quod habet primo Philosopho. Ibi enim dicitur, quod magis vniuersalia sunt nobis primo nota. Illa autem, quę sunt primo nota, sunt magis facilia. Sed dicendum, quod magis vniuersalia secundum simplicem apprehensionem sunt primo nota. Nam primo in intellectu cadit ens, vt Auicenna dicit, & prius in intellectu cadit animal quā homo. Sicut enim in esse nature quod de potētia in actum procedit prius est animal quā homo, ita in generatione scientię prius in intellectu concipitur animal quā homo. Sed quārum ad inuestigationem naturalium proprietatum & causarum, prius sunt nota minus communia, eo quod per causas particulares, quę sunt vnius generis, vel speciei, peruenimus ad causas vniuersales.

Et principaliorem, quā ei subministrantem, potius sapientiam esse. non enim vt sapientē precipiatur, sed vt ille precipiat: nec vt ille ab altero, sed ab eo minus sapienti suadeatur. Tales quidem igitur, æstimationes, & tot de sapientia & sapientibus habemus.

Horum autem hoc quidem, omnia inquam scire, illi, qui maxime vniuersalem scientiam habent inesse necesse est. hic autem nouit omnia aequaliter subiecta. Sed ferē autē & difficillima sunt ea hominibus ad cognoscendū, quę maxime sunt vniuersalia. nā a sensibilibus sunt remotissima. Scientiarum vero certissime sunt, quę maxime priorū sunt. Nā quę sunt ex paucioribus, certiores sunt ex additione dicitur: vt Arithmetica Geometria.

Ferē autem & difficillima hominibus cognita sunt ea, quę maxime vniuersalia sunt, siquidem remotissima sunt a sensibus. Scientiarum autem illa certiores sunt, quę maxime primorum sunt. nam quę sunt ex paucioribus, certiores sunt, quę ex additione dicitur: vt Arithmetica quā Geometria.

Et autem, quę sunt vniuersalia in causando, sunt posterius nota quo ad nos, licet sint prius nota secundum naturā, quam vniuersalia per predicationem sunt aliquo modo prius quo ad nos nota, quā minus vniuersalia, licet non prius nota quā singularia. Nam cognitio sensus, qui est cognitio singularium, in nobis præcedit cognitionem intellectiuam, quę est vniuersalium. Facienda est etiam vis in hoc, quod maxime vniuersalia non dicit simpliciter esse difficillima. Sed ferē. Illa enim quę sunt a materia penitus separata secundum esse, sicut substantię immateriales, sunt magis difficilia nobis ad cognoscendum, quā etiam vniuersalia: & ideo ista scientia, quę sapientia dicitur, quāuis sit prima in dignitate, est tamen vltima in addiscendo. Deinde cum dicitur: i. Ostendit tertium eidem inesse tali ratione. Quanto alię scientię sunt priores naturaliter, tanto sunt certiores: quod ex hoc patet, quia illa scientia, quę dicuntur ex additione ad alias, sunt minus certę scientiis, quę pauciora in sua consideratione comprehendunt, vt Arithmetica certior est Geometria. Nam ea, quę sunt in Geometria, sunt ex additione ad ea, quę sunt in Arithmetica. Quod patet, si consideremus, id quod vtraque scientia considerat, vt primum principium, scilicet vnitatem, & punctum. Punctus nam addit supra vnitatem suam. Nam ens indiuisibile rationē vnitatis constituit. Et hæc secundum quod habet rationē mensurę, sit principium numeri. Punctus autē supra hoc addit situm. Sed scientię particulares sunt posteriores secundum naturam vniuersalibus scientiis, quia subiecta earum addunt ad subiecta scientiarum vniuersalium sicut patet quod ens mobile, de quo est Tho. sup Metaphy. A 4 Natu-

t. c. 2.



Scientiam, quæ est secundum suam conditionem, quæ scilicet ordinatur ad necessaria uitæ, quibus homo indiget. Iste autem error Simonidis, proueniebat ex aliquorum poetarum errore, qui dicebant, quod res diuina inuidet, & ex inuidia, ea quæ ad honorem suum pertinent, non vult Deus ab omnibus acceptari. Et si in alijs Deus hominibus inuidet, multo magis est iustum in hoc, scilicet in scientia propter se quæ sita, quæ est honorabilissima inter omnia. Et secundum eorum opinionem nem sequitur, quod oēs imperfecti sunt infortunati. Fortunatos enim esse homines dicebant ex prouidentia deorum, qui eis bona sua communicabant. Vnde ex inuidia deorum sua bona communicare nolentium, sequitur quod homines extra perfectionem huius scientiæ remanentes, sint infortunati. Sed radix huius opinionis est falsissima, quia non est cōueniens, quod aliqua res diuina inuideat. Quod ex hoc patet, quia inuidia est tristitia de prosperitate alicuius. Quod quidem accidere non potest, nisi quia bonū alterius æstimatur ab inuido, ut proprii boni diminutio. Deo autem non cōuenit esse tristitem, cum non sit alicui malo subiectus. Nec etiā per bonum alterius, eius bonum diminui potest, quia ex eius bonitate, sicut ex indeficienti fonte, omnia bona effluit. Vnde etiam Plato dixit, quod a Deo est omnis repleta iudicia. Sed poetæ non solum in hoc, sed in multis alijs mentiuntur, sicut dicitur in proverbio vulgari.

¶ Ostendit quartum, scilicet, quod hæc scientia sit honorabilissima tali ratione. Illa scientia est maxime honorabilis, quæ est maxime diuina, sicut etiam Deus honorabilior est rebus omnibus; sed ista scientia est maxime diuina; ergo est honorabilissima. Minor sic probatur. Aliqua scientia dicitur esse diuina dupliciter, & hæc sola scientia utroque modo diuina dicitur. Vno modo scientia diuina dicitur, quam Deus habet. Alio modo, quia est de rebus diuinis. Quod autem hæc sola habeat utrumque, est manifestum, quia cum hæc scientia sit de primis causis, & principijs, oportet quod sit de Deo, quia Deus hoc modo intelligitur ab omnibus, ut de numero causarum existens, & de quodam principium rerum. Itē talem scientiā, quæ est de Deo & de primis causis, aut solus Deus habet, aut si non solus, ipse tamen maxime habet. Solus quidem habet secundum perfectam comprehensionem. Maxime vero habet, in quantum suo modo etiam ab hominibus habetur, licet ab eis non ut possessio habeatur, sed sicut aliquid ab emanatum. Ex his autem vterius concludit, quod omnes alie scientiæ sunt necessariæ, magis quam ista, ad aliquam vitæ utilitatem. Minus enim sunt propter se quæ sita, sed nulla aliarum dignior ista potest esse.

¶ Hic ponit terminum, in quem proficit ista scientia, & dicit, quod ordo eius consistit vel terminatur ad contrarium eius, quod erat in illis, qui prius istam scientiam querebant. Sicut etiam in generationibus naturalibus & moribus accidit. Nam vnusquisque motus terminatur ad contrarium eius, a quo motus incipit. Vnde, cum inquisitio sit motus quidam ad scientiam, oportet quod terminetur ad contrarium eius, a quo incipit. Initia est autem (ut prædictum est) inquisitio; huius scientiæ ab admiratione de omnibus; quia primi admirabantur pauca, posteriores vero occulta. Quæ quidem admiratio erat, si res ita se haberet, sicut automata mirabilia, id est quæ videntur mirabiliter a casu accidere. Automata, n. dicitur quasi per se accidentia. Admirantur enim homines præcipue quando aliqua a casu eueniunt hoc modo, ac si essent præuisa, vel ex aliqua causa determinata. Casualia enim non a casu sunt determinata, & admiratio est propter ignorantiam causæ. Et ideo, cum homines nondum poterant speculari causas rerum, admirabatur omnia quasi quædam casualia. Sicut admirantur circa conuersiones Solis, quæ sunt due, scilicet duos tropicos, hyemalem & æstiualem. Nam in tropico æstiuale incipit Sol conuerti versus meridiem, cum prius versus septentrionem tenderet. In tropico autē hyemale conuerti. Et etiā circa hoc, quod diameter non est cōmensurabilis lateri quadrati. Cui enim non mensurari videatur esse solius inmensibilis, sicut sola vnitas est, quæ non mensuratur a numero, sed ipsa omnes numeros mensurat, mirum videtur si aliquid quod non est indiuisibile non mensuratur, ac per hoc id quod non est minimum non mensuratur. Constat autem quod diameter quadrati & lateris eius, non sunt indiuisibilia sine minima. Vnde mirum videtur, si non sunt cōmensurabilia. Cui ergo philosophiæ inquisitio ab admiratione incipiat, oportet ad contrarium finire vel proficere, & ad id proficere, quod est dignius, ut proverbium vulgare concordat, quod dicitur, quod semper proficere est in melius. Quid autem sit illud contrarium & dignius, patet in prædictis mirabilibus: quia, quando iam homines discunt causas prædictorum, non mirantur. Ut geometer non admiratur, si diameter sit incommensurabilis lateri. Scit enim causam huius, quia scilicet proportio quadrati diametri ad quadratum lateris, non est sicut proportio numeri quadrati ad numerum quadratum, sed sicut proportio duorum ad vnum. Vnde relinquitur, quod proportio lateris ad diametrum, non sit sicut proportio numeri ad numerum. Et ex hoc patet, quod cōmensurari non possunt. Illæ enim solæ lineæ sunt cōmensurabiles, quarum proportio ad vnum est, sicut proportio numeri ad numerum. Hæc ergo finis huius scientiæ, in quem proficere debemus, & causas cognoscere, non ad miserum de earum esse cōsuetibus. Patet igitur ex prædictis, quæ sit natura huius scientiæ, quia est speculatiua, & libera, non humana, sed diuina; & quæ est eius intentio, quæ

conuenit. Poetæque, secundum proverbium, Multa mentiuntur poetæ.

Nec aliam quam huiusmodi deest honorabiliorem putare, quæ enim diuinissima, eadem etiam honorabilissima est. Talis vero bifariam duntaxat vitæ fuerit, nam & illa, quam maxime Deus habet, Dea scientiarū est: & utique si qua sit diuinorum. Sola autem ista ambo hæc fortita est. Deus autē vī cā omnibus esse, & præcipiū quoddā: & talē aut solus, aut maxime Deus hēt. Necessariores quidē igitur omnes ipsa, dignior vero nulla.

Oportet autem quodam modo eius ordinem in contrarium nobis inquisitionum, quæ a principio fiebant, cōstitui. incipiunt etenim omnes, ut diximus, ab admiratione, an sic se habeat, sicut de præstigijs, quæ per se ipsa mouentur, illi, qui nondum speculati sunt causam, aut de solstitijs, aut de diametri incommensurabilitate, admirabile enim omnibus videtur, si quid, cum non sit minimum, non mensuretur. decet autem in contrarium, & in melius, secundum proverbium, cōsummare, quemadmodum in his fit, cum discant, nil enim magis vir Geometricus admiraretur, quam si diameter cōmensurabilis fieret. Quæ nam igitur natura eius scientiæ, quæ queritur, et quæ intentio, quæ debet quæstio, & totus tractatus consequi, dictum est.

¶ Ostendit quartum, scilicet, quod hæc scientia sit honorabilissima tali ratione. Illa scientia est maxime honorabilis, quæ est maxime diuina, sicut etiam Deus honorabilior est rebus omnibus; sed ista scientia est maxime diuina; ergo est honorabilissima. Minor sic probatur. Aliqua scientia dicitur esse diuina dupliciter, & hæc sola scientia utroque modo diuina dicitur. Vno modo scientia diuina dicitur, quam Deus habet. Alio modo, quia est de rebus diuinis. Quod autem hæc sola habeat utrumque, est manifestum, quia cum hæc scientia sit de primis causis, & principijs, oportet quod sit de Deo, quia Deus hoc modo intelligitur ab omnibus, ut de numero causarum existens, & de quodam principium rerum. Itē talem scientiā, quæ est de Deo & de primis causis, aut solus Deus habet, aut si non solus, ipse tamen maxime habet. Solus quidem habet secundum perfectam comprehensionem. Maxime vero habet, in quantum suo modo etiam ab hominibus habetur, licet ab eis non ut possessio habeatur, sed sicut aliquid ab emanatum. Ex his autem vterius concludit, quod omnes alie scientiæ sunt necessariæ, magis quam ista, ad aliquam vitæ utilitatem. Minus enim sunt propter se quæ sita, sed nulla aliarum dignior ista potest esse.

¶ Hic ponit terminum, in quem proficit ista scientia, & dicit, quod ordo eius consistit vel terminatur ad contrarium eius,

oportet habere questionem, & totam methodum, & totam hanc artem. Intendit enim circa primas & vniuersales rerum causas, de quibus etiam inquiri & determinari. Et propter hanc cognitionem, ad prædictum terminum peruenit, ut scilicet nō admittatur, cognitio causis.

LECTIO III.

¶ Vniuersalis autem manifestum est, quod earum que a principio causarū, oportet sumere scientiam. (Tunc. n. scire dicimus vnumquodque, quā primam causam cognoscere putamus.) causæ vero quadrupliciter dicuntur, quarum quidem vnam causam dicimus esse substantiam, & quæ quid erat esse: quæ quid erat esse: reducit. n. ipsum quare primum ad rationem vltimam, causa autem & principium, ipsum quare primum: vnam vero materiam & subiectum: Tertiam autē, vnde principium motus: Quartam vero causam ei oppositam, & quod est cuius causa, & bonum. Finis igitur generatiōis & motus oīs hic est. Sufficiens quidē igitur de his speculatum ē in his, quæ de natura.

¶ Accipiemus tamen & nobis priores ad entium perscrutationem venientes, & de veritate philosophantes. palā. n. quia dicit illi etiam principia aliqua & causas. Superuenientibus igitur erit aliqd præ opere methodo quod nunc. Aut. n. aliud aliqd causæ genus inueniemus, aut modo dictis magis credemus.

¶ Primum igitur philosophantium plurimi sola ea, quæ in materia autem est illa, quia, aut ex prædictis eorum inueniemus aliud genus a causis prænumeratis, aut magis credemus his quæ modo diximus de causis, quod scilicet sint quatuor.

se in libro Physicorum, ne ab eo ad præfens diffusior expositio causarum quæreretur.

LECTIO III.

¶ Vniuersalis autem manifestum est, quod earum que a principio causarū, oportet sumere scientiam. (Tunc. n. scire dicimus vnumquodque, quā primam causam cognoscere putamus.) causæ vero quadrupliciter dicuntur, quarum quidem vnam causam dicimus esse substantiam, & quæ quid erat esse: quæ quid erat esse: reducit. n. ipsum quare primum ad rationem vltimam, causa autem & principium, ipsum quare primum: vnam vero materiam & subiectum: Tertiam autē, vnde principium motus: Quartam vero causam ei oppositam, & quod est cuius causa, & bonum. Finis igitur generatiōis & motus oīs hic est. Sufficiens quidē igitur de his speculatum ē in his, quæ de natura.

¶ Accipiemus tamen & nobis priores ad entium perscrutationem venientes, & de veritate philosophantes. palā. n. quia dicit illi etiam principia aliqua & causas. Superuenientibus igitur erit aliqd præ opere methodo quod nunc. Aut. n. aliud aliqd causæ genus inueniemus, aut modo dictis magis credemus.

¶ Primum igitur philosophantium plurimi sola ea, quæ in materia autem est illa, quia, aut ex prædictis eorum inueniemus aliud genus a causis prænumeratis, aut magis credemus his quæ modo diximus de causis, quod scilicet sint quatuor.

1. phys. 1. c. 2. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.



mate, quæ ad rationem principij pertinere videntur. Nam id ex quo res est, principium rei esse videtur: huiusmodi autem est materia. Nam ex materia dicimus materiam esse, vt ex ferro cultellum. Item illud ex quo fit aliquid, cum fit & principium generationis rei, videtur esse causa rei, quia res per generationem procedit in esse. Ex materia autem primo res fit, quia materia rerum factiõni pre-existit. Et ex ipsa et non per accidens aliquid fit. Nam ex contrario vel priuatione aliquid per accidens dicitur fieri, sicut dicimus, quod ex nigro fit album. Tertio illud videtur esse rerum principium, in quo finaliter omnia per corruptionem resoluantur. Nam sicut principia sunt prima in generatione, ita sunt vltima in resolutione. Et hoc etiam materie manifeste coniungit. Quarto, cum principia oportet manere, id videtur esse principium, quod in generatione, & corruptione manet. Materia autem, quam dicebant esse substantiam rei manet in omni transmutatione: sed passionibus mutantur, vt forma & omnia, que adueniunt supra substantiam materie. Et ex his omnibus con-

cludebant, quod materia est elementum & principium omnium eorum, quod sunt. Hic ponit secundarium, quod ponebant, quasi ex procedentibus sequens, scilicet nihil simpliciter generari vel corrumpi in entibus. Nam quado fit aliqua mutatio circa passiones, substantia manente, non dicimus aliquid esse generatum, vel corruptum simpliciter: sed solum secundum quid, sicut cum Socrates fit bonus aut musicus, non dicitur fieri simpliciter: sed fieri hoc. Et similiter, quando deponit huiusmodi habitum, non dicitur corrumpi simpliciter, sed secundum quid. Materia autem, quæ est rerum substantia fecundum eos, semper manet. Omnis autem mutatio fit circa aliqua, que adueniunt ei, vt passiones. Et ex hoc concludebant, quod nihil generatur vel corrumpitur simpliciter: sed solum secundum quid. Quamuis autem sic conuenirent in ponendo causam materialem, tamen differebant in eius positione quantum ad duo, scilicet quantum ad pluralitatem, quia quidam ponebant vnam, quidam plures: & quantum ad speciem, quia quidam ponebant ignem, quidam aquam &c. Similiter ponentium plura, quidam hæc, quidam illa principia materialia rebus attribuabant.

Hic incipit recitare opiniones singulorum de causa materiali. Et primo ponit opinionem ponentium vnam causam materialem. Secundo ponentium plures, ibi: {Empedocles vero.} Circa primum tria facit, quia primo ponit opinionem ponentium aquam esse principium omnium. Secundo ponentium aerem, ibi: {Anaximenes &c.} Tertio ponentium ignem, ibi: {Hippasus &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit

lect. prim. par. 3.

opinionem Thales, qui dicebat aquam esse rerum principium. Secundo ponit opinionem probationem, ibi: {Foras enim &c.} Dicit ergo, quod Thales princeps talis philosophiæ, id est speculatiuæ, dixit aquam esse primum principium. Dicitur autem Thales speculatiuæ philosophiæ princeps fuisse, quia inter septem sapientes, qui post theologos poete iuerunt, ipse solus ad considerandum rerum causas se transtulit, alijs sapietibus circa moralia occupatis. Nomina septem sapientum sunt ista, Primus Thales Milesius tpe Romuli, & apud Hebræos tpe Achaz regis Israel. Secundus fuit Pittacus Milesiensis, apud Hebræos regnante Sedechia, & apud Romanos Tarquino Prisco. Alij quinque fuerunt, Solon Atheniensis, Chilon Lacedæmonius, Pericles Corinthius, Cleobolus Lidius, Bias Prienensis, qui fuerunt omnes temporibus Babilonicæ captiuitatis. Quia igitur inter hos solus Thales rerum naturas scrutatus est, suasque disputationes literis mandans emicuit, ideo hic princeps huius scientiæ dicitur. Nec debet inconueniens videri, si opiniones hic tanquam corum, qui solius de scientia naturali tractauerunt; quia fecerunt antiquos, qui nullam substantiam cognouerunt nisi corpoream, & mobilem, oportebat quod prima philosophia esset scientia naturalis, vt in quarto dicitur. Ex hac autem positione, vltimus procedebat ad hoc, quod terra esset super aquam fundata, sicut principium supra suum principium.

Hic ponit rationes, quibus Thales potuit induci ad prædictam positionem. Et primo ostendit, quomodo ad hoc inducebatur ratione. Secundo quomodo inducebatur primo authoritate, ibi: {Sunt & alij antiquiores &c.} Inducebatur autem duplici ratione. Vna, quæ sumitur ex consideratione causæ ipsius rei. Alia quæ sumitur ex consideratione generationis rerum, ibi: {Et quia cunctorum &c.} Hæc ergo media sunt ordinata. Nam ex primo sequitur secundum. Quod enim est alijs principium essendi, est etiam primum principium, ex quo res generatur. Tertium autem sequitur ex secundo. Nam vnumquodque per corruptionem resoluitur in id, ex quo generatum est. Quartum autem sequitur ex secundo & tertio. Nam id quod præcedit generationem rerum, & remanet post corruptionem, oportet esse semper manens. Primo modo utebatur tribus signis ad ostendendum aquam esse principium essendi rebus, quorum primum est, quia nutrimentum vniuersum & sunt, & sic humor videtur esse principium essendi. Secundum signum est, quia esse cuiuslibet rei corporeæ, & maxime vniuersæ, per proprium & naturalem calorem conseruatur. Calor autem ex humore fieri videtur, cum ipse

fortassis hanc habuit opinionem, quia nutrimentum omnium humidum esse videbat, ipsum quoque calidum esse, eoque animal viuere. ex quo autem fit, id esse principium omnium. propter hoc igitur hanc habuit opinionem. Et quoniam cunctorum semina naturam humidam sortita sunt: aqua vero nature principium humidis est.

Humor fit quasi calor materia. Vnde ex hoc videtur, quod humor sit rebus principium essendi. Tertium signum est, quia vita animalis in humido consistit. Vnde propter deficcationem naturalem humidum animal moritur, & per eius conseruationem animal sustentatur. Viuere autem viuentibus est esse. Vnde ex hoc etiam patet, quod humor sit rebus principium essendi. Et hæc etiam tria signa se inuicem conseruantur. Ideo enim animal humidum nutritur, quia calor naturalis humidum sustentatur. Et ex his duobus sequitur quod viuere, animalis sit semper per humidum. Ad quæ est ex quo aliquid esse consequitur, est principium omnibus quæ ex illo esse habent. Et propter hoc, accepta hac opinione, quod humor esset omnibus principium, similiter etiam accepit signum ex rerum generatione, quæ generationes viuentium quæ sunt nobis listima in entibus sunt ex seminibus. Semina autem siue spermata omnium viuentium, habent humidam naturam. Vnde ex hoc etiam apparet, quod humor esset generatio- nis rerum principium. Si autem omnibus prædictis coniungatur quod aqua est humiditatis principium, sequitur quod aqua sit primum rerum principium. Hic ostendit, quomodo Thales inducebatur ad prædictam positionem, per auctoritates antiquorum. Et dicit, quod alij fuerunt antiquiores Thales, & multum ante generationem hominum, qui erant tempore Aristi, qui fuerunt primo theologizantes, qui visi sunt hanc opinionem de natura habuisse, scilicet quod aqua est principium omnium. Ad cuius euidenciam sciendum est, quod apud Græcos, primi famosi in scientia fuerunt quidam poete theologizantes, sic dicitur, quia de diuinis carmina faciebant. Fuerunt autem tres, Orpheus, Musæus, & Linus, quorum Orpheus famosior fuit. Fuerunt autem tempore, quo Iudices erant in populo Iudeorum. Vnde patet, quod diu fuerunt ante Thales, & multo magis ante Aristi, qui fuit tempore Alexandri. Isti autem poete sub quibusdam enigmatibus fabularum, aliquid de rerum natura tractauerunt. Dixerunt enim, quod Oceanus vbi est maxima aquarum aggregatio, & Thetis, quæ dicitur Dea aquarum, sunt parentes generationis. Ex hoc, sub fabulari similitudine dantes intelligere, aquam esse generationis principium. Hanc sententiam alia fabulosa narratione vltauerunt dicentes, quod sacramentum vel iuramentum deorum erat per aquam, quandam, quam poete dicunt Stygem, & dicitur eam esse paludem infernalem. Ex hoc autem, quod deos dicebant iurare per aquam, dederunt intelligere, quod aqua erat nobilior ipsis deis, quia sacramentum vel iuramentum fit per id, quod est honorabilius. Hoc autem quod est prius, est honorabilius. Perfectum enim præcedit imperfectum naturæ & tempore simpliciter, licet in vno aliquo, imperfectio perfectionem præcedat tempore. Vnde per hoc patet, quod aquam existimant priorem esse ipsis dijs, quos intelligebant esse corpora celestia. Et quia isti antiquissimi aquam dixerunt esse

lect. prim. par. 6.

humor

Sunt autem alij antiquiores, & multum ante eam, qui nunc est, generationem, & primo theologizantes sic putant de natura existimandum. Oceanum enim & Thetyn generationis parentes fecerunt, sacramentumque deorum, aquam Stygem ab ipsis poetis vocatam. Honorabilius enim quod antiquius. Sacramentum autem honorabilius enim quod antiquius. Si quid igitur antiquior aliqua ista & senior fuit de natura opinio, forsitan vtique incertum est. Thales quidem secundum hunc modum pronunciat se dicitur de prima causa. Hippoclem quidem enim non vtique aliquis significabit positum cum his, propter sui intellectus paruitatem.

Anaximenes autem & Diogenes aerem priorem aqua, & maxime principium simplicium corporum ponunt.

Hippasus autem Metapontinus, & Heraclitus Ephesius ignem.

Empedocles vero quatuor, cum dicitis terram quartum addens. Eam namque dixit semper manere & non fieri, nisi pluralitate & paucitate congregata, & disgregone in vnu & ex vno.

Anaxagoras vero Clazomenius, isto quidem ætate prior,

quod aer rerum principium esse non posset, nisi quia compositus erat diuinae rationis. Ex quo prouenit opinio, quæ tangitur primo de anima. Ratio autem, quare aerem ponebat rerum principium, potuit sumi ex respiratione, per quam vita animalium reseruat, & quia ex immutatione aeris videntur variari generationes & corruptiones rerum. Hic ponit, quod duo philosophi Hippasus & Heraclitus posterunt ignem esse primum principium vt materiam. Et poterunt moueri ex eius subtilitate, sicut infra dicitur. Hic ponit opiniones ponentium plura principia materialia. Et primo Empedocles, qui posuit plura finita. Secundo Anaxago, qui posuit plura infinita, ibi: {Anaxagoras vero &c.} Ponit ergo primo opinionem Empedocles quantum ad duo. Primo quantum ad hoc, quod tria prædicta elementa, scilicet aquam, aerem, & ignem, dicit esse rerum principia, addens eis quartum, scilicet terram. Secundo quantum ad hoc, quod ista etiam elementa dixit semper manere & non generari nec corrumpi, sicut & illi, qui posterunt vnam causam materialem, sed per congregationem horum & diuisionem secundum multitudinem & paucitatem dicit ex eis alia generari & corrumpi, in quantum ista quatuor per congregationem in vnum & disgregationem ex vno diuiduntur. Hic ponit opinionem Anaxago, qui fuit alter discipulus Anaximenes, qui fuit condiscipulus Diogenis: patria quidem Clazomenius, prior ætate quam Empedo, sed factus sine operibus posterior, vel quia posterior philosophari incipit, vel quia in numero principiorum minus bene dixit, quam Empedo, dixit enim principia materialia esse infinita, cum sit dignius

se rerum principium, si aliqua opinio fuit prior ista de naturalibus, non est nobis manifesta. Sic igitur patet, quid Thales de prima causa rerum dicitur existimasse. Quidam autem philosophus, qui vocatur Hippo, non fuit dignatus aliquid superaddere his, propter suam scientiæ vel intelligentiæ imperfectionem. Vnde in libro de anima ponitur inter grossiores, vbi dicit, quod posuit aquam esse animam, & principium rerum, sumens argumentum ex rerum feminibus, vt hic dicitur est de Thales. Vnde patet, quod nihil addit supra Thales sententiam. Vel potest intelligi, quod quia imperfecte dixit, non reddidit se dignum, vt eius sententia hic conineretur cum alijs. Hic ponitur opinio, quæ ponitur aerem esse principium, qui fuerunt Diogenes, & Anaximenes, ponentes aerem priorem aqua esse naturaliter, & principium omnium simplicium corporum, scilicet quatuor elementorum, & per consequens omnium aliorum. Fuit autem Anaximenes tertius a Thales. Fuit autem discipulus Anaximandri, qui fuit discipulus Thales. Diogenes vero discipulus Anaximenes, quia Anaximenes aerem simpliciter posuit principium rerum. Diogenes autem dixit, quod aer rerum principium esse non posset, nisi quia compositus erat diuinae rationis. Ex quo prouenit opinio, quæ tangitur primo de anima. Ratio autem, quare aerem ponebat rerum principium, potuit sumi ex respiratione, per quam vita animalium reseruat, & quia ex immutatione aeris videntur variari generationes & corruptiones rerum. Hic ponit, quod duo philosophi Hippasus & Heraclitus posterunt ignem esse primum principium vt materiam. Et poterunt moueri ex eius subtilitate, sicut infra dicitur. Hic ponit opiniones ponentium plura principia materialia. Et primo Empedocles, qui posuit plura finita. Secundo Anaxago, qui posuit plura infinita, ibi: {Anaxagoras vero &c.} Ponit ergo primo opinionem Empedocles quantum ad duo. Primo quantum ad hoc, quod tria prædicta elementa, scilicet aquam, aerem, & ignem, dicit esse rerum principia, addens eis quartum, scilicet terram. Secundo quantum ad hoc, quod ista etiam elementa dixit semper manere & non generari nec corrumpi, sicut & illi, qui posterunt vnam causam materialem, sed per congregationem horum & diuisionem secundum multitudinem & paucitatem dicit ex eis alia generari & corrumpi, in quantum ista quatuor per congregationem in vnum & disgregationem ex vno diuiduntur. Hic ponit opinionem Anaxago, qui fuit alter discipulus Anaximenes, qui fuit condiscipulus Diogenis: patria quidem Clazomenius, prior ætate quam Empedo, sed factus sine operibus posterior, vel quia posterior philosophari incipit, vel quia in numero principiorum minus bene dixit, quam Empedo, dixit enim principia materialia esse infinita, cum sit dignius

Primo de anima. T.com. 32.

gnius

gnius finita principia & pauciora accipere, quod fecit Empe...

Tex. 41.

factis vero posterior, infinita dixit esse principia. Nam fere...

Tex. 33.

LECTIO V.

Recedentibus autem sic, res ipsa viam fecit similiter, & querere co...

LECTIO V.

ostquam posuit opinionem de causa materiali, hic ponit opinionem de causa efficiente...

Lex. 1. Parte 2. Part. seq.

dedit eis viam ad veritatis cognitionem, vel intentionem, &...

vero inferior, infinita dicit esse principia. fere enim omnia, que consimilia...

LECTIO V.

Oo autem modo procedentibus, ipsa res eos duxit, & coegit ulterius querere...

Congregatione, & disgregatione.

Lex. 9.

re eo s talē cam. scilicet cam motus, quia ex quo motu subtrahit, fru...

Post hos autem & talia principia tanquam non sufficientia existētium generare naturam...

Dicens & aliquis inesse intellectum vnum, quemadmodum in animalibus, & in natura...

Suspicietur autem aliquis Hesiodum primum hoc quævisse, & si idem scilicet prius...

Lex. 6. Parte 1. Lect. 11. Parte 3.

Tex. 9.

Lex. 4.

Lex. 9.

re cor

bonæ dispositiones rerum exigunt habere causam non deter...

Post hoc autem, & huiusmodi principia tanquam non sufficientia...

Quare, qui ut animalibus, ita in natura intellectum in esse causam...

Suspicietur autem aliquis Hesiodum primum hoc quævisse, & si idem scilicet prius...

parte. 3. Lect. 6.

Lect. 6. parte. 1.

parte seq.

sum esse cam mundi & ordinis totius. in vniuersi, in quo ordine...

ram, vel quicumque alius posuit amorem: vel desiderium in rebus. Cum. n. Parmenides vniuersi generationem monstrare...

Lea. 5. Lea. 6. par. 1.

Tex. c. 6.

par. 2.

par. 3.

LECTIO VII.

VONIAM vero contraria bonis videbantur esse in natura, & non solum ordinatio & bonum, sed inordinatio & turpe, plura mala melioribus, & praua bonis...

Isti quidem igitur, sicut diximus, & vsq; ad hoc duas causas tetigerunt, quas in physicis determinauimus, materiam, & id vnde motus. obscure quidem, & non manifeste, sed qualiter in bellis inruditi faciunt. Etenim illi circumducti sepe bonas plagas faciunt, at nec illi ex scientia, nec isti vni sunt scientibus dicere quod dicunt. His etenim ferre vni nihil videtur, nisi parum.

Anaxagoras autem artificialiter ad mundi generationem vitur intellectu. Nam quando dubitat, quae causa ex necessitate est, tunc attrahit ipsum. In alijs vero oia magis causantur eorum, quae sunt, quae intellectu, geret, ex hoc patet, quia ipse amor est vnio quaedam amantis & amati, dum amans amatum quasi se reputat. Iste autem Hesiodus ante philosophorum tempora, fuit in numero poetarum. Quis autem horum sit prior, id est, posterior in sententia, vtrum ille qui dixit amorem esse primum principium, vel qui dixit intellectum, posterior potest indicari, scilicet vbi agitur de Deo. Et hoc iudicium distributionem vocat, quia per hoc vniciq; suus gradus attribuitur dignitatis. Alia translatio planius habet. Hic quidem igitur quomodo congruat transire, & quis de hoc sit prior, posterior poterit iudicari.

LECTIO VII.

IC ponit opinionem ponentium contrarietatem in huiusmodi, & rationem eos mouentem, quae talis erat. In rerum natura videbantur aliqua esse contraria bonis: quia in natura non solum inuenitur ordinatum & bonum, sed aliquando inordinatum, & turpe. Non potest autem dici, quod mala non habeant causam, sed accidant a casu: quia mala sunt plura melioribus, & praua sunt plura bonis simpliciter. Quae autem sunt a casu sine causa determinati...

LECTIO VII.

VM autem contraria quae bonis inesse natura apparerent, nec solum ordo, & pulchrum, verum etiam inordinatio, & turpe, pluraque mala quam bona, & turpia quam pulchra, ideo alius quidam amicitiam introduxit, & contentionem, utrumque utriusque horum causam. Si quis enim sequatur, et secundum sententiam accipiat, non secundum ea, quae balbutiens Empedocles dicit, inueniet amicitiam quidem bonorum causam esse, contentionem vero malorum. Quare, si quis dicat quodam modo dicere, & quodam modo dicere & primum dicere, Empedoclem, bonum, & malum principia, forsitan bene dicit: si bonorum omnium bonum est causa, & malorum malum.

Hi quidem, ut diximus, & huiusque duas causas, quas nos in de Naturalibus determinauimus, attigerunt, materiam, & vnde motus. obscure tamen, & non clare, sed quem admodum in exercitiis in praelio faciunt. Etenim illi circumductis, egras plerumque plagas infligunt: sed nec illi ex scientia, nec isti videntur scire quid dicant. Fere etenim nullo modo videntur his uti, nisi paulum quiddam.

Nam & Anaxagoras, tanquam machina vitur intellectu ad mundi generationem. & cum dubitat propter quam causam necessarium est, tunc eum attrahit. In ceteris vero magis cetera omnia, quam intellectum causam eorum, quae sunt, ponit.

Hic ostendit quod in ponendo praedictas causas deficiebant. Et primo loquitur generaliter de eis. Secundo specialiter, ibi: Anaxagoras autem & Empedocles; ad hoc perueniunt, quod posuerunt duas causas illarum, quatuor, quae sunt determinatae in physicis. Materiam, & causam motus: sed obscure & non manifeste tradiderunt, quia non exprimebant, quae illa, quae causas esse ponebat, ad ista causarum genera reducerentur. Sed in hoc, quod de causis posuerunt duas, conuenienter assimilabatur bellatoribus non eruditis, qui ab aduersarijs circumducti, faciunt aliquos bonos ictus, sed non per artem, sed a casu. Quod ex hoc patet, quia & si aliqui acciderit eis, non tamen semper, aut frequenter. Similiter et praedicti philosophi non sunt vni dicere quod dicit, nec vni sunt scientibus. I. sicut scientes. Vnde alia translatio habet: Sed nec illi scientiam, nec hi assimilati sunt scientibus dicere quod dicunt. Quod ex hoc patet, quia cum praedictas causas posuissent, fere non sunt eis vni, quia in paucis utebantur. Vnde videtur quod non ex arte, sed quadam inducitur necessitate eas casualiter induxerunt.

Hic ostendit, in quo specialiter eorum vterque defecerit. Et primo de Anaxagora. Secundo de Empedocle. Dicit ergo primo, quod Anaxagoras, vitur intellectus ad mundi generationem, in quo videtur artificialiter loqui, non dubitans de causis generationis mundi, ex necessitate attrahit. I. producit ipsum intellectum, non valens reducere mundi generationem in aliquam aliam causam distinguentem res, nisi in aliquid in se distinctum & immixtum, cuiusmodi est intellectus. Sed in omnibus alijs assignat causas magis ex omnibus alijs, quae ex intellectu, sicut in specialibus rerum naturis.

par. 3.

T.com 31.

tionem, in quo videtur artificialiter loqui, non dubitans de causis generationis mundi, ex necessitate attrahit. I. producit ipsum intellectum, non valens reducere mundi generationem in aliquam aliam causam distinguentem res, nisi in aliquid in se distinctum & immixtum, cuiusmodi est intellectus. Sed in omnibus alijs assignat causas magis ex omnibus alijs, quae ex intellectu, sicut in specialibus rerum naturis.

Et Empedocles plus quidem hic vitur causis: sed tamen nec sufficenter, neque in his reperit, quod sequitur. multis enim in locis apud cum amicitia quidem disiungit, contentio vero coniungit. cum enim in elementa per contentionem vniuersum dissoluitur, tunc ignis in unum coalescit, & ceterorum elementorum unumquodque, cum autem rursus per amicitiam in unum conueniant, necesse est iterum particulas vniuersumque separari.

Empedocles quidem, praeter priores, primus hanc causam diuidens induxit, non vnum faciens motus principium, sed diuersa & contraria. Amplius autem quod in materiae specie dicuntur elementa, quatuor primus dixit, non tamen vitur quatuor, sed ut duobus existentibus, solui quidem igne secundum se, oppositis vero quasi vna natura terra, aere, & aqua. Sumet autem vtiq; aliquis id speculans ex elementis. Hic quidem ergo, sicut diximus, sic & tot dixit principia.

LECTIO VII.

Encippus & collega eius Democritus, elementa quidem plenum, & inane dicunt esse, dicentes velut hoc quidem ens, illud vero non ens: horum autem plenum quidem & solidum ens, inane vero non ens. Propter quod & nihil magis ens non ente dicitur esse: quia neque inane corpore. Causas autem entium haec vt materia,

Hic ostendit quomodo Empedocles praeter alijs philosophis proprium posuit. Et dicit quod duo praeter alijs posuit. Vnum est, quod causam vnde motus diuisit in duas contrarias partes. Aliud est, quod causam materialem dixit esse quatuor elementa, non quae vterque quatuor elementis vt quatuor, sed vt duobus, quia ignem conparat alijs tribus dicens, quod ignis habet naturam aeternam, &

alia passiuam. Et hoc potest aliquis sumere ex elementis rerum ab ipso traditis, vel elementis principijs suae doctrinae quae posuit. Alia litera habetur ex versibus, quia de meretricis sua philosophiam scripsit. Et huic concordat alia translatio quae dicit: Ex rationibus. Hic igitur (vt dictum est) sic & tot primus posuit principia, quae quatuor, & ea quae dicta sunt.

LECTIO VII.

Encippus & collega eius Democritus, elementa quidem plenum, & inane dicunt esse, dicentes velut hoc quidem ens, illud vero non ens: horum autem plenum quidem & solidum ens, inane vero non ens. Propter quod & nihil magis ens non ente dicitur esse: quia neque inane corpore. Causas autem entium haec vt materia,

Lect. 9. par. 1.

Lect. 9. par. 3.

part. seq.

T.c. 60.

LECTIO VII.

Encippus vero, ac eius famularis Democritus elementa quidem plenum, & vacuum esse aiunt, dicentes hoc quidem ens, hoc vero non ens: & rursus, ens quidem plenum & solidum, non ens autem vacuum & rarum. Quare nihil magis ipsum ens, quam ipsum non ens esse aiunt, quia neque vacuum quam corpus. haec autem causas entium, ut materiam esse,

num est ens, & vacui siue inane non ens. Ad huius autem opinionis euidentiā recolendū est hoc, quod Philosophus dicit in Primo de Generatione, vbi diffusus eam tradit. Cum, n. quidam Philosophi posuissent oia esse vnum ens continuū immobile: quia nec motus sine vacuo esse potest, vt vbi, nec est rerum distinctio, vt dicebant: cum continuitatis priuatione, ex qua oportet intelligere corporū diuersitatem, nisi per vacuū non possent comprehendere, vacuum autē nullo modo esse ponerent, superuenit Democritus, qui eorū rationi consentiens, diuersitatem aeri & motum a rebus auferre non valens, vacuum esse posuit: & omnia corpora ex quibusdam indiuisibilibus corporibus esse constituta propter hoc, quia non videbatur sibi quae ratio posset assignari, quare ens vniuersum magis in vna parte esset diuisum quam in alia, ne poneret eorum esse conuinuum, praelegit ponere vbiq; eorum & totaliter esse diuisum: quod esse non posset, si remaneret aliquod diuisibile indiuisum. Huiusmodi autem indiuisibilia corpora inuicem coniungi non possunt, nec esse vt ponebat, nisi vacuo mediante: quia nisi vacuum interter duo eorum interueniret, oporteret ex eis duobus vnum esse conuinuum, quod ratione praedicta non ponebat. Sic igitur Tho. super Metaphy.

tur vniuersumque corporis magnitudinem constitutam dicebat ex illis indiuisibilibus corporibus implentibus indiuisibilia spacia, & ex quibusdam spaciis vacuis ipsi indiuisibilibus corporibus interiacentibus, quae quidem poros esse dicebant. Ex quo patet, quod cum vacuum sit non ens, & plenum sit ens, non magis ponebat rei constitutione ens, quam non ens; quia nec corpora magis, quam vacuum, nec vacuum magis quam corpora, sed ex duobus simul dicebat, ut dictum est, corpus constitui. Vnde praedicta duo ponebantur in causis, sicut materiam.

part. 2.

Et quemadmodum qui vnum faciunt substantiam substantiam, alia passionibus eius generant, taru, & spiritum principia passionum ponentes, eodem modo & hi differetes causas aliorum esse dicunt. Has vero tres dicunt esse, figuram, ordinem, & positionem. Differre autem ajunt ens rhythmo, & diathyge, & trope. Horu autem rhythmus figura est, & diathyge ordo, & trope positio. Differt enim A, ab N, figura: A N, autem a N A, ordine: Z autem ab N, positione. De motu vero vnde, aut quomodo inest habentibus, & hi aliis consimiliter, negligenter dimiserunt. De duabus igitur causis, ut diximus, in tantum videtur quaesitum esse prius.

part. 3.

In his autem, & ante hos vocati Pythagorici mathematica tangentes primi, ea produxerunt, & in eis nutriti, horum principia omnia esse putauerunt. Horum autem quoniam natura numeri primi, & in numeris speculari multas similitudines inexistibus & factis magis, quam in igne & terra: quia talis numerorum passio, iustitia: illa vero talis, anima & intellectus: alia vero, tempus & aliorum, ut est dicere, vnumquodque similiter.

part. 4.

Amplius autem harmoniarum in numeris speculantes passiones, & rationes, quoniam & alia quae

part. 5.

Amplius autem harmoniarum in numeris speculantes passiones, & rationes, quoniam & alia quae

lect. 3.

ros esse substantias rerum. Et circa hoc duo facit. Primo ponit opinionem de rerum substantia. Secundo de rerum principijs ibi: Sed cuius gratia aduenimus. Circa primum ponit duo, ex quibus indebantur ad ponendum numeros esse rerum substantias. Secundum ponit, ibi: amplius autem harmoniarum &c. Idcirco ergo quod Pythagorici Philosophi, qui fuerunt in his id est, cotemporanei aliquibus doctorum Philosophorum, & ante hos, quia fuerunt quidam quibusdam prioribus. Sciendum est autem, duo fuisse Philosophorum genera. Nam quidam vocabantur Ionici, qui morabantur in illa terra, quae nunc Graecia dicitur. Et isti sumpserunt principium a Thalete, ut supra dictum est. Alij Philosophi fuerunt Italici, in illa parte Italiae, quae quondam Magna Graecia dicebatur, quae nunc Appulia, & Calabria dicitur: quorum Philosophorum princeps fuit Pythagoras natione Samius, sic dictus a quadam Calabria civitate, & haec duo Philosophorum genera simul concurrerunt. Et propter hoc dicit, quod fuerunt in his & ante hos. Isti autem Italici Philosophi, qui & Pythagorici dicebantur, primi produxerunt quaedam Mathematica, ut ea rerum sensibilibus substantias, & principia esse dicerent. Dicit ergo: Primi quia Platonici eos sunt secuti. Ex hoc autem moti sunt in Mathematica intro ducerent, quia erat nutriti in eoru studio. Et ideo principia Mathematicorum credebant esse principia omnium entiu. Consecti est enim apud homines, quod per ea, quae nouerunt, de rebus iudicare velint. Et quia inter Mathematica numeri sunt priores, ideo conati sunt speculari similitudines rerum naturalium, & quantum ad esse, & quantum ad fieri magis in numeris, quam in sensibilibus elementis, quae sunt terra & aqua & haec similia. Sicut enim praedicti Philosophi passiones rerum sensibilibus adaptant passioibus rerum naturalium, per quaedam similitudinem ad proprietates ignis & aquae & huiusmodi corporum: ita Mathematici ad adaptant proprietates rerum naturalium ad numerorum passiones, quando dicebant, quod aliqua passio numerorum est causa iustitiae: & aliqua causa animae & intellectus, & aliqua est causa temporis, & sic de alijs. Et sic passiones numerorum intelliguntur esse rationes & principia quaedam omnium apparentium in rebus sensibilibus: & quantum ad res voluntarias, quod designatur per iustitiam: & quantum ad res fortissimas substantiales rerum naturalium, quod designatur per intellectum & animam: & quantum ad accidentia, quod designatur per tempus.

part. 1. part. seq.

Et quemadmodum qui vnum faciunt substantiam substantiam, alia passionibus eius generant, taru, & spiritum principia passionum ponentes, eodem modo & hi differetes causas aliorum esse dicunt. Has vero tres dicunt esse, figuram, ordinem, & positionem. Differre autem ajunt ens rhythmo, & diathyge, & trope. Horu autem rhythmus figura est, & diathyge ordo, & trope positio. Differt enim A, ab N, figura: A N, autem a N A, ordine: Z autem ab N, positione. De motu vero vnde, aut quomodo inest habentibus, & hi aliis consimiliter, negligenter dimiserunt. De duabus igitur causis, ut diximus, in tantum videtur quaesitum esse prius.

Inter hos vero, & ante istos, qui appellati Pythagorici, primi Mathematici operam dederunt, haec praeponebant, & in eis nutriti, coru principia, entiu quoque; cunctoru esse putarunt principia. Cu autem numeri priores his natura sint, in numeris etia plures similitudines tu ad existentia, tu ad ea, quae sunt, magis quam in igne, in terra, & in aqua contemplari videbantur. talis etenim, ut puta numerorum passio iustitiae, talis uero anima, & intellectus; alia uero tempus, & cetera, ut quoque; ut ita dicat, unaquaeque, similiter.

Item cum harmoniarum in numeris inspicere passiones, ac rationes, quoniam caetera quidem videntur

Amplius autem harmoniarum in numeris speculantes passiones, & rationes, quoniam & alia quae

lect. 3.

LECTIO VII.



ponit opinionem Pythagoricorum de principijs, & circa hoc duo facit. Primo ostendit quid circa rerum principia aestimabant. Secundo ad quod genus causa principia ab eis posita redeuntur, ibi: in omnibus numeris assimilari, numeri vero totius naturae primi, numerorum elementa esse putarunt, totumque coelum harmoniam, & numerum esse: & illa quidem, quae de numeris, & harmonijs consentanea passionibus, & partibus coeli, ac vniuersi dispositioni monstrare poterant, colligentes applicabant. Quod siquid alicubi deerat, supplebant, ut totus eius tractatus consentaneus esset. dico autem veluti, quoniam denarius perfectus esse videatur, totumque numerorum naturam comprehendere: ideo & ea, quae in coelo feruntur, decem esse aiunt. cum vero nouem solummodo sint, quae manifeste apparent, decimam oppositam terram faciunt. Determinatum autem est a nobis alibi de his magis exquisite.

de, cum soni consonantes sint quaedam sensibilia, eadem ratione sunt conati & caetera alia sensibilia secundum rationem & secundum totam naturam assimilare numeris, ita quod numeri sunt primi in tota natura. Et propter hoc etiam aestimauerunt, quod principia numerorum essent principia omnium entiu existentium, & totum coelum nihil aliud esse dicebant, nisi quandam naturam & harmoniam numerorum, id est proportionem quaedam numeralem, si-milem proportio-ni, quae consideratur in harmonijs. Vnde quaecumque habebant confessa, id est manifesta, quae poterant adaptare numeris & harmonijs adaptabant. & quantum ad coeli passiones, sicut sunt motus & eclipses & huiusmodi: & quantum ad partes, sicut sunt diuersi orbis: & quantum ad totum coeli ornatum, sicut sunt diuersae stellae & diuersae figurae in constellationibus. Et si aliquid deficiebat: in rebus manifestis, quod non videretur numeris adaptari aduocabant, id est ipsi de nouo ponebant continuatum esse eis omne negotium, id est ad hoc quod totum negotium eorum, quod erat adaptare sensibilia ad numeros continuaretur, dum omnia sensibilia numeris adaptarent, sicut patet in vno exemplo. In numeris enim, denarius videtur esse perfectus, eo quod est primus limes, & comprehendit in se omnium numerorum naturam: quia omnes alij numeri non sunt nisi quaedam repetitio denarii. Propter quod Plato vsque ad x. faciebat numerum, ut dicitur. iij. Physicorum. Vnde & Pythagoras sphaeras, quae mouentur in coelo, dixit. x. quoniam nouem solum harum sunt apparentes: quia deprehenduntur. 7. motibus planetarum, octaua ex motu stellarum fixarum, nona vero ex motu diurno, qui est motus primus. Sed & Pythagoras addit decimam, quae esset tantoties, id est in contrarium mota in inferioribus sphaeris, & per consequens in contrarium sonans. Dicebat enim ex motu coelestium corporum, fieri quandam harmoniam. Vnde, sicut harmonia fit ex proportione sonorum contrariorum, scilicet grauis & acuti, ita ponebat quod in coelo erat vnus motus in oppositam partem alijs motibus, ut fieret harmonia. Et secundum hanc positionem, motus diurnus pertinebat ad decimam sphaeram, quae est ab oriente in occidentem, alijs sphaeris reuolutis contrario ab oriente in occidentem. Nona vero secundum eum esse poterat, quae primo reuoluebat omnes sphaeras inferiores in contrarium primi motus. De his autem quae ad opinionem istam Pythagorae pertinent determinatum est diffusius & certius in vltimis libris huius scientiae.

lib. 13. 14.

LECTIO VIII.



Ed cuius gratia aduenimus, hoc est, ut accipiamus & de his, quae ponunt esse principia, & quomodo in dictas causas incidunt. Apparent etenim etiam isti numerum existimare principium esse, ut materiam entibus, & ut passiones, ac habitus. numeri autem elementa, par, & impar. quorum alterum finium, alterum infinitum. unum uero ex ambobus his esse. par etenim & impar esse. numerum autem ex uno numero uero, ut dictum est, totum coelum.

Ed cuius gratia aduenimus, hoc est, ut accipiamus & de his, quae ponunt esse principia, & quomodo in dictas causas incidunt. Apparent etenim etiam isti numerum existimare principium esse, ut materiam entibus, & ut passiones, ac habitus. numeri autem elementa, par, & impar. quorum alterum finium, alterum infinitum. unum uero ex ambobus his esse. par etenim & impar esse. numerum autem ex uno numero uero, ut dictum est, totum coelum.

eis, imparem vero principium finitatis, sicut exponitur in iij. physici. quia infinitum in rebus praecipue videtur sequi diuisionem continui. Par autem est numerus aptus diuisioni. Impar enim sub se numerum parem concludit addita vnitate, quae diuisionem causat. Probat etiam hoc, quia numeri impares per ordinem sibi additi semper retinent figuram quadrati, Pares autem figuram variant. Ternarius enim vnitati, quae est principium numerorum additus, facit quaternarium, qui primus est quadratus. Nam bis duo quatuor sunt. Rursus quaternario quaternarius, additus, qui est impar, secundum nouenarium constituit, qui etiam est quadratus, & sic de alijs. Si vero binarius, qui est primus par, vnitati addatur, triangularem numerum constituit, scilicet ternarium. Cuius addatur quaternarius, qui est secundus par, constituit heptagulum numerum, qui est septenarius. Et sic deinceps numeri pares sibi inuicem additi, figuram non eandem seruant. Et hac ratione infinitum attribuebant pari, finitum vero impari. Et quia finitum est ex parte formae, cui competit vis actiua: infinitum vero ex parte materiae, cui competit vis passiva: ideo pares numeros dicebant esse feminas, impares vero masculos.

Tho. super Metaphy. B 2 masculos.

masculos. Ex his vero duobus, scilicet pari & impari, finito & infinito, non solum numerum constituebant, sed etiam ipsum vnum, i. vnitatem. Vitas enim & par est virtute & impar. Omnes enim differentie numeri, vnitati conueniunt in virtute, quia quacunq; differentie numeri in vnitatem referuntur. Vnde in ordine imparium primum inuenitur vnitatis. Et similiter in ordine parium & quadratorum & perfectorum numerorum, & sic de alijs numeri differentijs: quia vnitatis, licet non sit actu aliquis numerus est tamen omnis numerus virtute. Et sicut vnum dicebat componi ex pari & impari, ita numerum ex vnitatibus: cælum vero & omnia sensibilia ex numeris. Et hic erat ordo principiorum quem ponebant.

par. 2.

b Hic ponit aliam opinionem Pythagoricorum de principijs dicens, q. de numero eorundem Pythagoricorum fuerunt aliqui, qui non posuerunt vnam tantum contrarietatem in principijs, sicut prædicti, sed posuerunt. x. principia secundum coelementationem dicta, id est accipiendo vnumquodque illorum cum suo coelemento, i. cum suo contrario. Et huius positionis ratio fuit, quia non solum accipiebant prima principia, sed etiam proxima principia singulis rerum generibus attributa. Ponebant ergo primo finitum & infinitum, sicut & illi, qui prædicti sunt: & consequenter par & impar, quibus finitum & infinitum attribuitur. Et quia par & impar sunt prima rerum principia, & primo ex eis causantur numeri, ponebant tertio differentiam numerorum. s. vnum & plura, quæ duo ex pari & impari causantur. Et quia ex numero constabantur magnitudines, secundum eod in numeris positionem accipiebant. Nam secundum quos punctus nihil aliud erat quam vnitatis positionem habens, & linea dualitas positionem habens, ideo consequenter ponebant principia positionum dextrum & sinistrum. Dextrum enim inuenitur perfectum, sinistrum autem im perfectum. Et ideo dextrum erat ex parte imparis, sinistrum ex parte paris. Quia vero naturalia super magnitudines mathematicas addunt virtutem actiuam & passiuam, ideo vterius ponebant principia masculinum & femininum. Masculinum enim ad virtutem actiuam pertinet, femininum ad passiuam: quorum masculinum pertinet ad impariam, femininum vero ad pariam numerum, vt dictum est. Ex virtute autem actiuæ & passiuæ, sequitur in rebus motus & quies: quorum motus, quia deformitatem habet & alteritatem in ordine in finiti & paris ponitur, quies vero in ordine infiniti & imparis. Differentiæ autem motuum primæ sunt circularæ & rectum. Et ideo consequenter rectum & curuum principia posuerunt, quorum rectum ad pariam numerum pertinet, (vnde & lineam rectam dualitatem esse dicebant.) Curuum vero sive circularæ ratione vniuersitatis pertinet ad impariam, qui indiuisiorem ex forma vnitatis retinet. Nec solum ponebant principia rerum quantum ad actiones naturales & motus, sed etiam quantum ad actiones animales. Et quantum quidem ad cognitionem, ponebant lucem & tenebras: quantum vero ad appetitum, bonum & malum. Nam lux est cognitionis principium, tenebræ vero ignorantie attribuitur. Bonum etiam est in quod appetitus tendit. Malum vero a quo recedit. Diuersitas autem perfectionis & im-

perfectionis non solum naturalibus & voluntarijs virtutibus & motibus inuenitur, sed etiam in magnitudine & figuris. Quæ quidem figuræ intelliguntur vt superuenientes substantijs magnitudinum, sicut virtutes motus & actiones substantijs rerum naturalium. Et ideo quantum ad hoc, ponebant principium quadrangulare, i. quadratum, & altera parte longius. Dicitur autem quadratum figura constans ex quatuor lateribus æqualibus, cuius quatuor anguli sunt recti. Et puenit talis figura ex ductu alicuius lineæ in seipsam. Vnde, cum ex ipsa vnitatem causetur, ad numerum imparem pertinet.




Figura vero altera parte longior dicitur, cuius omnes anguli sunt recti, & latera vicissim sibi opposita sunt æqualia, non tamen omnia latera sunt æqualia omnibus.

Hic ponit tertiam opinionem Pythagoricorum dicens, q. Alcmæon Crotoniatis, sic dictus a ciuitate Alcmæo Pythagoræ iam senioris. Afferuit autem istis similiter in duo namque plerumque humanas res ait distinguere, contrarietates dicens. non tamen, ut illi, distinctas, sed quasæcunq; utputa album, & nigrum: dulce, amarum: bonum, malum: paruum, magnum. itaque indistinctum dereliquis effudit sermonem. Pythagorici vero quot eas, & quæ sunt contrarietates, afferuerunt.

Quemadmodum etiam Alcmæon Crotoniatis putasse videtur. Et aut iste ab illis, aut illi ab isto hanc mutati sunt opinionem. fuit etenim ætate Alcmæo Pythagoræ iam senioris. Afferuit autem istis similiter in duo namque plerumque humanas res ait distinguere, contrarietates dicens. non tamen, ut illi, distinctas, sed quasæcunq; utputa album, & nigrum: dulce, amarum: bonum, malum: paruum, magnum. itaque indistinctum dereliquis effudit sermonem. Pythagorici vero quot eas, & quæ sunt contrarietates, afferuerunt.

Ex ambobus igitur his tantum accipere est, quod contraria principia entium sunt. quot autem, & quæ illi ter enunciauit Pythagorici. Dixit enim multa, quæ sunt hu manarum: .i. multa rerum sensibilibus esse in quadam dualitate constituta, intelligens per dualitatem opposita contrarietates. Sed tamen in hoc differt a prædictis, quia Pythagorici dicebant determinatas contrarietates esse rerum principia. Sed ille proiecit quasi inordinatæ ponens quasæcunq; contrarietates, quæ a fortuna ad mentem suam deueniebant, esse rerum principia: sicut album, & nigrum, dulce, & amarum, & sic de alijs.

Hic colligit ex prædictis qd Pythagorici de principijs senserunt, & quomodo principia ab eis posita ad aliquod genus causæ reducuntur. Dicit ergo, quod ex ambobus prædictis, scilicet Alcmæone & Pythagoricis, vna communis opinio accipi

accipi potest, scilicet quod principia entium sunt contraria, quod non est ab alijs dictum. Quod intelligendum est circa causam materiale. Nam circa causam efficientem posuit Empedocles contrarietatem. Antiqui vero naturales contraria posuerunt principia, vt rarum & densum: contrarietatem tamen ex parte forme assignantes. Empedocles, etiam principia materialia posuerit quatuor elementa, non tamen posuit ea principia prima materialia ratione contrarietatis, sed propter eorum naturas & substantiam: isti vero contrarietatem ex parte materie posuerunt. Quæ etiam sunt ista contraria, quæ isti posuerunt, patet ex dictis. Sed quomodo prædicta principia contraria ab eis posita possunt con duci, vna natura enunciauerunt modo vero non eodem omnes, neque ipsius bene, neque ipsius secundum naturam.

alijs, & q. hæc sint. Qualiter aut ad dictas causas cōducere contingit plura, plane quidē nō est dearticulatū ab illis: Videtur aut vt in materie specie elementa ordinare. Ex his. n. vt ex his quæ insunt, cōstrui & plasmari dicitur substantiā. Antiquorum quidem igitur elemēta naturæ plura dicentium, ex his sufficiens est intellectui speculari.

LECTIO IX.

VNT autē aliqui, qui de omni quāsi existēte vna natura enunciauerunt modo vero non eodem omnes, neque ipsius bene, neque ipsius secundum naturam.

part. 1.

part. 2.

lect. pñ. part. 3. part. seq.

In hac eadem lect.

part. seq. part. 3.

part. 4.

Secus autem est de antiquis naturalibus, qui tantum eius posuerunt esse vnum, de quibus debet hic sermo haberi. Illi enim ex illo vno generant multa, sicut ex materia. Et sic ponunt causam & causatum. Sed isti, de quibus nunc agitur, alio modo dicunt. Non enim dicunt, quod sint omnia vnum secundum materiam, ita quod ex vno omnia generentur, sed dicunt q. simpliciter sunt vnum. Et ratio huius diuersitatis est, quod antiqui naturales apponebant motum illis, qui ponebant vnum principium, & vnum ens, dicentes ipsum esse mobile. Et ideo per aliquem modum motus, sicut per rarefactionem & condensationem, poterant ex illo vno diuersa generari. Et per huc modum dicebat generari totum vniuersum, secundum diuersitatem, quæ in partibus eius inuenitur. Et tamē quia non ponebant variationem secundum substantiam, nisi secundum accidentia, vt supra dictum est, ideo relinquebatur, quod totum vniuersum esset vnum secundum substantiam, diuersificatū tamen secundum accidentia. Sed isti dicebant illud, quod ponebatur esse vnum, penitus immobile. Et ideo ex illo vno non poterat aliqua diuersitas rerū causari: Et propter hoc nec fecundum accidentia pluralitatem in rebus ponere poterat.

Li sint, ex ceteris solum. verum quomodo illa ad dictas causas applicentur, clare quidem ab eis non est determinatum: videntur tamen, vt in materia specie ponere elementa. ex his enim tanquam intrinsecis constare, ac fingi substantiam aiunt. Vterumque itaque, ac plura elementa nature dicentium mentem ex his satis speculari licet.

LECTIO IX.

VNT autem qui de vniuerso, tanquam si vna natura esset, ita asseruerunt. non tamen modo eodem omnes. neque eius, quod bene, neque eius, quod secundum naturam est.

In presenti itaque causarum consideratione nullo modo conuenit sermo de eis. Non enim, ut quidam Physicorum, unum supponentes ipsum ens, nihilominus ex uno tanquam ex materia generant, sed alio modo hi dicunt. ipsi enim, cum generent vniuersum, addunt tamen motum. hi vero immobile esse aiunt.

Atamen aliquatenus presentii perscrutationi proprium est. Parmenides etenim unum secundum rationem attingisse videtur: Melissus vero secundum materiam. Quare & id ille quidem finitum, hic vero infinitum ait esse. Xenophanes au-

tem perscrutationem. Et primo generaliter de omnibus. Secundo specialiter de Parmenide, ibi: { Igitur hi. } Dicit ergo primo, quod licet diuersitatem rebus asserrent, & per consequens causalitatem, tamen eorum opinio est propria presentii inquisitioni secundum tantum quantum dicitur, quantum scilicet ad modum ponendi, & quantum ad rationem positionis. Parmenides enim qui fuit vnus ex eis, videtur tangere vnitatem & secundum rationem .i. ex parte forme. Argumentatur enim sic. Quicquid est præter ens, est nō ens: & quicquid est non ens, est nihil. ergo quicquid est præter ens est nihil. Sed ens est vnum. Ergo quicquid est præter vnum, est nihil. In quo patet, quod considerabas ipsam rationem essendi, quæ videtur esse vna, quia non potest intelligi quod ad rationem entis aliquid superueniat per quod diuersificetur: quia illud, quod superuenit enti, oportet esse extraneum ab ente. Quod autem est huiusmodi, est nihil. Vnde nō videtur quod possit diuersificare ens. Sicut etiam videmus, quod differentiæ aduenientes generi diuersificant ipsum, quæ tamen sunt præter substantiam eius. Non enim participant differentiæ genus, vt dicitur. iij. Topicorum: aliter genus esset de substantia differentiæ, & in distinctionibus esset negatio, si posito genere, adderetur differentiæ, si de eius substantia esset genus, sicut esset negatio si species adderetur. In nullo etiā differentiæ a specie differret. Ea vero, quæ sunt præter substantiam entis, oportet esse non entia, & ita nō possunt diuersificare ens. Sed in hoc decipiebantur, quia vtebatur ente quæ si vna ratione, & vna natura, sicut est natura alicuius generis, Tho. sup. Metaphy. B 3. Hoc

parte. 1.

lect. 4.

Le. 31. Tex. 17.

Hoc enim est impossibile, Ens enim non est genus, sed multipliciter dicitur de diuersis, Et ideo in primo Physicorum dicitur, quod hoc est falsum, ens est vnum. Non enim habet vnam naturam, sicut vnum genus, vel vna species. Sed melius considerabat ens ex parte materiae. Argumentabatur enim vniuersales, ex eo quod ens non generatur ex aliquo priore, quod proprie pertinet ad materiam, quae est ingentia. Arguebat enim sic. Quod est generatum, habet principium: ergo quod non est generatum, non habet principium. Ens non est generatum: ergo non habet principium. Quod autem caret principio, & sine caret. ergo est infinitum. Et si est infinitum est immobile: quia infinitum non habet extra se, quo moueatur. Quod autem ens non generatur, & sine caret. quia si generatur, aut generatur ex ente, aut ex non ente, quia non ens est nihil, & ex nihilo nihil fit. Nec ex ente, quia sic aliquid esset antequam fieret, ergo modo generatur. In qua quidem ratione patet, quod teigitur ens ex parte materiae, quia non generari ex aliquo priore existente materiae est. Et quia finitum pertinet ad formam, infinitum vero ad materiam. Melissus, qui considerabat ens ex parte materiae, dixit esse vnum ens infinitum. Parmenides vero, qui considerabat ens ex parte formae, dixit ens esse finitum. Sic igitur in quantum consideratur ens ratione materiae & formae, tractare de his pertinet ad praesentem considerationem, quia materia & forma in numero causarum ponunt. Xenophanes vero, qui fuit primus inter dicentes oia esse vnum vniuersum, & Parmenides fuit eius discipulus, non explanauit, quia ratione diceret oia esse vnum, nec sumendo rationem aliquam ex parte materiae, nec ex parte formae. Et sic de neutra natura. Si neque de materia, neque de forma visus est tractare hos, id est pertinere & adaequare eos irrationalitate dicendi, sed respiciens ad totum coelum dixit esse ipsum vnum Deum. Antiqui enim dicebant ipsum mundum esse deum. Vnde videns omnes partes mundi in hoc esse similes, quia corporea sunt, iudicauit de eis quasi omnia essent vnum. Et sicut praedicti posterius vnitatem entium per considerationem eorum, quae pertinent ad formam, vel ad materiam, ita iste respiciens ad ipsum compositum.

Le. 11. T. 6. 1. par. 5.

Igitur ex dictis & a sapientibus iam rationi consentientibus ea accepimus. A primis quidem igitur principium esse corporeum. Aqua namque & ignis & consimilia, corpora sunt. & ab his quidem vnum, ab illis vero plura principia corporea. Vtrisque tamen ea ut in materiae specie ponentibus, & a quibusdam cum hac illa vnde motus. Et haec ab his quidem vna, ab alijs vero duas. Igitur

nophanes vero, primus horum, vnum dixit. Parmenides enim, qui huius dicitur fuisse discipulus nihil explanauit. Neque de natura horum neuter visus est tractare, sed ad totum coelum respiciens, ipsum vnum dicit esse Deum. Igitur ij, sicut diximus, praetermittendi sunt ad praesentem inquisitionem. Duo quidem & penitus tamquam existentes paru agrestiores, Xenophanes & Melissus. Parmenides autem magis videns visus est dicere. Praeter enim ens, non ens, nihil dignatur esse, vnde ex necessitate opinatur vnum esse ens, & aliud nihil: de quo in physicis manifestius diximus. Coactus vero apparatus sequi, & quid vnum quidem secundum rationem, plura vero secundum sensum opinatur esse, duas causas & duo principia rursus ponit, calidum & frigidum, ut ignem & terram dicat. Horum autem quod quidem est secundum ens, calidum ordinat: alterum vero secundum, non ens.

Igitur ex dictis & a sapientibus iam rationi consentientibus ea accepimus. A primis quidem igitur principium esse corporeum. Aqua namque & ignis & consimilia, corpora sunt. & ab his quidem vnum, ab illis vero plura principia corporea. Vtrisque tamen ea ut in materiae specie ponentibus, & a quibusdam cum hac illa vnde motus. Et haec ab his quidem vna, ab alijs vero duas. Igitur

necessitate putat sequi, quod ens sit vnum, & quicquid est aliud ab ente, sit nihil. De qua quidem ratione manifestius dictum est primo Physico. Licet autem Parmenides ista ratione cogatur ad ponendum omnia esse vnum, tamen quia sensui apparebat multitudinem esse in rebus, coactus sequi ea, quae apparent, voluit in sua positione vtrique satisfactione, & apparetiae sensus & rationi. Vnde dixit quod omnia sunt vnum secundum rationem, sed sunt plura secundum sensum. Et in quantum ponebat pluralitatem secundum sensum, potuit in rebus ponere causam & causatum. Vnde posuit duas causas, scilicet calidum & frigidum: quorum vnum accendebat igni, aliud terrae. Et vnum videbat pertinere ad causam efficientem, scilicet calidum & ignis, aliud ad causam materialem, scilicet frigidum & terra. Et ne eius positio suae rationi videret esse opposita, quae cocludebat, quod quicquid est praeter vnum, est nihil: dicebat quod vnum praedictorum, scilicet calidum, erat ens: alterum vero quod est praeter illud vnum ens, scilicet frigidum, dicebat esse non ens secundum rationem & rei veritatem, sed esse ens solum secundum apparetiam sensus. In hoc autem aliquo modo ad veritatem appropinquat. Nam principium materiale non est ens in actu, cui attribuebatur terram, similiter etiam alterum contrarium est vtriuusque, ut dicitur primo Physicorum. Priuatio autem ad rationem non entis pertinet. Vnde & frigidum quodammodo est priuatio calidi, & sic est non ens.

Ex dictis itaque, ac ab illis, qui rationi incubuerunt, sapientibus, ista accepimus. A primis quidem, & corporeum principium. aqua namque & ignis, & similia corpora sunt. & horum, a quibusdam vnum, a quibusdam plura corporea principia. vtriusque tamen ista ut in materiae specie ponentibus. A ceteris vero & hanc causam, & cum ista etiam eam vnde motus statuimus. & hanc a quibusdam vnam, a quibusdam plura. Vnde ad Italicos, & absque illis mediocriter dixerunt alij de ipsis. Attamen, ut diximus, duabus sunt causis vniuersi, & harum alteram, huiusmodi vnam, alij vero duas faciunt illam, vnde motus. Pythagorici vero duo quidem principia dixerunt secundum eundem modum: tantum autem addiderunt, quod & proprium est eorum, quia finitum & infinitum, & non alias aliquas putauerunt esse naturas, ut ignem aut terram, aut aliquid tale, sed infinitum ipsum & vnum ipsum horum esse substantiam, de quibus praedicatur. Quapropter, & numerum esse substantiam omnium. De his igitur secundum hunc enunciauimus modum, & de ipso quidem est dicere, & diffinire coeperunt: valde autem simpliciter tractauerunt, superficialiter, non diffinierunt, & cui primo inerat dicitus terminus, hoc esse substantiam rei putauerunt. Vt si quis existimet ratione id esse duplicem, & dualitatem, eo quod primo inest duobus duplici, sed forsitan duplici & dualitati non idem esse. si autem non, multa ipsum vnum erit, quod & illis accidit. De prioribus quidem igitur & alijs, tot est accipere.

T. c. 25.

T. c. 4. par. 6.

T. c. 4.

T. c. 69.

T. c. 1.

T. c. 5.

T. c. 69.

T. c. 1.

T. c. 5.

T. c. 69.

T. c. 1.

T. c. 5.

quod sine idem secundum rationem, sicut diffinitio & diffinitum. Si autem etiam esset verum quod illi dicebant, sequeretur, quod multa essent vnum. Contingit enim aliquam multa primo inesse alicui vni, sicut dualitati primo inest paritas & proportio dupla. Et sic sequitur, quod par & duplum sine idem, similiter, quod cuiusque inest duplum, sic idem dualitati, ex quo duplum est dualitatis substantia. Quod idem estiam & Pythagoricis conueniebat. Nam multa & diuersa assignabantur quasi vnum essent, sicut proprietates numerales dicebantur esse eam proprietatibus naturalium rerum. Sic igitur concludit, quod tot est accipere a prioribus philosophis, qui posterius tantum vnum principium materiale & ab alijs posterioribus, qui postea sunt plura principia.

LECTIO X. POST dictas vero Philosophias, Platonis superuenit negotium, in multis quidem hos sequens, alia vero & propria praeter Italicos philosophiam habens. Nam ex nouo conueniens Cratyllo & Heracliti opinionibus, quasi sensibilibus omnibus semper destinentibus, & scientia de his non existens.

LECTIO X. POST dictas vero philosophias, disciplina Platonis superuenit, in plerisque quidem istos secuta, quaedam autem etiam propria, ultra Italicos habens philosophiam. Cum Cratillo namque ex recentioribus, & Heracliti opinionibus assuetus, tantquam omnibus sensibilibus semper

Patet igitur quod Anaxag. secundum illa, quę exprimit, nec dixit recte, nec plene. Tamen uidebatur directe dicere aliquid propinquius opinionibus posteriorum, quę sunt actiones, s. opinio ni Plato, & Aristoteli. qui recte de materia prima senserunt. Quę quidē opinionēs tunc erant magis apparentes. Vltimo excelsat se Aristoteli perscrutatio diligentiori harum opinionum, quia sermones dictorum Philosophorum sunt proprii sermonibus naturalibus, ad quos pertinet tractare de generatione & corruptione. Ipsi enim fere posterant principia & causas talis substantię, scilicet materialis & corruptibilis. Dicit autem §. fere §. quia de alijs substantijs non tractabant, quamuis quedā principia ab eis posita, se possent ad alia etiam extendere, ut patet de intellectu maxime. Quia igitur non posterant principia communia omnibus substantijs, quod pertinet ad istam scientiam, sed principia solum substantiarum corruptibilium, quod pertinet ad Scientiam Naturalem, ideo diligens inquisitio de prædictis opinionibus magis pertinet ad Scientiam Naturalem, quam ad istam.

LECTIO XIII.

Vicunque uero de omnibus existentibus faciunt theoriam existentium autem hæc quidē sensibilia, illa uero insensibilia ponunt, palam quia de ueritatibus perscrutatio facit. Propter quod magis utiq; im-

ciem. Patet igitur quod Anaxag. secundum illa, quę exprimit, nec dixit recte, nec plene. Tamen uidebatur directe dicere aliquid propinquius opinionibus posteriorum, quę sunt actiones, s. opinio ni Plato, & Aristoteli. qui recte de materia prima senserunt. Quę quidē opinionēs tunc erant magis apparentes. Vltimo excelsat se Aristoteli perscrutatio diligentiori harum opinionum, quia sermones dictorum Philosophorum sunt proprii sermonibus naturalibus, ad quos pertinet tractare de generatione & corruptione. Ipsi enim fere posterant principia & causas talis substantię, scilicet materialis & corruptibilis. Dicit autem §. fere §. quia de alijs substantijs non tractabant, quamuis quedā principia ab eis posita, se possent ad alia etiam extendere, ut patet de intellectu maxime. Quia igitur non posterant principia communia omnibus substantijs, quod pertinet ad istam scientiam, sed principia solum substantiarum corruptibilium, quod pertinet ad Scientiam Naturalem, ideo diligens inquisitio de prædictis opinionibus magis pertinet ad Scientiam Naturalem, quam ad istam.

LECTIO XIII.

IC distat contra opiniones Pythagorę & Platonis, qui aliora principia posuerunt quam naturalia. & circa hoc duo facit. Primo ostendit, q̄ consideratio harum opinionum magis pertinet ad scientiam præsentem, quam prædictam. Secundo incipit cōtra eas disputare. ibi: Ergo qui Pythagorę sunt uocati. Dicit ergo primo quod

quod illi, qui faciunt theoreticam, id est considerationem de omnibus entibus, & ponunt quod entium quaedam sunt sensibilia, quaedam insensibilia, perferuntur de viroque genere entium. Vnde inuestigare de opinionibus eorum, qui bene & qui non bene dixerunt, magis pertinet ad perferuationem quam proponimus tradere in hac scientia.

T. com. 19. parte. 2.

Par. phi. & sequenti lect. 4. Hac par. Part. seq.

T. c. 20. parte. 2.

parte. 3.

T. c. 21. parte. 4.

T. c. 20.

morabitur aliquis, de eis quod bene, aut non bene dicunt, ad presentem nobis propositorum perferuationem.

Ergo qui Pythagorici sunt vocati, principijs & elementis extraneae a physiologis sunt vsi. Causa vero, quia acceperunt ea ex non sensibilibus. Nam mathematica existentium sine motu, sunt extra ea, quae sunt circa astrologiam. Disputant tamen & tractant omnia de natura generant, n. caelum, & quod circa huius partes & passiones & operationes accidit obseruat, & principia & cas in hoc dispensant, quasi alijs physiologis consentientes: quia ens, hoc est quodcunque sensibile est, & comprehendit vocatum caelum, Causas vero & principia, sicut diximus, dicunt sufficientia pertinere vsque ad ea, quae sunt entium superiora, & magis quam de natura rationibus conuenientia.

Ex quo tamen modo motus inerit finito & infinito solum, suppositis pari & impari, non dicunt. Quomodo autem possibile sine motu & transmutatione, generationem & corruptionem esse, aut eorum, quae geruntur, opera circa caelum?

Amplius autem siue quis det ex eis esse magnitudinem, siue hoc ostendatur, tamen quomodo erunt haec corporum leuia, illa vero grauitatem habentia? Ex quibus enim supponunt, & dicunt, nihil magis de mathematicis corporibus dicunt, quam de sensibilibus, vnde de igne &

Amplius autem siue quis det ex eis esse magnitudinem, siue hoc ostendatur, tamen quomodo erunt haec corporum leuia, illa vero grauitatem habentia? Ex quibus enim supponunt, & dicunt, nihil magis de mathematicis corporibus dicunt, quam de sensibilibus, vnde de igne &

le infinitum, sicut alij Naturales posuerunt. Nec iterum ponebant plures mundos, sicut posuit Democritus. Ideo autem videbatur estimare, quod nulla entia essent nisi sensibilia, quia non assignabat principia, & causas, nisi talibus substantijs. Nihilominus tamen causas & principia, quae assignabat, non erant propria & determinata sensibilibus, sed erant sufficientia ascendere ad superiora entia, id est ad entia intellectalia. Et erant adhuc magis conuenienti a quam rationes Naturalium, quae non poterant extendi ultra sensibilia, quia ponebant principia corporea, Pythagoras vero, quae ponebat principia incorporea, scilicet numeros, quibus non poneret principia nisi corporum sensibilibus, ponebat tamen entium intellectibilibus, quae non sunt corpora, principia ponit, sicut & Plato posterius fecit.

Qui itaque Pythagorici appellantur, principijs quidem, & elementis alienari modo quam Physiologi videntur. Causa vero est, quoniam ea non ex sensibilibus acceperunt. Entium enim, quae mathematica sunt, sine motu sunt, praeter illa, quae circa Astrologiam sunt, disputant tamen, & tractant omnia de natura. etenim generant caelum, & circa eius passiones, partes, & opera obseruant quod accidit, & principia, & causas in his consumunt, tanquam ceteris Physiologis conuenientes: quia ipsum ens hoc est, quodcunque sensibile est, & quod continet id, quod vocatur caelum. Causas vero, & principia, sicut diximus, sufficientias, ut dicunt, etiam vsque ad superiora entium transcendere, & magis quam de natura sermonibus conuenientia.

Ex quo uero modo motus erit, finito & infinito, & pari & impari solum suppositis, nihil aiunt. Aut quomodo possibile est sine motu & mutatione generationem & corruptionem esse, aut actiones eorum, quae in caelo feruntur.

Item siue quis eis concedat ex his magnitudinem esse, siue monstretur hoc, quomodo tamen quaedam corporum, leuia, quaedam grauitatem habentia erunt? e quibus enim supponunt, & aiunt, nil magis quam de mathematicis corporibus, de sensibilibus dicunt, quare de igne, aqua, aut de huiusmodi ceteris corporibus non assignans aliqua principia motus.

Hic ponit secundam rationem. Pythagoras enim ponebat ex numeris componi magnitudines. Sed siue hoc probet, siue concedatur, non poterit ex numeris assignare causam, quare quaedam sunt grauia, quaedam leuia. Quod ex hoc patet, quia rationes numerorum non magis adaptantur corporibus sensibilibus, quam mathematicis, quae sunt non grauia & leuia. Vnde patet, quod ipsi nihil dixerunt plus de corporibus sensibilibus, quam de mathematicis. Et sic patet, quod cum corpora sensibilia, vt ignis & terra & huiusmodi, in quantum talia, addant aliquid supra mathematica, nihil proprium de istis sensibilibus dixerunt secundum veram estimationem. Et sic iterum patet, quod insufficienter

T. c. 23. parte. 5.

T. c. 23.

T. c. 24.

posuerunt, praetermittentes assignare causas eorum, quae sunt propria sensibilibus. Hic ostendit tertiam rationem, quae procedit ex hoc, quod Pythagoras videbatur ponere duo contraria. Ponebat enim ex vna parte, quod numerus, & numeri passiones sunt causa eorum, quae sunt in caelo, & omnium generabilium & corruptibilium a principio mundi: ex alia vero ponebat, quod non erat aliquis alius numerus praeter istum numerum, ex quo constituitur mundi substantia, numerus enim substantia rerum posuit. Hoc autem quomodo est accipere, cum idem non sit causa sui ipsius? Nam Pythagoras ex hoc dicit demonstrari, quod vnumquodque horum sensibilibus est numerus secundum substantiam suam: quia in hac parte vniuersi sunt entia contingentia, de quibus est opinio, & quae subiunguntur aliquando sunt, & aliquando non sunt. Si autem ista generabilia & corruptibilia essent partim supra, aut subius, in ordine vniuersi esset inordinata, vel per modum iniustitiae, dum scilicet aliqua res fortiter nobilior locum, vel minus nobilem quam sibi debeat. Aut per modum discretionis, in quantum corpus, si poneretur extra locum suum, diuideretur a corporibus similis naturae. Vel per modum mistionis & confusionis, dum corpus extra suum locum posuisset alteri corpori, sicut si aliqua pars aquae esset in aliquo loco aeris, vel in loco terre. Et videtur in hoc tangere duplicem conuenientiam corporis naturalis ad suum locum. Vnam ex ordine situm, secundum quod nobiliora corpora fortiantur altiore locum, in quo videtur quaedam iustitia. Aliam autem ex similitudine, vel dissimilitudine corporum locatorum adiuuicem, cui contrariatur discretio & permixtio. Quia igitur res secundum quod determinatum situm habent in vniuerso, conuenienter se habent, quia situm in modico mutaretur, sequeretur inconueniens, vt dictum & manifestum est, quod omnes partes vniuersi sunt ordinatae secundum determinatam proportionem: Omnis enim determinata proportio est secundum numeros. Vnde ostendebat Pythagoras, quod omnia entia essent numerus. Sed ex alia parte videmus, quod magnitudines constitutae in diuersis locis sunt plures & diuersae, quia singula loca vniuersi consequuntur propriae passiones, quibus corpora diuersificantur. Nam alia sunt passiones corporis existentis sursum & deorsum:

LECTIO XIII.

VI vero ideas posuerunt, primum quidem horum existentium accipere causas quentes, alia his equalia numero attulerunt. Vt si quis numerare volens, paucioribus quidem existentibus putet non posse, plures vero facientes numeret. Nam fere aequales, aut non pauciores his sunt species. De quibus



LECTIO XIII.

VI vero ideas ponunt, primum quidem, cum quae uerent horum existentium causas habere, cetera equalia his numero attulerunt, velut si quis numerare volens, cum quidem pauciora existant, arbitretur non posse, plura vero ea faciat, & ita numeret. Fere etenim forma aequales, aut non pauciores vs. Ex quibus, dum



Cum igitur Pythagoras ratione praedicta dicat omnia sensibilia numerum, & videamus accedere diuersitatem in sensibilibus secundum diuersa loca, utrum sit idem & vnus numerus tantum, qui est in caelo, id est, in toto corpore sensibili, quod in caelo includatur, de quo oportet accipere, quod est substantia vniuersalis, sensibilibus: aut praeter hunc numerum, qui est substantia rerum sensibilibus, est alius numerus, qui est eorum causa. Plato autem dixit alium numerum, qui est substantia sensibilibus, & qui est causa. Et quia ipse Plato existimauit, sicut Pythagoras, numeros esse ipsa corpora sensibilia & causas eorum, sed numeros intellectuales estimauit causas insensibilibus, numeros vero sensibiles causas esse & formas sensibilibus. Quod quia Pythagoras non fecit, insufficienter posuit. Concludit autem in fine, quod ista sufficiant de Pythagorici opinionibus, nam eas teruisse sufficit.

Item, quomodo passiones quidem numeri, & ipsum numerum putandum causas eorum esse, quae sunt a principio, ac de nouo in caelo sunt: numerum vero alium praeter hunc numerum, ex quo mundus constat, nullum esse?

Cum enim in hac quidem parte opinio eis, & tempus sit, paululum uero desuper, aut subius iniustitia & discretio, aut permixtio, demonstratio autem dicat, quia horum vnumquodque numerus est: accidit autem secundum hunc locum iam pluralitatem esse constitutarum magnitudinum, quia passiones haec sequuntur singula loca: vtrum idem est hic numerus, qui in caelo est, quae oportet accipere, quia vnumquodque est, aut praeter hunc alius? Plato namque ait alium esse, existimat quidem etiam & ille numeros haec esse, & horum causas, sed illos quidem intellectuales causas, hos vero sensibiles. De Pythagorici itaque praetermittamus modo, sufficit enim in tantum eos attingisse.



IC dicitur, sicut opinio Platoni: & diuiditur in duas partes. Primo disputat contra opinionem Platoni, quae tum ad hoc, quod ponebat de rerum substantiis. Secundo quantum ad hoc, quod de rerum principijs, ibi: Omnia autem sapientia. Prima diuiditur in duas partes. Primo enim disputat contra hoc, quod ponebat substantias species. Secundo quantum ad hoc, quod ponebat de mathematicis, ibi: Amplius si sunt numeri. Circa primum duo facit. Primo enim disputat contra ipsam positionem Platoni. Secundo contra rationem ipsius, ibi: Amplius autem secundum quos & c. Dicit ergo primo, quod Platoni ponentes ideas esse quasdam substantias separatas, in hoc videtur deliquisse: quia, cum ipsi quaererent causas horum sensibilibus entium, praetermixtis sensibilibus, adiuuenerunt quaedam alia noua entia equalia numeris sensibilibus. Et hoc videtur inconueniens: quia qui quaerit causas aliquarum rerum, debet ipsas certificare, non alias res addere, ex quarum positione accrescat necessitas acquisitionis. Hoc enim simile est, ac si aliquis vellet numerare res aliquas, quas non putet se posse numerare, sicut pauciores, sed vult eas numerare multiplicando eas per additionem aliquarum rerum. Constat enim, quod talis stulte mouetur, quia in paucioribus est via magis, quia melius & facilius certificantur pauca quam multa. Et numerus tanto est certior, quanto est minor, sicut propinquior vnitati, quae est mensura certissima.

\*a. liniuisti

LECT. XIII.

\*a.c. addit causas.

lect. 17.

par. 2. Lect. huius

Sicut autem numeratio est quedam rerum certificatio quan- tum ad numerum, ita inquisitio de causis rerum, est quedam certa mensura ad certificationem nature rerum. Vnde sicut numerata pauciores res, facilius certificantur quantum ad earum numerum, ita pauciores res facilius certificantur quan- tum ad earum na- turam. Vnde cum Plato ad notifican- dum res sensibiles tantum, multiplicat uerit rerum gene- ra, adiunctis difficil- itates accipies quod est difficiliss ad ma- nifestationem faci- lioris; quod est in- conueniens. Et quod idem separatae sunt æquales numero, aut non pauciores sensibilibus, de qui- bus Platonici inqui- runt causas (quibus Aristoteles se con- numerat, quia Pla- tonis discipulus fuit) & determinauerunt procedentes de his sensibilibus ad præ- dictas species, ma- nifestum est, si con- sideretur qua ratio- ne Platonici ideas induxerunt, hac sci- licet, quia videbat in omnibus uniuo- cis unum esse in mul- tis. Vnde id unum ponebant esse speci- em separatam. Vi- demus tamē, quod circa omnes substā- tias rerum aliarum ab ideis inuenitur unum multis per modum unioe: præ- dicationis. in quantum inueniuntur multa unius speciei. Et hoc non solum in sensibilibus corruptibilibus, sed etiam in mathematicis, quæ sunt sempiterna: quia & in eis multa sunt unius speciei, ut supra dictum est. Vnde relinquitur, quod omnibus speciebus rerum sensibiliū respondeat aliqua idea. Quilibet igitur earum est quoddam æquiuocum cum illis sensibilibus, quia communicat in nomine cum eis. Sicut enim Socr. dicitur homo, ita & illa: tamen differunt ratione. Ra- tio enim Socra. est cum materia, ratio uero hominis idealis est sine materia. Vel secundum aliam literam. Vnæqueque species dicitur esse aliquid uniuocum, in quantum scilicet est unum in multis, & conuenit cum illis, de quibus prædicatur quantum ad rationem speciei. Ideo autem dicit æquales; aut non pauciores, quia idem uel ponuntur solum specierum, & sic erunt æquales numero istis sensibilibus, si numeren- tur hic sensibilia, secundum diuersas species, & non secundum diuersa indiuidua, quæ sunt infinita. Vel ponuntur idem non solum specierum, sed etiam generum, & sic sunt plures idem quæ species sensibilibus, quia idem tunc erunt species omnes, & præter hæc omnia & singula genera. Et præter hoc dicit, aut non pauciores: quæ dicit, sed plures. Vel ali- ter, ut dicantur esse æquales, in quantum ponebat eas esse species sensibilibus, non pauciores autem, sed plures, in- quantum ponebat eas nō solum species sensibilibus, sed etiam mathematicorum.

T.com. 27. part. 2.

part. 3.

part. 4.

T.c. 28. part. 7.

b. *Amplius autem secundum quos modos ostendimus quia sunt species, secundum nullum uidentur horū: ex quibusdam enim non est necesse fieri syllogismum ex quibusdam uero ita, & non quorum putamus, horum sunt species.*

c. *Quia secundum rationes eas, quæ sunt ex scientijs, omnium erunt species quorumcumque sunt scientiæ, & secundum unum in multis, & in negationibus.*

d. *Et secundum quod intelligitur aliquid corruptibile corruptibile: Phantasma enim aliquid horum est.*

e. *Amplius autem rationū certissime, aliæ quidem eorum, quæ ad aliquid, ideas faciunt, quorum non dicunt esse secundum se genus: alij uero tertium hominem dicunt.*

F nis, quia per quasdam suas rationes ostenditur, quod species separatae sunt quarundam rerum, quarum esse species Platonici non putauerunt similiter, sicut & illarum quarum putauerunt esse species.

c. *Hic prosequitur istos modos in speciali. & primo prosequitur secundum ostendendo, quod sequitur per rationem Platonis species esse aliquorum, quorum species Plato non ponebat. Secundo prosequitur primum, ostendens, quod ratio- nes Platonis non sunt sufficientes ad ostendendum esse ideas, ibi: *¶ Omnia autem dubitabit aliquis &c. ¶* Circa primum ponit septem ratio- nes: quarum prima talis est: Vna rationum inducentium Platonem ad ponendum ideas tenebat ex parte scientiæ, quia uidelicet scientia, cum sit de- cessarij, non potest esse de his sensibilibus, quæ sunt corruptibilia, sed oportet quod sit de entibus separatim in corruptibilibus. Se- cundum igitur hæc rationem ex scientijs sumptam, sequitur, quod species sunt omnium quorumcumque sunt scientiæ. Scientiæ autem non solum sunt de hoc, quod est esse unum in multis, quod est per affirmationem, sed etiam de negationibus: quia sicut sunt aliqua demōstrationes concludentes affirmatiuam propositionem, ita sunt etiam demōstrationes concludentes negati- uam propositionem: ergo oportet etiam negationum pone- re ideas.*

G *quod forma sunt, secundum nullum eorum apparent. Et quibusdam nanque, non est necesse fieri syllogismum: è quibusdam uero etiam, quorum non putamus, horum forme sunt.*

*Secundum nanque rationes, quæ ex scientijs, formæ erunt omnium, quorum scientiæ sunt, secundum uero unum in multis, & negationum.*

H *At secundum quod intelligitur quippiam eo corruptio, etiam corruptibile: siquidem quicquam est horum phantasma.*

*Insuper rationum, quæ magis certæ sunt, quædam quidem eorum, quæ ad aliquid sunt, ideas faciunt, quorum non dicimus esse per se genus: quædam uero tertium hominem dicunt.*

d. *Hic ponit secundam rationem. In scientijs enim non solum intelligitur, quæ quedam semper se eodem modo habent, sed etiam quædam corruptuntur: aliter tolleretur scientia naturalis, quæ circa motum uersatur. Si igitur oportet esse ideas omnium illorum, quæ in scientijs intelliguntur, oportet esse ideas corruptibilem, in quantum corruptibilia, hoc est in quantum sunt hæc sensibilia singularia. Sic enim sunt corruptibilia. Non autem potest dici secundum rationem Platonis, quod scientia illa, quibus intelligimus corruptiones rerum, intelligantur corruptiones horum sensibilibus: quia horum sensibilibus non est intellectus, sed imaginatio, uel phantasia, quæ est motus factus a sensu secundum actum, secundum quod dicitur Secundo de Anima.*

e. *Hic ponit tertiam rationem, quæ continet duas conclusiones, quas certissimis rationibus dicit concludi. Vna est, quia, si idem sunt omnium, quorum sunt scientiæ, scientiæ autem non solum sunt de absolutis, sed etiam sunt de his, quæ dicuntur ad aliquid; sequitur hac ratione faciente, quod idem sunt etiam eorum, quæ sunt ad aliquid: quod est contra opinionem Platonis: quia, cum idem separatae, sunt secundum se existentes, quod est contra rationem eius, quod est ad aliquid, non ponebat Plato eorum, quæ sunt ad aliquid, aliquid esse genus idearum, quæ secundum se dicuntur. Alia conclusio est, quæ ex alijs rationibus certissimis sequitur, quod scilicet sit tertius homo. Quod quidem tripliciter potest intelligi. Vno modo, quod intelligatur, quod homo idealis sit tertius a duobus hominibus sensibilibus, qui commu- nis hominis prædicationem suscipiunt. Sed hoc non uidetur esse intentio, licet hoc tangatur Secundo Elenchorum. Hec enim est positio, contra quam disputat. Vnde ad hoc non duceret*

T.c. 106

part. 6.

part. 7. Text. 29.

part. 8.

duceret quasi ad inconueniens. Alio modo potest intelligi, ut dicatur tertius homo, scilicet qui sit communis & homini idealis, & homini sensibili. Cui enim homo sensibilis, & homo idealis conueniant in ratione, sicut duo homines sensibiles, & sicut homo idealis ponitur tertius præter duos homines sensibiles, ita alius homo debet ponitur tertius præter hominem idealis, & hominem sensibilem. Et hoc etiam non uidetur hic esse eius intentio, quia ad hoc inconueniens statim alia ratione ducet. Vnde esset superfluum hic ad id inconueniens ducere. Tertio modo potest intelligi, quia Plato ponebat in quibusdam generibus tria, quædam scilicet sensibilia, mathe- matica, & species, sicut in numero, & lineis, & omni- bus huiusmodi. Nō est autem maior ratio, quare in quibus- dam rebus ponatur media, quæ i alijs, ergo oportebat etiam in specie hominis ponere hominem medium, qui erit tertius inter hominem sensibilem & idea- lem. Et hæc etiam rationem in posterioribus libris Aristoteles ponit.

f. *Et omnino quæ sunt de speciebus rônes, auferunt ea, quæ magis esse uolunt dicentes species esse, quæ ipsas ideas esse. Accidit autem ei dualitate non esse primam, sed numerū: & ad ali- quid ipso quod secundum se: & omnia quæcumque aliquid de speciebus opiniones sequentes opposuerunt principijs.*

g. *Amplius autem ad existima- tionem quidem, secundum quæ dicimus ideas non solum esse substantiarum species, sed & multarum aliorum. Etenim intelligentia una nō solum circa substātia, sed & de alijs est. Et scientiæ non solum ipsius substantiæ, sed aliorum. Accidit autem & mille talia alia. Secundum uero necessitatem & opiniones de ideis, si sunt participabiles species, substantiarū necesse ideas esse solum. Non enim secundum accidens participatur, sed oportet hæc in unoquoque participare, in quantum non de subiecto dicitur. Dico autem, ut si quid per se duplo participat, hoc & sempiterno participat, sed secundum accidens. Accidit enim duplo sempiternum esse: quare substantiam erit species.*

h. *Hæc uero substantiā esse hic significat, & illic. Quare neces- se est apparere quid præter eas unum in multis. Et siquidem eadē species idearū & partici- pantium, aliquid erit commune. Quid n. magis incorruptibili- bus dualitatis, & dualitatis multis quidem, sed sempiternis*

i. *Hic ponit quartam rationem, quæ talis est. Quicunque per se sit rationalis, non mouet aliqua, quæ sunt apud eum magis nota, quàm ipsa positio, inconueni- ter ponit: sed iste rationes, quæ Plato posuit de speciebus separatim, auferunt quædam princi- pia, quæ Platonici dicentes esse species, magis uolunt esse uera, quàm hoc ipsum quod est ideas esse. ergo Plato inconuenienter po- suit. Minorem autē sic manifestat. Ideas secundum Platonem, sunt priores rebus sensibilibus & mathematicis: sed ipse ideas sunt numeri secundum eum, & magis numeri impares, quæ pares: quia numeri im- parem attribuebat formæ, parem autē materie, unde & duali- tatem dixit esse materiam. sequitur ergo, quod alij numeri sunt priores dualitate, quam ponebat sicut materiam sensibilem, ponens magnum & paruum. Cuius contrarium Platonici maxime asseriebāt, scilicet dualitatem esse primam in genere nume- ri. Item si, sicut per superiorem rationem probatum est, oportet esse aliquas ideas relationum, quæ sunt secundum se ad ali- quid, & ipsa idea est prior eo, quod participat ideā, sequitur quod hoc ipsum, quod est ad aliquid, est prius absoluto, quod secundum se dicitur. Nam huiusmodi substantiæ sensibiles, quæ participat ideas, absolute dicuntur. Et similiter de om- nibus est quæcumque illi, qui sequuntur opinionem de ideis, dicunt opposita principijs per se nota, quæ etiam ipsi maxime concedebant.*

g. *Hic ponit quintam rationem, quæ talis est. Ideas ponebant Platonem, ut eis competere rationes, siue definitiones pos- set in scientijs, ut etiam de eis scientiæ esse possent. Sed, si intelli-*

gencia una} id est simplex & indiuisibilis, qua scitur de unoquoque quid est, non solum est circa substantias {sed & de alijs} scilicet accidentibus. Et similiter scientiæ non solum sunt substantiæ, & de substantia, sed etiam inueniuntur scientiæ aliorum} scilicet accidentium: ergo patet quod ad æstimationem, secundum quam vos Platonici, esse di- ctis ideas, sequitur quod species nō solum essent substan- tiarum, sed etiā mul- torum aliorum, scilicet accidentium. Et hoc idem sequitur non solum propter definitiones & sci- entias, sed etiam acci- dentum multa alia ra- lia. .s. plurima, ex quibus oportet con- neri ideas accidentium secundum rati- ones Platonis. Si- cut quia ponebat ideas principia esse di & fieri rerum, & multorum huiusmo- di, quæ conueniunt accidentibus.

i. *Et simpliciter hæc de formis ratio- nes, illa perimunt, quæ magis esse quàm ipsas ideas esse uolunt, qui di- cunt formas. Accidit enim non dualitatem esse primam, sed numerum, & quod ad aliquid eo, quod per se est: & cuncta, quæcumque cum quidam sequerentur de ideis opiniones, aduersari principijs sunt.*

j. *Item secundum existimationem, secundum quam esse dicimus ideas, non solum substantiarum, sed multorum etiam aliorum formæ erunt. Etenim unus conceptus non solum de substantijs, sed de cæteris etiam est. & scientiæ non solum substantiæ, sed etiam aliorum sunt: & cætera huiusmodi accidit infinita. Secundum uero necessitatem & opiniones de eis, si formæ partici- pabiles sunt, necesse est substan- tiarum solum esse ideas. Non enim secundum accidens participatio earum est, sed eatenus oportet uniuersumque participem esse, quate- nus non de subiecto dicitur. Dico autem, ut siquid ipso duplo parti- cipat, hoc etiam eterno participat, sed secundum accidens. accidit enim duplo, eterno esse. quare formæ sub- stantia erunt.*

k. *Quod sic patet, quæ ex alia parte, secundum quæ Plato opinabatur de ideis & secundum neces- sitatem, quæ sunt ne- cessariæ sensibilibus {in quantum} scilicet sunt participabi- les a sensibilibus, est necessarium ponere quod ideas sint solum substantiarum. quod sic patet. Hæc, quæ sunt secundum acci- dens, non partici- pantur: sed ideam oportet participari in unoquoque, in- quantum non di- citur de subiecto.*

l. *Quod sic patet, quæ ex alia parte, quia si aliquid sensibile participat se duplo, id est, duplo separato (sic enim appellabat Platonem omnia separata, scilicet per se entia), oportet quod parti- cipet sempiterno, non quid em per se, quia tunc sequeretur, quod dupla sen- sibilia essent sempiterna, sed per accidens, in quantum scilicet ipsum per se duplum, quod participatur, est sempiternum. Ex quo patet, quod participatio non est eorum, quæ accidentia sunt, sed solum modo substantiarum. Vnde secundum opinionem Plato. non erat aliquod accidens species se- parata, sed solum substantia. Et tamen secundum rationem sumptam ex scientijs, oportebat quod esse species etiam acci- dentium, ut dictum est.*

m. *Hic ponit sextam rationem, quæ talis est. Iste res sen- sibles substantiam significant in rebus quæ uidentur: & si- militer illic, ut in rebus intelligibilibus, quæ substantiam significant. quia tam intelligibilia, quàm sensibilia substan- tiam ponebant. Ergo necesse est ponere præter utrasque sub- stantias, scilicet intelligibiles & sensibiles, aliquid commu- ne eis, quod sit unum in multis. Ex hac enim ratione Platonici ideas ponebant, quia inueniebant unum in multis, quod credebant esse præter illa multa. Et quod hoc ponere sit necessarium, scilicet aliquid unum præter substantias sensi- biles, & præter species, sic ostendit. Aut enim idem, & sensibi- lia, quæ participant ideas, sunt unius speciei, aut nō. Si sunt*

n. *Item si, sicut per superiorem rationem probatum est, oportet esse aliquas ideas relationum, quæ sunt secundum se ad ali- quid, & ipsa idea est prior eo, quod participat ideā, sequitur quod hoc ipsum, quod est ad aliquid, est prius absoluto, quod secundum se dicitur. Nam huiusmodi substantiæ sensibiles, quæ participat ideas, absolute dicuntur. Et similiter de om- nibus est quæcumque illi, qui sequuntur opinionem de ideis, dicunt opposita principijs per se nota, quæ etiam ipsi maxime concedebant.*

*¶ Hic ponit quintam rationem, quæ talis est. Ideas ponebant Platonem, ut eis competere rationes, siue definitiones pos- set in scientijs, ut etiam de eis scientiæ esse possent. Sed, si intelli-*

Tho. super Metaphy. C 2 unius

METAPHYSICORVM.

vnus speciei, omnium autem multorum in specie conuenientium, oportet ponere secundum positionem Platonis vniam speciem separatam communem: oportet igitur aliquid ponere commune sensibilibus & ipsis ideis, quod sit separatam ab vtroque. Non potest autem responderi ad hanc rationem, quod idea, quae sit incorporea & immateriales, non indigent alijs speciebus superioribus: quia similiter mathematica, quae ponuntur a Platone media inter sensibilia & species, sunt incorporea & immaterialia, & tamen quia plura eorum inueniuntur vnus speciei, Plato posuit eorum speciem communem separatam, quae etiam participant non solum mathematica, sed etiam sensibilia. Si igitur est una & eadem dualitas, quae est species, vel idea dualitatis, quae quidem est etiam in dualitibus sensibilibus, quae sunt corruptibiles, sicut exemplar est in exemplato, & in dualitibus etiam mathematicis, quae sunt multae vnus speciei, sed tamen sunt sempiternae: eadem ratione in eadem dualitate, scilicet quae est idea, & i. alia, quae est mathematica, vel sensibilibus, erit alia dualitas separata. Non enim potest reddi propter quid illud sit, & hoc non sit. Si autem detur alia pars, scilicet sensibilia, quae participant ideas, non sunt eiusdem speciei cum ideis, sequitur quod nomen, quod dicitur de ideis & de substantia sensibili, dicatur omnino equiuoce. Illa enim dicuntur equiuoce, quorum solum nomen commune est, ratione speciei existente diuersa. Nec solum sequitur quod sint quocumque modo equiuoca: sed simpliciter equiuoca, sicut illa quibus imponitur vnium nomen sine respectu ad aliquam communicationem, quae dicuntur equiuoca a casu. Sicut si aliquem hominem aliquis vocaret Calliam, & aliquid lignum. Hoc autem ideo addidit Aristoteles, quia postea dicitur, quod non omnino equiuoce aliquod nomen praedicatur de idea, & de substantia sensibili, cum de idea praedicatur essentialiter, de substantia vero sensibili per participationem. Nam idea hominis secundum Platonem dicitur per se homo, hic autem homo sensibilibus dicitur per participationem. Sed tamen talis equiuocatio non est pura, sed nomen quod per participationem praedicatur, dicitur per respectum ad illud quod praedicatur per se, quod non est pura equiuocatio, sed multiplicitas analogiae. Si autem essent omnino equiuoca a casu idea & substantia sensibilibus, sequeretur, quod per vnium non posset cognosci aliud, sicut equiuoca non se inuicem notificant.

LECTIO XV.

**M**nium autem dubitabit aliquis maxime, quid conferunt species sempiternis sensibilibus, aut his, quae sunt & corrumpuntur.

**N**eq; enim motus, nec transformationis vllius sunt causa in eis.

**S**ed nec ad scientiam auxiliari eis. nec enim illa horum substantia. nam essent in eis. Nec ad esse, cum non participantibus insint. Sic enim forsitan causa videbitur esse album permixtum albo. Sed haec quidem ratio valde mobilis est, quae Anaxagoras prius, & Hesiodus posterior, & alij quidem dixerunt. Facile namque colligere multa & impossibilia ad talem opinionem. At uero nec ex speciebus sunt alia secundum vllum modum consuetorum.

LECTIO XV.

**I**mprobatur opinio Platonis quantum ad hoc quod non concluderet, quod concludere intendebat. Intendebat enim Plato concludere ideas esse per hoc, quod sunt necessariae sensibilibus rebus secundum aliquem modum. Vnde Aristoteles ostendens, quod idea ad nihil possunt sensibilibus vtiliter esse, destruit rationes Platonis de positione idearum. Et ideo dicitur, quod inter omnia dubitabilia, quae sunt contra Platonem, illud est maximum, quod species a Platone posita non videntur aliquid conferre rebus sensibilibus; nec sempiternis, sicut sunt corpora caelestia; nec his, quae sunt & corrumpuntur, sicut corpora elementaria. Quod singillatim de omnibus ostendit, propter quae Plato ponebat ideas, cum dicit.

**V**bi incipit quinque ostendere. Primo, quod non profunt ad motum. Secundo, quod non profunt ad scientias, ibi: Sed nec ad scientiam. Tertio, quod non profunt sicut exemplaria, ibi: Dicere vero exemplaria esse, & eis alia participare, vaniloquium est, & metaphoras dicere poeticas. Quarto, quod non profunt sicut substantia, ibi: Amplius opinabitur. Quinto, quod non profunt sicut causa fieri, ibi: In Phaedone vero. Dicit ergo primo, quod species non possunt esse rebus sensibilibus, ita quod sint eis causa motus, vel transformationis alicuius. Cuius rationem hic non dicit, sed superius tetigit: quia videlicet ideae non introducuntur propter motum, sed magis propter immobilitatem. Quia enim Platoni videbatur, quod omnia sensibilia semper essent in motu, voluit aliquid ponere extra sensibilia fixum & immobile, de quo posset esse certa scientia. Vnde species non poterant ab eo poni, sicut principia sensibilia motus, sed potius sicut immobiles, & immobilitatis principia, ut scilicet si aliquid fixum & eodem modo se habens in rebus sensibilibus inuenitur, hoc sit secundum participantiam idearum, quae per se sunt immobiles.

LECTIO XV.

**O**ttimum vero dubitabit aliquis, quidnam formas conferant sempiternis sensibilibus, aut illis, quae sunt & corrumpuntur.

**N**ec enim motus, nec alicuius transformationis eis causa sunt.

**A**t nec ad scientiam aliorum profunt, nec enim horum ille substantia sunt: in his etenim essent, nec ad esse, cum non insint participantibus. Ita etenim forsitan causa putabuntur esse, ut album mixtum albo. Sed ista ratio facile redargui potest, quam Anaxagoras prius, Eudoxus uero posterior, & quidam alij dixerunt, facile enim est multa & impossibilia ad hanc opinionem congerere. At nec ex formis cetera sunt, secundum vllum illorum modorum, qui dici solent.

**O**stendit secundo, quod species non profunt sensibilibus ad scientiam tali ratione. Cognitio vnus cuiusque per cognitionem suae substantiae, & non per cognitionem aliquarum substantiarum extrinsecarum: sed substantiae separatae, quas dicebant species, sunt omnino alie ab istis substantijs sensibilibus; ergo earum cognitio non auxiliatur ad scientiam illorum sensibilibus. Nec potest dici, quod illae species sunt substantiae istorum sensibilibus: Nam cuiuslibet rei substantia est in eo, cuius est substantia. Si igitur illae species essent substantiae rerum sensibilibus, essent in his sensibilibus: quod est contra Platonem. Nec iterum potest dici, quod illae species adsint istis substantijs sensibilibus, sicut participantibus eas. Hoc enim modo Plato opinabatur aliquas species horum sensibilibus causas esse. Sicut nos intelligeremus ipsum album per se existens, ac si esset quoddam album separatum permixtum albo, quod est in subiecto, & albedinem participaret, ut sic etiam dicamus quod homo iste, qui est separatus, permisceatur huic homini, qui componitur ex materia & natura speciei, quam participat. Sed haec ratio est valde mobilis, & destruitur. Hanc enim rationem primo tetigit Anaxagoras, qui posuit etiam formas & accidentia permixta rebus. Et secundo tetigit Hesiodus & alij quidam. Et ideo dico, quod est valde mobilis, si quia facile est colligere multa impossibilia contra talem opinionem. Sequitur enim, sicut supra dixit contra Anaxagoram, accidentia & formas possunt esse sine substantijs. Nam ea solana sunt miseri, quae possunt separatim existere. Sic igitur non potest dici, quod species sic conferant ad scientiam sensibilibus, ut eorum substantiae, nec quod sint eis principia existendi per modum participantium. Nec etiam potest dici, quod ex speciebus sicut ex principijs sunt alia. Sensibilia scilicet vllum eorum modum, qui conueniunt dici. Vnde si eadem sunt principia essendi, & cognoscendi, oportet quod species non conferant ad scientias: cum principia essendi esse non possint. Ideo autem dicit secundum vllum modum consuetorum, dici quia Plato inuenerat nouos modos aliquid ex alijs cognoscendi.

part. 2. prima parte lect. & 1. part. seq. ps. r. 4. & sequen. Par. 7. & 8. par. 9. & 11.

Tex. c. 37. part. 1.

part. 3.

T. c. 37. part. 4. par. seq.

**H**ic tertio ostendit, quod species non conferant sensibilibus sicut exemplaria. & primo proponit intentum. Secundo, probat, ibi: Nam quid opus est &c. Dicit ergo primo, quod dicere species esse exemplaria sensibilibus & mathematicis, eo quod huiusmodi eas participant, est dupliciter inconueniens. Vno modo, quia vnium & nulla vilitas est huiusmodi exemplaria ponere, sicut ostendit. Alio modo, quia est simile metaphoricis, quas Poeta inducunt, quod ad philosophum non pertinet. Nam philosophus ex proprijs docere debet. Ideo autem hoc dicit esse metaphorice, quia Platone raphoricum, quia Platone productionem rerum naturalium assimilauit factioni rerum artificialium, in quibus artifex ad aliqum exemplar respiciens, operatur aliquid simile suae arti.

part. 6.

**D**icere vero exemplaria esse, & eis alia participare, vaniloquium est, & metaphoras dicere poeticas.

**N**am quid est opus ad ideas respiciens. Contingit enim esse & fieri simile aliqum, & non assimilatum ad illud. Quare existente Socrate & non existente fiet qualis Socrates.

**S**imiliter autem palam, quia etiam si sit Socrates sempiternus, erit eiusdem exemplaria plura, quare & species. Vt hominis animal & bipes: similiter autem & autanthropos.

**A**mplius autem non solum sensibilibus species exemplaria, sed etiam ipsarum, ut genus specierum, quare idem erit exemplar & imago.

**A**mplius opinabitur vti que impossibile esse separatim substantiam, & cuius est substantia. Quare quo idem substantiae rerum existentes separatim erunt?

**I**n Phaedone vero sic dicitur, quod ipse esse & fieri causa sint species, & etiam existentibus speciebus tamen, non sunt participantia nisi sit quod mouit:

**E**t multa sunt alia, ut domus & annulus, quorum non dicimus esse species. Quare palam, quia contingit & alia esse & fieri, & propter tales causas, quales & nunc dictas.

part. 6.

**E**t multa sunt alia, ut domus, aut annulus, quorum non dicimus esse species. Quare palam, quia contingit & fieri etiam propter tales causas, quales eorum, quae nunc dicta sunt.

**I**ta homo participat animal. Sed, si praeter istum Socratem sensibilem poneretur alius Socrates sempiternus, quasi exemplaris, sequeretur, quod huius Socratis sensibilibus essent plura exemplaria, scilicet Socrates sempiternus, & idea hominis. ergo & eadem ratione species hominis habet plura exemplaria. Erunt enim exemplaria eius & animal, & bipes, & iterum Anthropos. Idea hominis. Hoc autem est inconueniens, quod vnium exemplari sint plura exemplaria: ergo inconueniens est ponere huiusmodi sensibilibus exemplaria.

**D**icere vero exemplaria eas esse, & cetera eis participare, vaniloquia, & metaphoras poeticas dicere est.

**Q**uod enim est, quod agit, ad ideas inspiciens? possibile enim est esse, & fieri quocumque simile, etiam non ad illius imaginem, quare & existente Socrate, & non existente, fiet utique qualis Socrates est.

**S**imiliter autem etiam si Socrates sempiternus esset. At eiusdem erunt plura exemplaria, ergo etiam forma. Vt uti hominis, animal, & bipes, simul autem & idealis homo.

**I**tem non solum sensibilibus exemplaria forma erunt, verum etiam ipsarum, ut puta genus, tanquam generum specierum, quare idem erit exemplar, & imago.

**I**tem videri possit impossibile esse separatam substantiam, & cuius est substantia. Quare quomodo ideae, cum rerum substantiae sint, separatae fuerint?

**I**n Phaedone autem ita dicitur, quod vnus ipse esse, tum ipse fieri forma causa sunt, Quamquam formis existentibus, non tamen participantia sunt, si non sit, quod moueat.

**A**t multa alia sunt, uelut domus, aut annulus, quorum non dicimus esse formas, quare patet posse contingere cetera quoque esse, & fieri etiam propter tales causas, quales eorum, quae nunc dicta sunt.

**S**ensibilibus ad eorum fieri, quamuis Plato dixerit in Phaedone, in quodam suo libro, quod species sunt causa rebus sensibilibus essendi & fieri. Sed hoc improbat duabus rationibus, quarum prima talis est: Posita causa ponitur effectus: sed existentibus speciebus, non propter hoc sunt entia particularia, siue individua participantia species, nisi sit aliquod motum, quod moueat ad speciem, quod ex hoc patet, quia species semper eodem modo sunt secundum Platonem. Si igitur eis positis essent, vel fierent individua participantia eas, sequeretur quod semper essent huiusmodi individua: quod patet esse falsum; ergo non potest dici, quod species sint causa fieri & esse rerum, & praecipue cum non poneret species causas esse moriuas, ut supra dictum est. Sic enim a substantijs separatis immobilibus ponit Aristoteles procedere & fieri & esse inferiorum, in quantum illae substantiae sunt motu: caelestium corporum, quibus mediantibus causatur generatio, & corruptio in istis inferioribus.

**H**ic ponit secundam rationem, quae talis est. Sicut se habent artificialia ad causas artificiales, ita se habent naturalia ad causas naturales: sed videmus, quod multa alia a naturalibus, ut domus & annulus, sunt in istis inferioribus, quorum Platonici species non ponebant: ergo & alia naturalia contingit esse & fieri propter tales causas proximas, quales contingit esse nunc dictas, scilicet artificiales, ut scilicet sicut res artificiales sunt a proximis agentibus, ita & res naturales.

ad 27. & 28. & 29. & 30.

T. c. 33. part. 2.

\* ipse h. d.

parte. 8. T. c. 34. parte. 9.

parte. 10.

L E C T I O XVI.

T. com 35. par. prima. T. c. 36. Lec. pñ. Part. pri. Par. 8. lec. huius.

Ita improbat opinionem Platonis de speciebus, in quantum ponebat eas esse numeros. & circa hoc duo facit. Primo disputat contra ea, quae posita sunt ab ipso de numeris. Secundo contra ea, quae posita sunt ab ipso de aliis mathematicis, ibi: Volentes autem substantias &c. Circa primum ponit sex rationes, quarum prima talis est. Eorum, quae sunt idem secundum substantiam, unum non est causa alterius: sed sensibilia secundum substantiam, sunt numeri secundum Platonicos & Pythagoricos: Si igitur species sunt etiam numeri, non poterunt species esse causa sensibilibus. Si autem dicatur, quod alii numeri sunt species, & alij sunt sensibilia, sicut ad litteram Plato ponebat: ut, si dicamus quod hic numerus est homo, & ille alius numerus est Socrus, & alius numerus est Callias, istud adhuc non videtur sufficere: quia secundum hoc, sensibilia & species conueniunt in ratione numeri: & eorum quae sunt idem secundum rationem, unum non videtur esse causa alterius: ergo species non erunt causa horum sensibilibus. Non iterum potest dici, quod sunt causa, quia illi numeri, qui sunt species, sunt semperterni. Illa enim differentia non sufficit ad hoc, quod quaedam ponantur causa aliorum, quae aliqua differant per semperternum & non semperternum secundum esse suum absolute consideratum, sed per causam & causatum differant secundum habitudinem vnus ad alterum: ergo diuersa numero non differant per causam & causatum per hoc quod quaedam sunt semperterna, & quaedam non semperterna. Si autem dicatur, quod haec sensibilia sunt quaedam rationes: id est, proportiones numerorum, & per hunc modum numeri sunt causa horum sensibilibus, sicut videmus in symphonijs id est in musicis consonantijs: quia numeri dicuntur esse causa consonantiarum: in quantum proportiones numerales, quae applicantur sonis, consonantias reddunt: palam est, quod oportebat praeter ipsos numeros in sensibilibus ponere aliquod vnum secundum genus, cui applicantur proportiones numerales, ut scilicet eorum, quae sunt illius generis proportionales, sensibilia constituent, sicut praeter proportiones numerales in consonantijs inueniuntur soni. Si autem illud, cui applicatur illa proportio numeralis in sensibilibus, est materia, manifestum est, quod oportebat dicere, quod ipsi numeri separati, qui sunt species, sint proportiones aliqui vnus, scilicet ad aliquod aliud. Oportet enim dicere, quod hic homo, qui est Callias vel Socrus, est similis homini ideali, qui dicitur atofanthropus id est per se homo. Si igitur Callias non est numerus tantum, sed magis est ratio quaedam, vel proportio in numeris elementorum, scilicet ignis, terrae, aquae & aeris, & ipse homo idealis erit quaedam ratio, vel proportio in

L E C T I O XVI.

Mplius, si sunt numeri species, quomodo causentur? Vtrum quia alij numeri sunt ipsa existentia, vt hic quidem numerus homo, ille vero Socrates, & alius Callias? Quid igitur his sunt causae illi? nec enim si hi sunt semperterni, illi vero non, differunt. Si vero quia rationes numerorum & hic, vt symphonia, palam quia est vnum quidem, quorum sunt rationes. Si itaque haec materia, manifestum quia & ipsi numeri & alique rationes sunt aliud ad aliud. Dico autem, vt fit Callias ratio in numeris ignis, aquae, terrae, & aeris & atofanthropos, id est ipse homo, siue numerus quis existens, siue non, tamen erit ratio in numeris quorundam, & non numerus, & non erit quis propterea numerus.

Amplius ex multis numeris fit vnus numerus, ex speciebus aut vnus species qualiter, vel quomodo.

Sed, si nec ex eis, sed ex vnus, vt in millenario, quomodo se habent vnitates? Siue, n. eiusdem speciei, multa inconuenientia accidit. siue non eiusdem speciei. nec. n. eadem sibi sunt inuicem, nec alio omnes omnibus. Quomodo naq; differunt impossibiles existentes? nec enim rationabilia haec, nec intelligentiis confess.

συμφορία

L E C T I O XVI.

Tem, si forma numeri sunt, quomodo erunt causa? Vtrum quoniam ipsa erunt vnus numerus, vt hic quidem numerus homo, hic vero Socrates, hic autem Callias? Cur igitur illi his causae sunt? etenim si hi quidem aeterni, hi vero non, nihil differunt. Quod si quoniam proportionales numerorum ea, quae hic, aut consonantia, patet quod vnus quidem erit, quorum proportionales sunt. Si igitur hoc materia est, manifestum est quod ipsi etiam numeri proportionales cuiusquam alterius ad alterum erunt. Dico autem, vt si Callias proportio est in numeris ignis, terrae, aquae, & aeris, & ipse homo aliquorum aliorum subiectorum erit. & idea numerus, ac etiam ipse idealis. homo, si vnus aliquis numerus sit, siue non, erit tamen proportio in numeris aliquorum, & non numerus, & non erit aliquis propterea numerus.

Item de multis numeris vnus numerus fit, ex speciebus vero, quomodo species vna?

Quod si nec ex his, sed ex numeris, ut ex decem millibus, quomodo se habent vnitates? Siue, n. eiusdem speciei sunt, multa inconuenientia sequentur. siue non eiusdem speciei, nec eadem inuicem, nec cetera oes omnibus. Quo naque differet, cum impossibiles sint? haec enim nec rationabilia sunt, nec intelligentiis consentanea.

quod vnum constituendum, nisi secundum rationem indiuiduorum, quae alterantur, vt possint permisceri: ipse autem species numerorum simul conuicte numerum constituent, vt species numeri binarij, & species numeri ternarij simul iucte constituunt numerum quinarium, ita quod in quinario vnus numerus remanet & saluatur. Sed quia ad hanc rationem posset responderi ex parte Platonis, quod ex multis numeris non fit vnus numerus, sed quilibet numerus immediate constituitur ex vnitate: ideo consequenter cum dicitur.

Excludit etiam hanc responsonem. Si n. dicitur, quod aliquis numerus maior, vt millenarius, non constituitur ex eis; scilicet ex duobus vel pluribus numeris minoribus, sed constituitur ex vnitate id est ex vnitate, remanebit questio, quomodo se habent vnitates adinuicem, ex quibus numeri constituantur? Aut. n. oportet, quod oes vnitates sint conformes adinuicem, aut quod sint difformes adinuicem. Sed primo modo se quuntur multa inconuenientia, & praecipue quantum adponentes species esse numeros, quia sequitur, quod diuersae species non differant secundum substantiam, sed solum secundum excessum vnus speciei super aliam. Inconueniens etiam videtur, quod vnitates nullo modo differant, & tamen sint multae, cum diuersitas multitudinem consequatur. Si vero non sint conformes, hoc potest esse dupliciter. Vno modo, quia vnitates vnus numeri sunt differetes ab vnitate alterius numeri, sicut

T. c. 37. par. prima.

sicut vnitates binarij ab vnitate ternarij, & tamen vnitates vnus & eiusdem numeri sibi inuicem sunt conformes. Alio modo, vt vnitates eiusdem numeri non sibi inuicem, nec vnitate alterius numeri conformes existant. Hanc diuisionem significat, cum dicitur: Nec eadem sibi inuicem id est quae ad eundem numerum pertinent. In hoc autem &c. scilicet licet quae pertinent ad diuersos numeros, quocumque autem modo ponatur esse numerus siue non. Tam. n. secundum ponentes substantias esse numeros, & secundum Naturales, qui numeros substantias esse non dicebant, oportet quod in rerum substantijs, aliqua proportionales numerales inueniantur. Quod patet praecipue ex opinione Empedoclis, qui ponebat vnitateque reu sensibilibus constitui per quaedam harmoniam & proportionem.

Amplius autem aliud aliquod genus numeri facere est necessesse, circa quod fit Arithmetica. Et omnia inter media dicta, ex quibus simpliciter, aut ex quibus sunt principijs, aut quale infra presentia erunt & eas.

Amplius autem vnitates, quae sunt in dualitate, vtraque est ex aliqua priori dualitate, quamuis impossibile.

Amplius quare numerus ex his collectus est?

sum ire, procedere autem in patientibus est in deorsum ire. Sicut autem agere attribuitur causae mouenti, ita pari attribuitur materiae. Unde processus causarum mouentium est in sursum, processus autem causarum materialium est in deorsum. Quia ergo ostendit, quod non est in infinitum procedere in causis mouentibus, quasi in sursum procedendo, subiungit, quod nec etiam possibile est ire in infinitum in deorsum, secundum scilicet processum causarum materialium, supposito quod sursum ex parte causarum mouentium inueniatur aliquod principium. Et exemplificat de processu materialium, qui est in deorsum, ut si dicamus, quod ex igne sit aqua, & ex aqua terra, & sic in infinitum. Et vtriusque hoc exemplo secundum opinionem antiquorum naturalium, qui posuerunt vnum aliquod elementorum esse principium aliorum quoddam ordine. Potest autem & aliter exponi, ut intelligamus, quod in causis mouentibus manifesti sunt ad sensum ultimi effectus, qui non mouent. Et ideo, non quaeritur si procedatur in infinitum in inferioribus secundum illud genus, sed si procedatur in superioribus. Sed in genere causarum materialium econuerso supponitur vnum primum, quod sit fundamentum & basis aliorum, & dubitatur: vtrum in infinitum procedatur in deorsum, secundum processum eorum, quae generantur ex materia. Et hoc sonat exemplum propositum. Non enim dicitur ut ignis ex aqua, & hoc ex alio, sed econuerso, ex igne aqua, & ex hoc aliud. Unde supponitur prima materia, & quaeritur: an sit processus in infinitum in his, quae generantur ex materia. Deinde cum dicitur.

Probat propositum, & circa hoc quatuor facit. Primo distinguuntur duos modos, quibus sit aliquid ex aliquo. Secundo ostendit duplicem differentiam inter illos duos modos, ibi: Ergo sic ex puero. Tertio ostendit, quod secundum neutrum eorum contingit procedere in infinitum, ibi: Vtriusque autem modo impossibile est &c. Quarto, ostendit secundum quem illorum modorum ex primo materiali principio alia fiunt, ibi: Similiter autem impossibile sit &c. Dicit ergo primo, quod duobus modis sit aliquid ex aliquo, proprie & per se. Et vtriusque isto modo loquendi, ut excludat illum modum, quo dicitur

part. sequē.

Hac parte sequē. part. 6. huius lect. part. 7. huius lect.

tur improprie aliqd fieri ex aliquo, ex hoc solo, quod fit post illud. Vbi dicimus quod quadam rella Gregorum, quae dicebatur Olympias, sum ex quibusdam aliis rellis, quae dicebantur Isthinae. puta, si no: dicerem quod istum Epiphaniae fit ex cito natalis. hoc autem non proprie dicitur, quia fieri est quod non mutari. In mutatione autem non totum requiritur. ordo duorum terminorum, sed etiam si lecti i. e. vtriusque.

part. 4.

Quod quidem non contingit in praedictio exemplo. Sed hoc dicitur secundum quod imaginatur tempus esse vt iudicium dictionum istorum. Sed oportet proprie dicere aliqd fieri ex aliquo, quod aliqd vnu subiectum mutatur de hoc in illud. Et hoc dupliciter. Vno modo sicut dicitur, quod ex puero fit vir, in quantum puerum in statum virile. Alio modo sicut dicitur, quod ex aqua fit aer per aliqua transmutationem. Deinde cum dicitur.

part. 5.

Quod ostendit duas differentias inter praedictos modos: quarum prima est: quia dicitur ex puero fieri virum. sicut ex eo, quod est in fieri, fit illud, quod iam est factum: aut ex eo, quod est in fieri, fit illud quod iam est perfectum. Illud, quod est in fieri, & in fieri, est medium inter ens, & non ens, sicut generatio est medium inter esse, & non esse. Et ideo, quia per medium venitur ad extremum, dicitur, quod ex eo quod generatur, fit illud, quod generatum est: & ex eo quod generatur, fit illud, quod generatum est. Et sic dicitur, quod ex puero fit vir, vel ex addidente fit sciens: quia additens se habet vt in fieri ad sciens. In alio autem modo, quo dicitur ex aere fieri aquam, vnum extremorum non se habet vt via, vel medium ad alterum, sicut fieri ad factum esse, sed magis vt terminus, a quo recedit, vt ad alium terminum perueniatur. Et ideo ex vno corrupto fit alterum.

part. 6.

Concludit ex praemissa differentia, aliam differentiam. Quia enim in primo modo vnum se habet ad alterum, vt fieri ad factum esse, & medium ad terminum, patet, quod habent ordinem naturaliter ad invicem. Et ideo non reflectuntur ad invicem, vt indifferenter vnum fiat ex altero. Vnde non dicitur, quod ex viro fiat puer, sicut dicitur econverso. Cuius ratio est, quia illa duo, ex quorum vno secundum istum modum dicitur alterum fieri, non se habent ad invicem sicut duo termini mutationis alicuius, sed sicut ea, quorum vnum est post alterum. Et hoc est quod dicitur, quod illud, quod fit, ia est, terminus generationis, scilicet esse, non fit ex generatione, quasi ipsa generatio mutetur in esse, sed est post generationem, quia naturali ordine consequitur ad generationem, sicut terminus est post viam, & vltimum post medium. Vnde, si consideremus ista duo, scilicet generationem & esse, no differunt ab illo modo, quem exclusimus, in quo consideratur ordinem: sicut cum dicitur, quod dies fit ex aurora, quia est post auroram. Et propter istum naturalem ordinem, non

part. 7.

dicimus econverso, quod aurora fit ex die: id est, post diem. Et ex eadem ratione non potest esse quod puer fiat ex viro. Sed secundum alterum modum, quo aliquid fit ex altero, inuenitur reflexio, sicut enim aqua generatur ex aere corrupto, ita aer generatur ex aqua corrupta. Et hoc ideo, quia ista duo non se habent ad invicem secundum naturalem ordinem, scilicet vt medium ad terminum, sed sicut duo extrema, quorum vtrunque potest esse & primum, & vltimum. Deinde cum dicitur.

Verumenimvero vt ex puero quidem virum fieri dicimus, tanquam ex eo quod sicbat, id quod factum est, aut quod perfectum est ex eo, quod perfectum fuerat. Semper enim est aliquid medium, vt inter esse, & non esse generatio: ita quod fit inter existens, & non existens, qui autem dicitur, fit sciens. & hoc est, quod dicitur, quod fit ex discente sciens: vt autem tanquam ex aere aqua corrupto altero.

ex puero mutato vir, aut ut ex aqua aer.

Quare illa quidem non reflectuntur mutuo, nec fit puer ex viro. Non enim fit ex generatione quod fit, sed post generationem est, sic enim dies ex diebus, quoniam post hoc est, quare nec diluculum ex die cetera vero reflectuntur.

Vtroque tamen modo impossibile est in infinitum progredi. Illorum enim, cum media sunt, necesse est finem esse. haec autem invicem reflectuntur. alterius enim corruptio, alterius generatio est.

Simul autem impossibile est primum corrumpi, cum sempiternum sit. Cum enim generatio non sit infinita sursum versus, necesse est non esse sempiternum illud, quo primo corrupto quicquam factum est.


Simul autem impossibile est primum corrumpi, cum sempiternum sit. Cum enim generatio non sit infinita sursum versus, necesse est non esse sempiternum illud, quo primo corrupto quicquam factum est.

gere, in quibus non est principium, & finis. ergo nullo modo ex aliquo potest aliquid fieri in infinitum. Deinde cum dicitur.

mo materiali principio fit aliquid, sicut ex imperfecto, & in potentia existente, quod est medium inter purum non ens, & ens actu, non autem sicut aqua ex aere fit corrupto.

LECTIO IIII.

Tom. 8.



Officia pbant Philosophus, quod in causis mouentibus, & materialibus non proceditur in infinitum, hic ostendit idem in causa finali, quae no minatur scilicet cuius causa fit aliquid. Et ostendit propositum quatuor rationibus, quarum prima talis est. Id, quod est cuius causa habet rationem finis: sed finis est id, quod non est propter alia, sed alia sunt propter ipsum. Aut ergo est aliquid tale, aut nihil: & si quidem fuerit aliquid tale, vt scilicet omnia sunt propter ipsum, & ipsum non fit propter alia, ipsum erit vltimum in hoc genere. Et ita non proceditur in infinitum. Similiter etiam nec secundum alium, quia in alio modo inuenitur reflexio extremorum ad invicem, propter hoc, quod alterius corruptio, est alterius generatio, vt dictum est. Vbi cumque autem est reflexio, reducitur ad primum, ita scilicet quod id, quod fuit primo principium, postea fit terminus. Quod in infinitum non potest contineri, quod qui ponunt infinitatem in causis finalibus, remouent causam finalem. Remota autem causa finali, remouetur natura, & ratio boni. Eadem enim ratio boni, & finis est. Nam bonum est, quod omnia appetunt, vt dicitur in Primo Ethicorum. Et ideo illi, qui ponunt in infinitum in causis finalibus, auferunt totaliter naturam boni, licet ipsi hoc non percipiant. Tertiam rationem ponit ibi.

Tom. 9.

part. 4.

Tom. 10.

part. 5.

part. 6.

Tom. 11.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

part. 7.

rentiarum vna est prior altera. Idem ergo est, quod in infinitum procedatur in formis, & quod in infinitum procedatur in partibus diffinitionis. Et ideo, volens ostendere, quod non sit procedere in infinitum in causis formalibus, proponit non esse infinitum in partibus diffinitionis. Et ideo dicitur, quod non conuenit hoc, quod est quod quid erat esse, in infinitum reduci ad aliam diffinitionem, vt sic semper multiplicet ratio. Puta qui diffinitio hominis in diffinitione eius ponit animal. Vnde diffinitio hominis reducitur ad diffinitionem animalis, quae vltimus reducitur ad diffinitionem alicuius alterius, & sic multiplicatur ratio diffinitionis. Sed hoc non conuenit in infinitum procedere. No autem hoc dicitur quasi in vno & eodem indiuiduo multiplicentur formae secundum numerum generum, & differentiarum, vt in homine fit alia forma, a qua est homo, & alia a qua est animal, & sic de aliis: sed quia necesse est vt in rerum natura tot gradus formarum inueniantur, quot inueniuntur genera ordinata, & differentia. Est enim in rebus inuenire aliquam formam, quae est forma, & no est forma corporis, & aliqua, quae est forma corporis, sed no est forma animati corporis, & sic de aliis. Deinde cum dicitur.

Tem ipsum cuius causa finis. tale autem est, quod non est alterius gratia, sed eius causa cetera. Quare, si tale erit vltimum, non erit infinitum, quod si nihil tale, non erit ipsum cuius causa.

Sed qui faciunt infinitum, latent cor, quod boni naturam auferunt.

At nullus inciperet agere quicquam, si non esset peruenitur ad finem.

Nec esset intellectus in huiusmodi alicuius enim causa agit, quicumque intellectum habet. hoc nanque terminus est. Finis vero ipse terminus.

At vero nec ipsum quid erat esse reduci ad aliam definitionem ratione abundanter contingit.

Semper etenim prior magis est, posterior vero non est. cuius autem primum non est, nec quod sequitur est.

Item ipsum scire perimunt, qui ita dicunt, non enim possibile est scire, antequam ad indiuidua deueniatur.

ma animati corporis, & sic de aliis. Deinde cum dicitur.

Probat propositum quatuor rationibus, quarum prima talis est. In multitudine formarum, vel rationum semper illa, quae est prior est magis: Quod non est intelligendum quasi sit completior, quia formae specificae sunt completae. Sed dicitur esse magis, quia est in plus quam illa, quae est posterior, quae non est vbiunque est prior. Non enim vbiunque est ratio animalis, est ratio hominis. Ex quo argumentatur, quod si primum non est nec habitum, id est consequens est. Sed, si in infinitum procedatur in rationibus & formis, non erit prima ratio, vel forma diffinitiva: ergo excludentur omnes consequentes. Secundam rationem ponit ibi.

Quae talis est. Impossibile est aliquid scire prius, quam perueniatur ad indiuidua. Non autem accipitur hic indiuiduum singulare, quia scientia non est de singularibus: sed indiuiduum potest dici vno modo ipsa ratio speciei specialissima, quae non diuiditur vltius per essentiales differentias. Et secundum hoc intelligitur, quod non habetur perfecta scientia de re, quousque perueniatur ad speciem specialissimam, quia ille, qui scit aliquid in genere, nondum habet perfectam scientiam de re. Et secundum hanc expositionem oportet dicere, quod sicut prima ratio concludit, quod in causis formalibus non proceditur in infinitum in deorsum. Sic, non esset deuenire ad speciem specialissimam, ergo ista positio destruit perfectam scientiam. Sed, quia formalis diuisio non solum est secundum quod genus diuiditur per differentias, per cuius diuisionis priuationem species specialissima potest dici indiuiduum, sed etiam est secundum quod diffinitum diuiditur in partes diffinitionis, vt patet in Primo Physicorum, ideo indiuiduum potest hic dici, cuius diffinitio non resoluitur in aliqua diffinitia. Et secundum hoc supremum genus Thom. super Metaphy. D est

T. com. 7.

est indiuiduum. Et secundum hoc erit sensus, quod non potest haberi scientia de re per aliquam distinctionem, nisi deueniatur ad supra genera, quibus ignoratis impossibile est aliquid posteriori sciri. Et secundum hoc, concludit ratio, quod in causis formalibus non procedatur in infinitum h in sursum, sicut & prius. Vel ad idem concludendum potest aliter exponi indiuiduum, v. s. propositio immediata dicitur indiuiduum. Si enim procedatur in infinitum in distinctionibus in sursum, nulla erit propositio immediata. Et sic vniuersaliter tollit scientia, quae est de cōclusionibus deductis ex principis immediatis. h ¶ Tertiam rationem ponit, quae procedit non solum ad scientiam excludendam, sed ad excludendum simpliciter omnem cognitionem humanam. Et circa hanc rationem duo facit. Primo, ponit rationem. Secundo, excludit obiectionem quandam, ibi: { Non enim simile &c. } Rō autem talis est. Vniuersum quod cognoscitur per intellectum suae formae: sed, si in formis procedatur in infinitum, non poterunt intelligi, quia infinitum inquantum huiusmodi non comprehendit intellectum, ergo ista positio vniuersaliter destruit cognitionem. Deinde cum dicitur: ¶ Excludit quandam obiectionem. Possent aliqui dicere, quod illud, quod habet infinitas formas, potest cognosci, sicut & linea, quae in infinitum diuiditur. Sed hoc excludit dicens, quod non est simile de linea, cuius diuisiones non stant, sed in infinitum procedunt. Impossibile enim est, quod aliquid intelligatur, nisi in aliquo stetur. Vnde linea in quantum statuitur, vt finita in actu propter suos terminos, sic potest intelligi. Secundum vero, quod non statuitur in eius diuisione, non potest sciri. Vnde nullus potest numerare diuisiones lineae, secundum quod in infinitum procedunt. Sed infinitum in formis est infinitum in actu, & non in potentia, sicut est infinitum in diuisione lineae. Et ideo, si essent infinitae formae, nullo modo esset aliquid scitum, vel notum. Deinde cum dicitur: ¶ Ponit quartam rationem, quae talis est. In omni eo, quod mouetur, necesse est intelligere materiam. Omne enim, quod mouetur, est in potentia. Ens autem in potentia est materia. Ipsa autem materia habet rationem infiniti, & ipsi in infinito, quod est materia, conuenit ipsum nihil, quia materia secundum se intelligitur absque omni forma. Et cum ei, quod est infinitum, conueniat hoc, quod est nihil, sequitur per oppositum, quod illud, per quod est esse, non sit infinitum, & quod infinitum id est materiae non sit esse infinitum. Sed esse est per se formam, ergo non est infinitum in formis. Est autem hic aduertendum, quod hic ponit nihil esse de ratione infiniti, non quod priuatio sit de ratione materiae, sicut Plato posuit non distinguens priuationem a materia, sed quia priuatio est de ratione infiniti. Non enim ens in potentia habet rationem infiniti, nisi secundum quod est sub ratione priuationis, vt patet in textu Physicorum. Deinde cum dicitur: ¶ Ostendit, quod non sunt infinitae species causarum, eali ratione. Tunc putamus nos scire vnum quodque, quando cognoscimus omnes causas eius: sed, si sunt infinitae causae secundum aduersionem vnius speciei ad aliam, non erit pertranfire ista infinitatem, ita quod possint omnes causas cognosci: ergo etiam per istum modum excluditur cognitio rerum.

**LECTIO V.**  
 Et ipsum cognoscere non est, quae enim infinita sunt, quomodo intelligere contingit?  
 Nec enim simile de linea est, quae secundum diuisiones quidem non stat. intelligere vero non potest, nisi si stat. quare non numerabit diuisiones, qui infinitam pertranst.

**LECTIO V.**  
 Sed etiam materiam necesse est in eo, quod mouetur, intelligere. atque nulli est esse in infinito.

**LECTIO V.**  
 Quod si non, non infinitum est infinitum esse. Atqui etiam, si species causarum infinita multitudine essent, nec hoc modo esset ipsum cognoscere. tunc enim scire putamus, cum causas cognoscimus, infinitum vero secundum aduersionem non est in tempore finito pertranfire.

**LECTIO V.**  
 Ostendit, quod non sunt infinitae species causarum, eali ratione.

scimus omnes causas eius: sed, si sunt infinitae causae secundum aduersionem vnius speciei ad aliam, non erit pertranfire ista infinitatem, ita quod possint omnes causas cognosci: ergo etiam per istum modum excluditur cognitio rerum.

**LECTIO V.**  
 Ostendit, quod non sunt infinitae species causarum, eali ratione.

**LECTIO V.**  
 Sed etiam materiam necesse est in eo, quod mouetur, intelligere. atque nulli est esse in infinito.

**LECTIO V.**  
 Quod si non, non infinitum est infinitum esse. Atqui etiam, si species causarum infinita multitudine essent, nec hoc modo esset ipsum cognoscere. tunc enim scire putamus, cum causas cognoscimus, infinitum vero secundum aduersionem non est in tempore finito pertranfire.

**LECTIO V.**  
 Ostendit, quod non sunt infinitae species causarum, eali ratione.

bus hominum animi retraherentur a malis, & prouocarentur ad bona secundum diuersitatem gentium, & nationum in suis legibus tradiderunt, quamuis multa eorum essent vana, & frivola, quod homines a puertitia audientes magis approbabant, quam veritatis cognitionem. Sed lex diuinitus data ordinat hominem ad veram felicitatem, cui omnis falsitas repugnat. Vnde in lege Dei nulla falsitas continetur. Deinde cum dicitur: ¶ Hic ostendit quomodo homines in consideratione veritatis propter consuetudinem diuersos modos acceptant, & dicit, quod quidam non recipiunt quod eis dicitur, nisi dicatur eis per modum mathematicum. Et hoc quidem conuenit propter consuetudinem his, qui in mathematicis sunt nutriti, & quia consuetudo est similis naturae. Potest etiam hoc quibusdam contingere propter indispotionem, illis scilicet qui sunt sortis imaginationis, non habentes intellectum multum eleuatum. Alij vero sunt, qui nihil volunt recipere, nisi proponatur eis aliquid exemplum sensibile, vel propter consuetudinem, vel propter dominum sensitiua virtutis in eis, & debilitatem intellectus. Quidam vero sunt, qui nihil reputant esse dignum, vt aliquid eis inducatur absque testimonio poetae, vel aliquid auctoritatis. Et hoc etiam est vel propter consuetudinem, vel propter defectum iudicii: quia non possunt diiudicare verum ratio per certitudinem concludat. & ideo quasi non credentes suo iudicio, requirunt iudicium alicuius notum. Sunt etiam alij, qui omnia vult sibi dici per certitudinem, id est per diligentem inquisitionem rationis. Et hoc contingit propter bonitatem intellectus iudicantis, & rationis inquirentis: dummodo non queratur certitudo in his, in quibus certitudo esse non potest. Quidam vero sunt, qui tristantur, si quid per certitudinem contingere dupliciter. vno modo propter impotentiam complectendi. habent enim debilem rationem. vnde non sufficiunt ad considerandum ordinem complexionis priorum, & posteriorum. Alio modo propter micrologiam, id est paruum rationationem. Cuius similitudo quadam est in certitudinali inquisitione, quae nihil indiscussum relinquit vsque ad minima. Imaginantur autem quidam, quod sicut in symbolis conuulsi non pertinet ad liberalitatem, quod debeant etiam minima computari in ratiocinio, ita etiam sit quedam importunitas, & illiberalitas, si homo velit circa cognitionem veritatis etiam minima discutere. Deinde cum dicitur: ¶ Ostendit quis sit modus conueniens ad inquirendum veri-

**LECTIO V.**  
 Ostendit, quod non sunt infinitae species causarum, eali ratione.

**LECTIO V.**  
 Sed etiam materiam necesse est in eo, quod mouetur, intelligere. atque nulli est esse in infinito.

**LECTIO V.**  
 Quod si non, non infinitum est infinitum esse. Atqui etiam, si species causarum infinita multitudine essent, nec hoc modo esset ipsum cognoscere. tunc enim scire putamus, cum causas cognoscimus, infinitum vero secundum aduersionem non est in tempore finito pertranfire.

**LECTIO V.**  
 Ostendit, quod non sunt infinitae species causarum, eali ratione.

tatem, & circa hoc duo facit. Primo, ostendit quomodo homo possit cognoscere modum conuenientem in inquisitione veritatis. Secundo ostendit, quod ille modus, qui est simpliciter melior, non debet in omnibus quaeque ibi. Acrobologia vero &c. Dicit ergo primo, quod quia diuersi secundum diuersos modos veritatem inquirent, ideo oportet quod homo instruat per quem modum in singulis scientiis sint recipienda ea, quae dicuntur. Et quia non est facile, quod homo simul duo capiat, sed dum ad duo attendit, neutrum capere potest, absurdum est, quod homo simul querat scientiam & modum, qui conuenit scientiae. Et propter hoc debet prius addicere logicam, quam alias scientias, quia logica tradit communem modum procedendi in omnibus aliis scientiis. Modus autem proprius singularum scientiarum, in scientiis singulis circa principium tradit debet. Deinde cum dicitur: ¶ Ostendit, quod ille modus, qui est simpliciter optimus, non debet in omnibus quaeri, dicens, quod acrobologia id est diligens, & certata ratio, sicut est in mathematicis, non debet requiri in omnibus rebus, de quibus sunt scientiae: sed debet solum requiri in his, quae non habent materiam. Ea enim, quae habent materiam, subiecta sunt motui, & variationi: & ideo non potest in eis omnibus omnimoda certitudo haberi. Queritur enim in eis non quid semper sit, & ex necessitate, sed quid sit, vt in pluribus. Immaterialia vero secundum se ipsa sunt certissima, quia sunt immobilia. Sed illa, quae in sui natura sunt immaterialia, non sunt certa nobis propter defectum intellectus nostri, vt predictum est. huiusmodi autem sunt substantiae separatae. Sed mathematicae sunt abstracta a materia, & tamen non sunt excedentia intellectum nostrum. & ideo in eis est requirenda certissima ratio. Et quia tota natura est circa materiam, ideo iste modus certissimae rationis non pertinet ad naturalem Philosophum. Dicit autem forsitan, propter corpora caelestia, quia non habent eodem modo materiam, sicut inferiora. Et quia in scientia naturali non conuenit iste certissimus rationis modus, ideo in scientia naturali ad cognoscendum modum conuenientem illi scientiae, primo per scrutandum est quid sit natura. Sic enim manifestum erit, de quibus sit scientia naturalis. Et iterum considerandum est, si vnius scientiae scilicet naturalis, sit omnes causas, & principia considerare, aut sit diuersarum scientiarum. Sic enim poterit scire quis modus demonstrandi conueniat naturali. Et hunc modum ipse seruat in secundo Physicorum, vt patet diligenter intuenti.

**LECTIO V.**  
 Ostendit, quod non sunt infinitae species causarum, eali ratione.

**LECTIO V.**  
 Sed etiam materiam necesse est in eo, quod mouetur, intelligere. atque nulli est esse in infinito.

**LECTIO V.**  
 Quod si non, non infinitum est infinitum esse. Atqui etiam, si species causarum infinita multitudine essent, nec hoc modo esset ipsum cognoscere. tunc enim scire putamus, cum causas cognoscimus, infinitum vero secundum aduersionem non est in tempore finito pertranfire.

**LECTIO V.**  
 Ostendit, quod non sunt infinitae species causarum, eali ratione.

part. seq.

T. c. 15. part. 1.

part. 4. huius lect.

T. c. 16 part. 5.

part. 7. part. 8.

T. com. 1.

# ARISTOTELIS METAPHYSICORVM.

## LIBER TERTIVS,

Cum Diti Thomæ præclarissimis commentarijs.

### LECTIO PRIMA.

Lib. 4. Met.  
T. com. 1.

Left. 2. hu-  
ius lib.

part. seq.

**R**ostquã Philosophus in secundo libro ostendit modum considerandæ veritatis, hic procedit ad veritatis considerationem. Et primo, procedit modo disputati, ostendens ea, quæ sunt dubabilia circa veritatem. Secundo, incipit determinare ve-

#### LECTIO I.

**N**ecessesse est ad quæsitam scientiam nos aggredi primū, de quibus dubitare primū oportet. Hæc autem sunt quæcunque de ipsi aliter susceperūt quidam, & si quid præter hoc est præmissum.

Inest autē inuestigare volentibus præ opere bene dubitare. Posterior. n. inuestigatio, priorū est solutio dubitatorū. Soluere. n. non est ignorantis vinculum, sed mentis dubitatio, hoc de re demonstrat. In quantum. n. dubitat, intantum simili-ter ligatis est passus. Impossibile enim vtrisque procedere ad quod est ante. Propter quod oportet difficultates speculari omnes prius, & horum causa.

Et quia quærentes sine dubitatione, primo similes quod oportet ire ignorantibus.

Et adhuc neq; quando quæsitū inuenit nō cognoscit. Finis enim huic est non manifestus, prædubitanti autē manifestus.

Amplius autē melius necesse est se habere ad iudicandū eū, gaudiuit, velut aduersariorū, & dubitantium omnes rōnes.

Et adhuc neq; quando quæsitū inuenit nō cognoscit. Finis enim huic est non manifestus, prædubitanti autē manifestus.

Secundam rationem ponit. & dicit, quod illi, qui volunt inquirere veritatem, non considerando prius dubitationem, assimilantur illis, qui nesciunt quo vadant. Et hoc ideo, quæ sicut terminus vix est illud, quod intenditur ab ambulante, ita exclusio dubitationis est finis, qui intenditur ab inquirente

#### LECTIO I.

**D**illam, que queritur, scientiam, necesse est in primis nos percurrere, de quibus primo dubitandum est. Hæc autem sunt, & quæcunque de eis aliter quidam existimauerunt, & si quid præter hæc præmissum sit.

Est autem operæpretium, aliquid facultatis habere volentibus, bene dubitare. nam posterior facultas solutio eorum est, que ante dubitata fuerunt. Soluere autem non est, cum nodus ignoretur, sed intellectus hastatio manifestum hoc de re facit. quatenus. n. dubitat, eatenus simile quiddā ligatis patitur. utroque namque modo impossibile est. ad ulteriora procedere. Quæ uare omnes primo difficultates speculari par est, et horū gratia.

Et propterea quod illi, qui querunt, nisi primo dubitent, similes illis sunt, qui quoniam nō oportet ignorare.

Et adhuc neque utrum inuenierint quod queritur, an non, cognoscere possunt, finis etenim his quidem non est manifestus, illi autem, qui antea dubitauerunt, patet.

Item melius se habere necesse est illum ad iudicandum qui tanquā aduersarios, omnes vtrinque rationes oppositas audiat.

Ilis se habeat in iudicando, si audierit omnes rationes quas aduersariorum dubitantium. Est autem attendendum, quod propter has rationes consuetudo Arist. fuit fere in omnibus libris suis, ut inquisitioni veritatis, vel determinationi præmitteret dubitationes emergentes. Sed in aliis libris singillatim ad singulas determinationes præmittit dubitationes, hic vero simul præmittit omnes dubitationes, & postea secundū ordinem debitum determinat veritatem. Cuius ratio est, quia aliæ scientiæ considerant particulariter de veritate, unde & particulariter ad eas pertinet circa singulas veritates dubitare. sed ista scientia, sicut habet ad vniuersalem considerationem de veritate, ita etiam ad eam pertinet vniuersalem dubitatio de veritate. Et ideo non particulariter, sed simul vniuersalem dubitationem profæquitur. Possent etiam & alia esse ratio, quia dubabilia, quæ tangit, sunt principia; ista, de quibus Philosophi aliter opinati sunt. Non autem eodem ordine

## LIBER TERTIVS.

T. com. 2.  
par. prima.

part. 1.

part. 3.

Left. 4. huius  
T. com. 15,  
part. 5.

Left. prima  
Left. 3. seq.  
Left. 2.

part. sequ.

part. 4.

part. seq.

dine ipse procedit ad inquisitionem veritatis, sicut & alij Philosophi. Ipse enim incipit a sensibilibus, & manifestis, & procedit ad separata: ut patet infra in primo: Alij vero intelligibilia, & abstracta voluerunt sensibilibus applicare. Vnde, quia non erat eodem ordine determinaturus, quo ordine processerūt alij Philosophi, ex quorum opinionibus dubitationes sequuntur, ideo præelegit primo ponere dubitationes omnes per se, & postea suo ordine dubitationes determinare. Tertium assignat Auerois dicens: hoc esse propter affinitatem huius scientiæ ad Logicam, quæ tangitur infra in quarto. Et ideo Dialecticam disputationem posuit quasi partes principales huius scientiæ.

#### LECTIO II.

**S**T autē dubitatio prima quidē, quibus processionaliter dictis dubitauimus, utrum vnius scientiæ, aut multarum sit scientiarum causas speculari.

Et utrum substantiæ principia est scientiæ huius scire solū, aut de principiis, de quibus ostēdunt omnes. ut utrum contingit vnum & idem simul dicere & negare, aut non, & de aliis talibus. Et si est circa substantiam, vtrū vna circa omnes, aut plures sint. Sed, si plures, vtrū omnes cognate, aut earum hæc qui dem cognati, ille vero aliquid aliud dicendū sunt.

#### LECTIO II.

**S**ecundum ea, quæ prædixit Philosophus, incipit hic præmittere dubitationes determinationi veritatis. & diuidit in duas partes. In prima ponit dubitationes. In secunda, causas dubitationum inducens rationes ad singulas dubitationes, ibi: Primū ergo, de quibus in primis dicim⁹ &c.

Et hoc idē quoque necessariū est querere, utrum sensibiles substantiæ esse solum dicendū sunt, aut præter has alia: & vtrum vnita sunt, aut plura genera sūt substantiarū. ut facietes species & mathematica iter ista & sensibilia dixerunt. De his igitur, ut diximus, perscrutandum est.

Et vtrū circa substantias solū speculatio, aut circa quæ accidit secundum se substantiis. Adhuc de eodē & diuerso, simili, & dissimili, & contrarietate, priore & posteriore, & aliis oibus talibus, de quibus Dialectici interdē tentant, ex probabilibus solū perscrutandū facientes,

Quæritur de quibus est ista scientia, ut in primo libro dictum est, & hoc ibi; Et utrum principia & elementa &c. Admodum autem scientiæ huius duo pertinent, ut in secundo dictum est, scilicet consideratio causarum, ex quibus scientia demonstrat, & iterum res, de quibus scientia considerat. Vnde circa primum duo facit. Primo mouet dubitationem pertinentem ad considerationem causarum. Secundo, mouet multas dubitationes pertinentes ad ea, de quibus est hæc scientia, ibi: Et utrum substantiæ principia &c. Dicit ergo, quod prima dubitatio est, quam dubitando proposuimus in fine secundi libri, qui est quasi processum ad totam scientiam, scilicet: utrum consideratio causarum quatuor, secundum quatuor genera, pertineat ad vnam scientiam, vel ad multas & diuersas. Et hoc est querere, utrum vnius scientiæ, & præcipue huius, sit demonstrare ex omnibus causis, vel magis diuersæ scientiæ ex diuersis causis demonstrant. Deinde cum dicit:

Mouet dubitationes de his, de quibus considerat ista scientia. & primo inquit de quibus considerat ista scientia sicut de substantiis. Secundo, de quibus considerat ista scientia sicut de accidentibus, ibi: Et utrum circa substantias &c. Circa primum duo facit. Primo, multiplicat quæstiones ex parte ipsius scientiæ, quæ est de substantia. Secundo, ex parte substantiarum ipsarū, ibi: Et hoc idem quoque &c. Circa primum ponit tres quæstiones. Supposito enim ex his,

quæ in primo libro dicta sunt, quod ista scientia consideret principia prima: Prima quæstio hic erit: utrum ad hanc scientiam solum pertineat cognoscere prima principia substantiarum, aut etiam ad hanc scientiam pertineat considerare de primis principijs demonstrationis, ex quibus omnes scientiæ demonstrantur, ut puta, quod hæc scientia consideret: utrum contingat vnum & idem simul affirmare, & negare, vel non. Et similiter de alijs demonstrationis principijs primis, & per se notis.

#### LECTIO II.

**S**T autem prima dubitatio de his, quæ in processu quoque dubitauimus, utrum vnus an multarum scientiarum sit causas speculari.

Et utrum prima substantiæ principia solum huius scientiæ considerare, an etiam de principiis, ex quibus omnes demonstrantur, ut puta utrum contingit vnum & idem simul affirmare, & negare, an non, & de alijs huiusmodi. Quod si circa substantiam est, utrum vnus, an plures circa omnes sint. Et si plures: utrum omnes inter se affines, an aliquas earum sapientias, nonnullas aliud aliud appellandum sit.

Et hoc etiam ipsum necessarium est ut queratur, utrum sensibiles substantiæ esse dicendū sit, an præter has etiam alia: Et utrum vnus, an plura substantiarum genera sint. veluti qui formas, quique mathematica harum & sensibilibus media faciunt. Et de his igitur, ut dicimus, considerandum est.

Et utrum circa substantias solum speculatio sit, an etiam circa ea, quæ per se substantiis accident. Et ad hæc de eodem & diuerso, simili & dissimili, & contrarietate, & de priori, & posteriori, & cæteris cum illis huiusmodi, de quibus Dialectici considerare conantur, ex pro-

quæstiones, quarum prima est: utrum dicendum sit, quod sint solum substantiæ sensibiles, ut antiqui naturales posuerunt, vel etiam præter substantias sensibiles sint alia substantiæ immateriales, & intelligibiles, ut posuit Plato. Secunda quæstio est, si sunt aliqua substantiæ separata a sensibilibus: utrum sint vnitæ id est vnius generis tantum, aut sint plura genera tantum substantiarum, sicut quidam attendentes duplicem abstractionem, scilicet vniuersalis a particulari, & formæ mathematicæ a materia sensibili, posuerunt vtrumque genus subsistere. Et ita ponebant substantias separatas, quæ sunt vniuersalia abstracta substantia, inter quæ & substantias sensibiles particulares posuerunt mathematica substantia separata, scilicet numeros, magnitudines, & figuras. De istis igitur quæstionibus, sicut nunc mouentur, perscrutandum est inferius: primo quidem disputatiue, secundo determinando veritatem. Deinde cum dicit:

Inquit, utrum consideratio huius scientiæ de accidentibus sit. Et ponit tres quæstiones, quarum prima est: utrum speculatio huius scientiæ sit solum circa substantias, propter hoc quod dicitur philosophia substantiæ: aut etiam sit circa ea, quæ per se substantiis accident, eo quod ad eandem scientiam pertinere videtur, ut consideret subiectum, & per se accidentia subiecti. Secunda quæstio est: utrum hæc scientia consideret de quibusdam, quæ videntur esse per se accidentia entis, & consequi omnia entia, scilicet de eodem & diuerso, & simili, Thom. super Metaphy.

Prima qd  
Que est se-  
cūda, i. ord

Que est 3  
secūda dub  
Et soluitur  
in quarta.  
T. com. 4.

Que est 4.  
3. dub.  
Et soluitur.  
in quarta.  
T. com. 4.

Questio 1.  
que est 5,

Secunda qd  
que est 6.

Septima.  
Questio 1.  
Soluit in 4.  
T. com. 1.  
Octava.  
Questio 2.  
Hanc qd  
soluit in 4.  
Left. 3. & 4.  
T. com. 45.

D 3 simili,



scilicet, eo quod vnum est ratio cognoscendi alterum . Et ex hoc efficitur ista propositio probabilis ; quod omnia diuersa que sunt contraria, pertineant ad vnam scientiam . Vnde sequitur, si principia sunt diuersa, & non sunt contraria, quod non pertineant ad vnam scientiam .

par. 3.

Secundam rationem ponit, quæ rationalis est : Diuersorum pertinentiū ad vnā scientiam, quæcunque scientia considerat vnum, cōsiderat & aliud, vt patet in contrariis, quorum diuersitas secundum se pertinet ad vnam scientiam non per reductionem ad aliquid vnum : sed non quæcunque scientia cōsiderat vnam causam, considerat omnes causas : ergo consideratio omnium causarum non pertinet ad vnam scientiam . Minorem probat per hoc quod diuersæ scientiæ sunt de diuersis entibus, & multa entia sunt, quibus non possunt attribui omnes causæ . Quod primo manifestat in causâ, quæ dicitur : vnde principium motus . Non enim videtur, quod possit esse principium motus in rebus immobilibus .

part. 4.

Ponuntur autem quædam entia immobilia, & præcipue secundum Platonicos ponentes numeros, & substantias separatas . Vnde, si qua scientia de his considerat, non potest considerare de causâ, quæ est : vnde principium motus . Secundo manifestat idem de causâ finali, quæ habet rationem boni . Boni enim natura non videtur posse inueniri in rebus immobilibus, si hoc concedatur, quod omne quod est bonum, secundum se, & propter suam naturam, est finis . Et hoc modo causa est in quantum propter ipsam, & causa eius omnia sunt, & sunt . Dicit autem, quod est bonum secundum se, & propter suam naturam, ad excludendum bonum vtile, quod non dicitur de fine, sed magis de eo, quod est ad finem . Vnde quæ sic solum dicuntur bona, in quantum sunt vtilia ad aliud, non sunt bona secundum se, & propter suam naturam : Sicut portio amara, non est secundum se bona, sed solum secundum quod ordinatur ad finem sanitatis, quæ est secundum se bona . Finis autem & cuius causa sit aliquid, videtur esse terminus alicuius actus . Omnes autem actiones videntur esse cum motu . Ergo videtur sequi, quod in rebus immobilibus, non possit esse hoc principium, scilicet causa finalis, quæ habet rationem boni . Et quia quæ sunt per se existentia absque materia, necesse est, quod sint immobilia, ideo non videtur esse possibile, quod sit aliquid quod autogæthon id est per se bonum, vt Plato ponebat . Omnia enim immaterialia, & non participata vocabat per se existentia, sicut ideam hominis vocabat hominem per se quasi non participatum in materia . Vnde & per se bonum dicebat id, quod est sua bonitas non participata, scilicet primum principium

part. 5.

Contingit enim eidem omnem modos causarum inesse . ut puta domus, unde quidem motus, ars & faber ; cuius vero causa, opus ; materia autem, terra, & lapides : forma vero, definitio .

Amplius autem multis existentium non insunt omnia . Quo nanque modo possibile est motus principium esse in omnibus immobilibus, aut boni naturam ? si quidem omne, quod bonum est, secundum se & propter suam naturam finis est, & ita causa, quæ illius causa & sunt & sunt cetera : finis autem & cuius causa, actus cuiusdam est finis : sed actus omnes cum motu . Quare in immobilibus non continget hoc esse principium, neque esse aliquid authenticum . Vnde & in mathematicis nihil per hanc ostenditur causam, neque est demonstratio vlla, eo quod melius, aut deterius . Sed nec omnino nullus talium alicuius reminiscitur . Quapropter & sophistarum quidam, vt Aristippus ipsas præneglexit . In aliis enim artibus, & illiberalibus, vt technica, & coriaria, eo quod melius, aut deterius dici oia : mathematicas vero nullam de bonis, aut de malis rationem facere .

At vero, si scientiæ causarum sunt plures, & altera alterius principia, quæ earum est dicenda quæ queritur ? aut quis manifestas res queritas est eas sciens habentium ?

Contingit enim eidem omnem modos causarum inesse . ut puta domus, unde quidem motus, ars & faber ; cuius vero causa, opus ; materia autem, terra, & lapides : forma vero, definitio .

omnium . Et ad hanc rationem confirmandam inducit quoddam signum . Ex hoc enim, quod finis non potest esse in rebus immobilibus, videtur procedere, quod in scientiis mathematicis, quæ abstrahunt a materia, & motu, nihil probatur per hanc causam, sicut probatur in scientiis naturalibus, quæ est de rebus mobilibus aliquid per rationem boni . Sicut, cum assignamus causam, quare homo habet manus, quia per eas melius potest executione conceptiones rationis . In mathematicis autem, nulla demonstratio sic hoc modo fit, quia melius est sic esse, aut deterius, si ita non esset . Puta, si diceretur, quod angulus in semicirculo est rectus, quia melius est, quod sic fit, quam quod sit acutus, vel obtusus . Et quia potest forte aliquis esse alius modus demonstrandi per causam finalem, puta si diceretur, si finis erit, necesse est id, quod est ad finem procedere : ideo subiungit, quod nullus omnino in mathematicis facit mentionem alicuius talium per tinentium ad bonum, vel ad causam finalem . Propter quod, quiddam sophiste, vt Aristippus, qui fuit de secta Epicureorum, omnino neglexit, demonstrationes, quæ sunt per causas finales, reputans eas viles ex hoc, quod in artibus illiberalibus, sive mechanicis, vt in arte technica id est ædificatoria, & coriaria, omnia rationes assignantur ex hoc, quod est aliquid melius, vel deterius . In mathematicis vero, quæ sunt nobilissimæ, & certissimæ scientiæ, nulla fit mentio de bonis, & malis . Deinde cum dicit .

Item multis entium, non omnibus, omnia insunt . Quo nanque modo possibile est motus principium in immobilibus esse, aut boni naturam ? siquidem omne, quod bonum est, secundum se, & propter suam naturam bonum sit, finis est, & ita causa, quoniam illius gratia cetera sunt, & sunt : finis autem & cuius causa actionis cuiusdam finis est, actiones vero omnes cum motu . Quare in immobilibus non continget queat hoc principium esse . non autem esse contingat quicquam per se bonum . Vnde in Mathematicis, nihil per hanc causam probatur, nec est aliqua demonstratio, quare eius, quod melius, aut peius, & omnino alicuius talium, nemo mentionem facit . Quapropter quidam sophistarum, vt Aristippus, spernebat eas, in aliis enim artibus, ac ipsi etiam illiberalibus, vt in fabrilibus, & coriariis, inquirebat, cur melius, aut peius, de omnibus dici ; Mathematicas autem, nullam de bonis, & malis rationem facere .

At si plures sunt causarum scientiæ, & alia alius principia, quam earum dicendum, ea esse, quæ queritur ? aut quis illorum, qui eas habent, rem quæ queritur, maxime sciet ?

Contingit enim eidem omnem modos causarum inesse . ut puta domus, unde quidem motus, ars & faber ; cuius vero causa, opus ; materia autem, terra, & lapides : forma vero, definitio .

hoc, quod est aliquid melius, vel deterius . In mathematicis vero, quæ sunt nobilissimæ, & certissimæ scientiæ, nulla fit mentio de bonis, & malis . Deinde cum dicit .

Interponit aliam questionem, & proponit eam, & habet duas partes . Prima enim pars questionis est . Si diuersæ causæ considerentur a pluribus scientiis, ita quod altera scientia sit alterius causæ consideratiua : quæ illarum debet dici scientia quæ queritur ? id est philosophia prima ? Vtrum, scilicet illa, quæ considerat causam formalem, aut quæ considerat causam finalem, vel quæ considerat aliquam aliarum ? Secunda pars questionis est : si alique res sint, quæ habeant plures causas, quis maxime cognoscit rem illam eorum, qui considerant illas causas ? Secundo, cum dicit .

Manifestat partem secundam questionis per hoc, quod vna & eadem res inuenitur, quæ habet omnes modos causarum, sicut domus causa, vnde principium motus est ars, & edificator . Id vero cuius causa vel finis causa domus est opus id est vsus eius, qui est habitatio . Causa vero sicut materia, est terra, ex qua sunt lateres, & lapides . Causa vero sicut species vel forma, est ipsa ratio domus, quam artifex præconcepit mente in materia ponit . Tertio ibi.

Reassumit

Reassumit questionem, scilicet quæm dictam scientiarum possumus vocare sapientiam secundum ea, quæ de sapientia prius determinauimus in principio libri, vtrum scilicet illam, quæ considerat causam formalem, vel quæ considerat causam finalem, vel aliquam aliarum causarum . Et ponit consequenter rationes ad singulas trium causarum dicens, quod ratio quadam videtur de quolibet scientia id est quæ est per quamcumque causam quod appellatur nomine sapientie . Et primo quantum ad scientiam, quæ est per causam finalem . Dicitur enim in principio libri, quod ista scientia, quæ sapientia dicitur, est maxime principalis & ordinatiua aliarum quasi subditarum . Sic igitur in quantum sapientia est senior id est prior ordine dignitatis, & principalior quadam autoritate ordinandi alias : quia non est iustum quod alia scientie contradicant ei, sed ab ea accipiant sua principia, sicut ei seruietes, videtur quod illa scientia, quæ est finis & boni id est quæ procedit per causam finalem sit talis quæ sit digna nomine sapientie . Et hoc ideo, quia omnia alia sunt propter finem . Vnde finis est quodammodo causa omnium aliarum causarum . Et sic scientia, quæ procedit per causam finalem, est principalior . Cuius signum est, quod artes illæ, ad quas pertinent fines, principiantur & præcipiant aliis artibus, sicut gubernatoria nauifaciunt . Vnde si sapientia est principalis & præceptiua respectu aliarum, maxime videtur quod præcedat per causam finalem .

lect. 1.

lect. 1.

lib. 1. lect. 39. 40.



par. 6.

par. 7.

par. 3.

Inducit rationem de causa formali . Dicitur enim in principio libri, quod sapientia est primarum causarum, & eius quod est maxime scibile, & quod est maxime certum . Et secundum hoc videtur, quod sit substantia id est per causam formalem, quia inter diuersos modos sciendi, magis dicimus scire illum, qui scit aliquid esse, quam qui scit aliquid non esse . Vnde & in Posterioribus Philosophus probat, quod demonstratio affirmatiua est potior quam negatiua . Inter eos autem, qui sciunt aliquid affirmare, vnum alio magis dicimus scire . Sed inter omnes maxime dicimus scire illum, qui cognoscit quid est res, non autem qui scit quanta est, vel qualis, & quid possit facere vel pati . Sic igitur in cognoscendo ipsam rem absolute per se scire est res, quod est scire substantiam rei . Sed etiam in aliis cognoscendis, puta proprietatibus rei magis dicimus scire singula, de quibus sunt demonstrationes, quando etiam de ipsis accidentibus vel proprietatibus scimus quod quid est, quia quod quid est, non solum inuenitur in substantiis, sed etiam in accidentibus . Et ponit exemplum de tetragonismo, id est de quadratura superficiæ æque distantium laterum non quadratæ, quæ quadrare dicuntur, cum inuenimus quadratum ei æquale . Cum autem omnis superficies æque distantium laterum & rectorum angulorum ex duabus lineis continetur, quæ rectæ continentur angulim, ita quod totalis superficies nihil est aliud quam ductus vnius earum in alia, tunc inuenimus quadratum æquale superficiæ prædictæ, quando inuenimus lineam, quæ sit media in proportione inter duas prædictas . Puta,

si linea, A ad lineam B se habeat, sicut linea B, ad lineam C, quadratum lineæ B, est æquale superficiæ, quæ continetur in C, & A, vt probatur in Sexto Euclidis .



Ad inueniendum quadratum æquale tetragonismo, oportet accipere lineam mediā in proportione inter duas lineas, ut patet in istis lineis sequentibus .



Ex his itaque, quæ ab Antiquis determinata sunt, quæ scientiarum appellanda sit Sapientia, rationabile videatur vnāquamque ita appellandam esse . Verum, quatenus principia vltima & honorabilissima, & cui ceteras scientias tanquam ancillas non contradicere decet, illa est ipsius finis & boni, huius enim causa cetera .

Quatenus vero primarum causarum & eius, quod maxime scibile definita est esse, ipsa vique substantia fuerit . cum enim multipliciter sit id scire, magis quidem illum scire dicimus, qui rem quid nam sit ipso esse cognoscit, quam illum, qui ipso non esse . Istorum autem ipsorum, alterum altero magis, & maxime illum, qui quid est, non vero illum, qui quantum, aut quale, aut quid agere, sicut quid pati natura aptum est . Item & in ceteris tunc scire unumquodque eorum etiam, quorum demonstrationes sunt, arbitramur, cum quid est sciamus . ut puta quid est tetragonismus, quod inuentio mediæ . similiter & de ceteris .

Circa generationem autem, & actiones totanquæ transmutationem, cum sciamus motus principium, hoc autem aliud, & fini oppositum est.

est in actu, ut infra in Nono dicitur . His igitur positis, ad secundam questionem pertinentibus, inducit rationem ex eisdem rationibus supra positis ad primam questionem, scilicet quod alterius scientiæ sit considerare omnes istas causas, eo quod in diuersis rebus diuersæ causæ videntur habere principalem, &

T.com. 18.

Lectio. 12. T.c. 10.

capitalem, sicut in mobilibus principium motus, in scibili-

Text. c. 3. enim in Quarto, q

Text. c. 4. Part. 1.

Text. c. 18. Lect. 11. Part. 2.

part. 3.

Lect. 8. s.

ista scientia considerat ens inquantum est ens.

Quare \* alterius esse scientia uideatur huius causam unamquamque speculati.

Simul autem quomodo erit ipsum scientia? Quid enim & unumquodque horum existit ens & nunc nouimus.

LECTIO V.




T uero & de principijs demonstrationis vtrum huius scientie est, aut plurimum, dubitatio est.

Vnius igitur esse non est rationabile. Quid n. magis Geometriam quam quilibetque de his est proprium audire?

Simul autem quomodo erit ipsum scientia? Quid enim & unumquodque horum existit ens & nunc nouimus.

LECTIO V.



T uero & de principijs demonstrationis vtrum vnus scientie an plurimum sunt, ambiguum est.

Vnius itaq; ad est rationabile esse. Cur enim Geometria magis quam cuiuscunq; proprium sit de his speculari?

Similiter enim quomodo erit ipsa scientia? Quid enim & unumquodque horum existit ens & nunc nouimus.

vtrum pertineat ad scientiam, quae est considerans substantiam, vel ad aliam. Et si ad aliam, quam earum oportet nominare sapientiam, vel philosophiam primam, quam nunc querimus.

Quae talis est. Modus de quo est cognitio in scientiis est duplex. Vnus modus secundum quod de unoquoque cognoscitur quid est.

quaestione quae erat de consideratione causarum... Hic intendit dicitur.

D. 1103. Lect. 2.

part. 3.

Lect. 2. part. 4.

Text. c. 5. part. 1.

part. 2.

Lect. 5.

Text. c. 7.

Text. c. 9. & inde.

omnes artes & scientia, quae sunt de quibusdam aliis cognitionibus, videntur praedictis principiis tanquam naturaliter notis.

Si autem de his demonstratio oportebit aliquod igitur esse subiectum, & haec quidem passionem, illa vero dignitates eorum.

At vero si alia quae substantiae, & quae de his, quae carum principiorum & prior est? vniuersaliter n. maxime omnium principia sunt dignitates.

LECTIO VI.



Oraliter quae substantiarum, vtrum vnus omnia sit, aut plures scientiae.

Siquid ergo non vna, cuius substantiae ponenda est scientia?

Vnam vero omnium non est rationabile. Etenim demonstratiua vna de omnibus erit vtiq; per se accidentibus.

LECTIO VI.



est in indiuisibile, quocumque modo diuidatur. Et sic patet, quod ex uno non possent fieri duo in via diuisionis: nec ex duobus praedictorum potest fieri unum in via compositionis. Vnde relinquitur, quod puncta & lineae & superficies quandoque esse incipiant, & quandoque esse desinant. Consequenter probatur secundum, quod supponebatur, quod ista non generantur nec corrumpuntur. Omne enim quod generatur, ex aliquo generatur, & omne quod corrumpitur, in aliquid corrumpitur, sicut in materia, sed non est dare aliquam materiam, ex qua illa generentur, & in qua corrumpantur propter eorum simplicitatem: ergo non generantur, nec corrumpuntur. Deinde cum dicitur, Manifestat predicta ratione in simili. Ita enim se habet nunc in tempore sicut punctus in linea. Nunc autem non videtur generari & corrumpi, quia, si generaretur, vel corrumpere, oporteret quoddam generatio & corruptio ipsius mensurarent aliquo tempore, vel in tempore: & sic mensura ipsius nunc, esset vel aliud nunc in infinitum, vel tempus, quod est impossibile, Et licet nunc non generetur & corrumpatur, tamen videtur semper esse aliud & aliud nunc, non quidem quod differant secundum substantiam, sed secundum esse, quia substantia ipsius nunc, responderet, subiecto mobili. Variatio autem ipsius nunc secundum esse, responderet variationi motus, ut ostenditur in Quarto Phys. Similiter ergo videtur se habere de puncto in comparatione ad lineam, & de linea in comparatione ad superficiem, & de superficie in comparatione ad corpus, scilicet quod non corrumpantur nec generentur, & tamen aliqua variatio attendatur circa huiusmodi, eadem enim ratio est de omnibus his. Omnia enim huiusmodi similiter sunt termini, secundum quod in extremo confiderantur, vel diuisionem secundum quod sunt in medio. Vnde sicut secundum defluxum motus variatur nunc secundum esse, licet maneat idem secundum substantiam propter identitatem mobilitatis, ita etiam variatur punctus, nec sit aliud & aliud propter diuisionem lineae, licet non corrumpatur nec generetur simpliciter. Et eadem ratio est de alijs. Hanc autem questionem Philosophus pertractat in XIII. & XIII. Et ueritas quae istis huius est, quod huiusmodi mathematica non sunt substantiae rerum, sed sunt accidentia superuenientia substantijs. Deceptio autem quantum ad magnitudines puenit ex hoc, quod non distinguitur de corpore secundum quod est in genere substantiae, & secundum quod est in genere quantitatis. In genere enim substantiae est secundum quod componitur ex materia & forma, quae consequuntur dimensiones in materia corporali. Ipsae autem dimensiones pertinent ad genus quantitatis, quae non sunt substantiae, sed accidentia, quibus subicitur substantia composita ex materia & forma. Sicut et supra proueniebat ex hoc, quod non distinguebantur inter vnum, quod est principium numeri, & vnum, quod conuertitur cum ente.

Tex. c. 103. Lib. 18.

Tex. c. 18. par. prima.

part. 3.

Par. seq. parte 3.

quae se habet & circa puncta & lineae & superficies. eadem enim ratio. nam omnia similiter aut termini, aut diuisiones sunt.

LECTIO XIII.

Mnino vero dubitabit aliquis, quare oportet quaerere quaedam praeter sensibilia, quae sunt inter media, quas ponimus species.

Nam, si ideo quia mathematica & sensibilibus in aliquo quodam differunt, in esse vero plures similes speciei nihil differunt. Quare non erunt eorum principia numero determinata, quae admodum nec praesentiu litterarum, numero quidem omnium non sunt principia determinata, sed speciei. nisi quis sumat huius syllabae, aut huius vocis. harum. n. erunt & numero determinata. similiter autem & in eis, quae sunt intermedia. Infinita enim & illic sunt, quae eiusdem speciei. Quare si non praeter sensibilia & mathematica, alia quaedam, qualia dicuntur species ipsas quidam, non erit vna numero & specie substantia: nec principia entium numero existunt quanta aliqua, sed specie. Ergo, si hoc est necessarium, & species necessarium est propter hoc esse. Etenim & si non bene dearticulari dicentes, sed hoc est quod uolunt, & eos ea necesse est dicere, quia specierum singula, substantia quaedam est, sed non sunt accidens.

LECTIO XIII.

Ortquam Philosophus inquisit, utrum mathematica sint principia rerum sensibilibus, hic inquit utrum supra mathematica sint aliqua alia principia, puta quae dicitur species, quae sunt substantiae & principia horum sensibilibus. Et circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationem. Secundo inducit rationem ad unam partem, ibi: Nam si ideo. Tertio obicit ad partem contrariam, ibi: At uero si ponimus &c. Dicit ergo primo, quod supposito, quod mathematica non sint principia rerum sensibilibus, & eorum substantiae, ulterius aliquis dubitabit, quae est ratio, quare praeter substantias sensibiles, & praeter mathematica, quae sunt media inter sensibilia & species, oportet iterum po-

nere tertium genus, scilicet ipsas species, id est, ideas, vel formas separatas. Deinde cum dicitur. Obicit ad unam partem, & uidetur haec esse ratio quare oportet species ponere praeter sensibilia & mathematica, quia mathematica praesentibus, id est, a sensibilibus, quae in vniuerso sunt differunt quidem in aliquo: quia mathematica abstrahunt a materia sensibili, non tamen differunt in hoc, sed magis conueniunt, quia sicut in sensibilibus inueniuntur plura numero differentia eiusdem speciei, ut pote plures homines, aut plures equi, ita etiam in mathematicis inueniuntur plura numero differentia eiusdem speciei, ut pote plures trianguli aequilateri, & plures lineae aequales. Et si ita est, sequitur quod sicut principia sensibilibus non sunt determinata secundum numerum, sed secundum speciem, ita etiam in mathematicis, id est in mathematicis. Manifestum est enim, quod in sensibilibus propter hoc, quod sunt plura indiuidua vniuersi sensibilibus, principia sensibilibus non sunt determinata a numero, sed specie, nisi forte accipiantur principia propria huius indiuidui, quae sunt etiam in numero determinata & indiuidua. Et ponit exemplum in vocibus. Manifestum est enim quod uocis litterae, litterae sunt principia, non tamen sunt aliquo numero determinata in indiuidualium litterarum, sed solum secundum speciem sunt determinata litterae secundum aliquem numerum, quarum aliae sunt vocales, & aliae consonantes. Sed haec determinatio est secundum speciem, non secundum numerum. Non enim unum solum est A, sed multa, & sic de alijs litteris. Sed si accipiantur haec litterae, quae sunt principia huius determinatae syllabae, vel dictionis, aut orationis, sic sunt determinatae numero. Et eadem ratione, cum sint multa mathematica, numero differentia in vna specie, non poterunt esse mathematica principia mathematicorum determinata numero, sed determinata specie solum. Puta, si dicamus quod principia triangulorum sunt tria latera & tres anguli. Sed haec determinatio est secundum speciem, contingit enim quodlibet eorum in infinitum multiplicari, si igitur nihil esset praeter sensibilia & mathematica, sequeretur quod substantia speciei non esset vna secundum numerum, & quod principia entium non essent determinata in aliquo numero, sed erunt determinata solum secundum speciem. Si ergo est necessarium, quod sint determinata secundum numerum, alioquin contingeret esse principia rerum infinita numero: sequitur, quod necesse sit species esse praeter mathematica & sensibilia. Et hoc est, quod Platonici uolunt dicere, quod sequitur ex necessitate ad positiones eorum, quod sit in singularium substantia species aliquid vnum, cui non conueniat aliquid secundum accidens. Homini enim indiuiduo conuenit aliquid secundum accidens, scilicet album uel nigrum, sed homini se-

parto, qui est species secundum Platonicos, nihil conuenit per accidens, sed solum quod pertinet ad rationem speciei. Et quamuis hoc dicere intendant, non tamen bene dearticulatur id est non bene distinguunt. Deinde cum dicitur...

par. 3.

Tex. c. 19 Par. prima.

parte. 2.

part. 3.

part. 4.

par. 5.

part. 6.

parte. 4.

parte seq.

LECTIO XV.



Is autem affine est querere, vtrum potestate sunt elementa, aut alio quo alio modo.

Nam si aliter, prius aliquid erit principijs aliud. Prior enim erit potestas causa illa. Possibile autem non est necessarium illo modo se habere.

Si vero potestate sunt elementa, nihil entium esse conuenit. Nam possibile est esse, quod nondum est ens: fit enim non ens. Nihil autem fit impossibile. Has igitur dubitationes querere necesse est.

Et vtrum vniuersalia sint, aut, vt dicimus singularia.

Nam si vniuersalia, non erunt substantie. Nihil enim commune hoc aliquid significat, sed quale quod substantia vero hoc aliquid est.

Sed si est hoc aliquid, & ponitur quid communiter predicatur, multa erit animalia Socrates, ipseque homo & animal, si significat singulum hoc aliquid & vnum. Si igitur vniuersalia sint principia, ea contingunt.

Nam si aliter &c. Tertio obiicit in contrarium, ibi: {Si vero potestate &c.} Querit ergo primo vtrum prima principia sint in potentia, vel {aliquo alio modo} id est in actu. Et hec dubitatio inducitur propter antiquos naturales, qui ponebant sola principia materialia que sunt in potentia. Platonici autem ponentes species quasi principia formalia, ponebant eas in esse in actu. Deinde cum dicitur...

Probat quod principia sint in potentia. Si enim essent aliter, scilicet in actu, sequeretur quod aliquid esset prius principijs. Potentia enim actu prior est, quod patet ex hoc, quod prius est a quo non conuertitur consequentia essendi. Sequitur autem, si est, quod possit esse, non autem ex necessitate sequitur si est possibile, quod sit actu. Hoc autem est inconueniens, quod aliquid sit prius primo principio, ergo impossibile quod primum principium sit aliter quam in potentia. Deinde cum dicitur...

Obiicit in contrarium, quia si principia rerum sint in potentia, sequitur quod nihil sit entium in actu. Nam illud, quod est possibile esse, nondum est ens. Et hoc probat per hoc, quod id quod sit, non est ens. Quod enim est, non sit. Sed nihil sit nisi quod possibile est esse: ergo omne, quod est possibile esse, est non ens. Si igitur principia sint tantum in potentia, erunt non entia. Si autem principia non sint, nec effectus sunt. Sequitur ergo, quod contingit nihil esse in entibus. Et concludit epilogando, quod secundum predicta necessarium est dubitare de principijs propter premissas rationes. Hec autem...

questio determinabitur in Nono huius, vbi ostenditur, quod actus est simpliciter prior potentia: sed potentia est prior actu tempore in eo, quod mouetur de potentia ad actum. Et sic oportet primum principium esse in actu & non in potentia, vt ostendit in Duodecimo huius. Deinde cum dicitur...

At vero si ponimus formas esse, & principia unum numero, non specie esse, diximus, que impossibilia necesse est accidere.

LECTIO XV.



Is autem proprie est dubitare, vtrum potentia, an alio quodam modo elementa sint.

Si enim alio quodam modo, erit aliquid aliud principijs prius. potentia namque prior illa causa est. non est autem necesse, ut omne, quod potentia est, illo modo se habeat.

Quod si elementa potentia sunt, contingit nihil entium esse. possibile enim est esse, etiam quod nondum est. fit enim quod non est. sed nihil eorum sit, que esse impossibilia sunt. Et his itaque de principijs dubitationibus necesse est dubitare.

Et vtrum vniuersalia sint, an, vt dicimus, singularia.

Si enim vniuersalia, non erunt substantie. nihil enim commune quod quid, sed quale quid significant. sed substantia quod quid.

Quod si quod communiter predicatur, quod quid sit, & exponi possit, multa animalia erunt ipse Socrates, & homo, & animal. si singula quidem, quod quid, & unum significant. Si igitur principia vniuersalia sunt, hec accidunt.

igitur patet, quod nullum commune significat hoc aliquid, sed significat formam in multis existentem. Addit autem minor, scilicet, quod substantia significat hoc aliquid. Et hoc quidem verum est quantum ad primas substantias, que maxime & proprie substantie dicuntur, vt habetur in predicamentis. Huius enim substantie sunt in se subsistentes. Relinquitur ergo, quod principia si sunt vniuersalia, non sunt substantie. Et ita vel substantiarum non erunt aliqua principia, vel oportebit dicere, quod non sunt substantie substantiarum principia, sed quia aliquis posset concedere, quod aliquid communiter predicatum significet hoc aliquid, consequenter diluitur cum dicitur...

Ostendit quod inconueniens ex hoc sequitur. Si enim id, quod eodem modo predicatur, sit hoc aliquid, sequeretur, quod omne id, de quo illud eodem modo predicatur, sit hoc aliquid, quod est commune. Sed planum est, quod de Socrate predicatur & homo & animal, quorum vtrumque, homo & animal, est quoddam eodem predicatum. Vnde, si omne eodem predicatum sit hoc aliquid, sequitur quod Socrate sit tria hoc aliquid, quia Soc. est Soc. quod est hoc aliquid: ipse etiam est homo, quod est secundum predicta hoc aliquid: ipse etiam est animal, quod similiter est hoc aliquid. Erit ergo tria hoc aliquid. Et ulterius sequitur quod sit tria animalia. Nam animal predicatur de se ipso & de homine & de Socrate. Cum ergo hoc sit inconueniens, inconueniens est, quod aliquid communiter predicatum sit hoc aliquid. Hec igitur sunt inconuenientia que sequuntur, si vniuersalia sint principia. Deinde cum dicitur...

Obiicit

Obiicit in contrarium. Cum enim omnes scientie sint vniuersales non sunt singularium, sed vniuersalium. Si igitur aliqua principia non sint vniuersalia, sed singularia, non erunt scibilia secundum seipsa. Si ergo de eis debet aliqua scientia haberi, oportebit esse aliqua priora principia, que sunt vniuersalia. Sic igitur oportet prima principia esse vniuersalia, ad hoc quod scientia habeatur de rebus, quia ignoratis principijs necesse est alia ignorare. Hec autem...


questio determinatur in Septimo huius, vbi ostenditur, quod vniuersalia non sunt substantie, nec principia rerum. Non autem propter hoc sequitur, quod si principia & substantie rerum sint singularia, quod eorum non possit esse scientia, cum quia res immateriales & si sint singulares subsistentes, sunt tamen etiam intelligibiles tum eorum rationes per intellectum apprehensas.

Quod si non vniuersalia sint, sed ut ipsa singularia, non erunt scibilia. ipse enim vniuersalis, omnium scientia sunt. quare erunt alia principia priora de principijs vniuersaliter predicata, si sit quidem eorum futura scientia.

COMMENTARIORVM

S. THO. SUPER TERTIVM

Metaphy. Finis.



T.com. 1. part. 1.



In præcedenti libro Philosophus disputatiue processit de illis, quæ debent in hac scientia considerari, hic incipit procedere demonstratiue determinando veritatem questionum prius morarum, & disputatarum. Fuit autem in præcedenti libro disputatum

part. 2.

Lect. ult. part. 4. Lec. huius part. seq. part. 3.

L E C T I O I .

ST autem scientia quædam, quæ speculatur ens in quantum ens, & quæ huic insunt secundum se.

L E C T I O I .

ST scientia quædam, quæ speculatur ens, prout ens est, & quæ ei per se insunt.

part. 3.

Tex. c. 1. part. 4.

Hæc autem nulli est in parte dictarum eadem. Aliarum. nulla intendit uniuersaliter de ente in quantum ens, uerum partem eius abscindentes aliquam, circa quidem hanc speculantur ipsum accedens, ueluti scientiarum mathematicarum.

Quoniam autem principia & extremas quærimus causas, palam quia cuiusdam eas naturæ secundum se esse necesse est. Si ergo & entium elementa quærentes, ea quæsierunt principia, necesse & entis elementa esse, non secundum accedens, sed in quantum sunt entia. Unde & nobis entis, in quantum est ens, primæ causæ sunt accipiendæ.

Ens autem multis quidam dicitur modis, sed ad unum & ad unam naturam aliquam, & non equiuoce, sed quædam modum salubre omne ad sanitatem, hoc quidem ad conseruationem, id uero in actione, aliud quia est signum, ut

Ens autem multis quidam dicitur modis, sed ad unum & ad unam naturam aliquam, & non equiuoce, sed quædam modum salubre omne ad sanitatem, hoc quidem ad conseruationem, id uero in actione, aliud quia est signum, ut

Hæc autem nulli earum, quæ in parte dicuntur, eadem est. nulle nam que ceterarum uniuersaliter de ente, prout ens est, considerant, sed eius aliquam partem abscindentes, quod ei accidit speculantur, ut Mathematicæ scientiæ.

Cum autem principia, & suprema causas quæramus, patet quod alicuius naturæ per se necesse est eas esse. Si igitur illi etiam, qui entium elementa quærebant, ista principia quærebant, necesse est etiam elementa entis non secundum accedens esse, sed prout entia sunt. Quare nobis quoque entis, prout entis, primas causas accipiendum est.

Ens autem multipliciter quidem dicitur, uerum ad unum, namque quædam naturam, & non equiuoce, sed quemadmodum omne salubre ad sanitatem, quoddam eod quod conseruat, quoddam, eod quod facit, quoddam, eod quod signum sanitatis: quoddam

per se principium & causa alicuius naturæ: sed nos quærimus prima rerum principia & altissimas causas sicut in primo dictum est: ergo sunt per se causa alicuius naturæ, sed non nisi entis. Quod ex hoc patet, quia oes philosophi elementa quærentes secundum quod sunt entia, quærebant huiusmodi principia, prima & altissima, ergo in hac scia nos quærimus principia entis in quantum est ens: ergo ens est subiectum huius scientiæ, quia quælibet scientia est quærens causas proprias sui subiecti, dicitur hic procedit ad soluendum questiones in præcedenti libro motas de consideratione huius scientiæ: & diuiditur in tres partes. Primo soluit questionem, qua quærebant: utrum huius scientiæ esset consideratio de substantiis & accidentibus simul, & utrum de omnibus substantiis. Secundo soluit questionem, qua quærebatur: utrum huius scientiæ esset consideratio de omnibus istis, quæ sunt: unum & multa, idem & diuersum, oppositum contrarium, & huiusmodi, ibi: Si igitur ens & unum &c. Tertio soluit questionem, qua quærebatur, utrum huius scientiæ esset considerare demonstrationis principia, ibi: Dicendum est autem utrum unum &c. Circa primum tria facit

Lec. 1.

Lec. sequit.

Infra lect.

Primo

Infra par. 6 part. 7. Lec. huius.

Primo, ostendit quod huius scientiæ est considerare tam de substantiis quam de accidentibus. Secundo, quod principaliter de substantiis, ibi: Vbi quæro proprie &c. Tertio, quod de omnibus substantiis, ibi: Omnis autem generis. Circa primum utitur tali ratione. Quæcunque communiter unius recipiunt prædicationem, licet

part. 5. Lec. huius.

Infra par. 6 in principi.

part. 5.

non uniuoce, sed analogice de his prædicetur, pertinent ad unius scientiæ considerationem: sed ens hoc modo prædicatur de omnibus entibus: ergo omnia entia pertinent ad considerationem unius scientiæ, quæ considerat ens in quantum est ens, scilicet, tam substantiam quam accidentiam. In hac autem ratione primo ponit minorem. Secundo maiorem, ibi: Quæ admodum ergo talibus omnium. Tertio conclusionem, ibi: Manifestum igitur &c. Dicit ergo primo, quod ens sine quod est, dicitur multipliciter, sed sciendum, quod aliquid prædicatur de diuersis multipliciter, quandoque quidem secundum rationem omnino eandem, & tunc dicitur de eis uniuoce prædicari, sicut animal de equo & boue. Quandoque uero secundum rationes omnino diuersas, & tunc dicitur de eis equiuoce prædicari, sicut canis de sydere & animali. Quandoque uero secundum rationes, quæ partim sunt diuersæ, & partim non diuersæ: diuersæ quidem secundum quod diuersas habitudines important. Vna autem secundum quod ad unum aliquid & idem, istæ diuersæ habitudines referuntur, & illud dicitur analogice prædicari: id est proportionaliter, prout unum quodque secundum suam habitudinem ad illud unum referunt. Item sciendum, quod illud unum, ad quod diuersæ habitudines referuntur in analogicis, est unum numero, & non solum unum ratione, sicut est unum illud, quod per nomen uniuocum designatur. Et ideo dicit, quod ens si dicatur multipliciter, non tamen dicitur equiuoce, sed per respectum ad unum, non quidem ad unum quod sit solum ratione unum, sed quod est unum sicut una quædam natura. Et hoc patet in exemplis infra positus. Ponit enim primo unum exemplum quod multo comparatur ad unum, sicut ad finem, sicut pater de hoc nomine sanarium vel salubre. Sanarium enim, non dicitur uniuoce de dicta, medicina, uirina, & animali. Nā ratio sani secundum quod dicitur de dicta, consistit in cōseruando sanitatem. Secundum uero quod dicitur de medicina, in faciando sanitatem: prout uero dicitur de uirina, est signum sanitatis. Secundum uero quod dicitur de animali, ratio eius est, quoniam est receptiuum, vel susceptiuum sanitatis. Sic igitur omne sanarium vel sanum dicitur ad sanitatem unam & eandem. Eadem enim est sanitas, quam animal suscipit, uirina significat, medicina facit, & dicta conseruat. Secundo ponit exemplum, quando multa comparantur ad unum, sicut ad principium efficiens. Aliquid enim dicitur medicatum, qui habet artē medicinæ, sicut medicus peritus. Aliquid uero, quia est bene aptum ad habendum artē medicinæ, sicut homines, qui sunt dispositi ut de facili artē medicinæ acquirant: ex quo contingit, quod ingenio proprio quædam medicinalia operantur. Aliquid uero dicitur medicatum, uel medicinale, quia eo opus est ad medicinam, sicut instrumenta, quibus medici utuntur.

medicinalia dici possunt: & etiam medicinæ quibus medici utuntur ad sanandum. Et similiter accipi possunt alia, quæ multipliciter dicuntur, sicut & ista. Et sicut est de prædictis, ita etiam & ens multipliciter dicitur. Sed tamen omne ens dicitur per respectum ad unum primum. Sed hoc primum non est finis vel efficiens, sicut in præmissis exemplis, sed substantiam. Alia enim dicitur entia vel esse, quia per se habet esse, sicut substantiæ, quæ principaliter & prius entia dicuntur. Alia uero, quia sunt passiones siue proprietates substantiæ, sicut per se accidentia uniuersaliter que substantiæ. Quædam autem dicuntur entia, quia sunt uia ad substantiam, sicut generationes & motus. Alia autem entia dicuntur, quia sunt corruptio nis substantiæ. Corruptio enim est uia ad non esse, sicut generatio uia ad substantiam. Et quia corruptio terminat ad priuationem, sicut generatio ad formam, conuenienter ipse etiam priuatio, nes formarum substantiarum esse dicitur. Et iterum qualitates vel accidentia quædam dicuntur entia, quia sunt actiua vel generatiua substantiæ, vel eorum, quæ secundum aliquam

vero capax eius est. Et medicinale ad medicinam: quoddam enim, eod quod habet medicinam medicinale dicitur: quoddam, propterea quod natura aptum ad eam sit: quoddam, propterea quod opus medicinæ sit. eod modo cetera quoque accipiemus. Ita & ens multipliciter quidem dicitur, sed totum ad unum principium: quædam enim, quoniam substantiæ, entia dicuntur: quædam, quoniam passiones substantiæ: quædam, quoniam uia ad substantiam, aut corruptiones, aut priuationes, aut qualitates, aut effectiua, aut generatiua substantiæ, siue eorum, quæ ad substantiam dicuntur, aut ad aliquorum ex his negationes, aut substantiæ. Quare & ipsum non ens, esse non ens dicitur.

Quemadmodum igitur sanorum omnium una scientia est, ita & de ceteris est. Non enim solum eorum, quæ secundum unum dicuntur, uerum etiam eorum, quæ ad unam naturam dicuntur, unius scientiæ est speculari. etenim, hæc etiam quoddammodo secundum unum dicuntur.

habitudinem prædictarum ad substantiam dicuntur, vel secundum quamcumque aliam. Item negationes eorum, quæ ad substantiam habitudinem habent, uel etiam ipsius substantiæ esse dicuntur. unde dicimus quod non ens est non ens. Quod non diceretur, nisi negationi aliquo modo esse competere. Sciendum tamen, quod prædicti modi essendi ad quatuor possunt reduci. Nam unum eorum, quod est debilitissimum, est tantum in ratione, scilicet negatio & priuatio, quæ dicimus in ratione esse, quia ratio de eis nō cogitatur quasi de quibusdam entibus, dum de eis affirmat uel negat aliquid, secundum quid autem differant negatio & priuatio, infra dicitur. Aliud autem hic proximum in debilitate est, secundum quod generatio & corruptio & motus entia dicuntur. habent enim aliquid admistum de priuatione & negatione. Nam motus est actus imperfectus, ut dicitur. 3. physico. Tertium autem dicitur, quod nihil habet de non ente admistum, habet tamen esse debile, quia non per se, sed in alio, sicut sunt qualitates, quantitates, & substantiæ proprietates. Quartum autem genus est quod est perfectissimum, quod scilicet habet esse in natura absque admistione priuationis, & habet esse firmum & solidum, quasi per se existens, sicut sunt substantiæ. Et ad hoc sicut ad primum & principale omnia alia referuntur, nam qualitates & quantitates dicuntur esse, in quantum insunt substantiæ: motus & generationes, in quantum tendunt ad substantiam uel ad aliquid prædictorum: priuationes autem & negationes, in quantum remouent aliquid trium prædictorum.

Hic ponit maiorem primæ rationis dicens, quod est unius scientiæ speculari non solum illa, quæ dicuntur secundum unum, scilicet secundum unam rationem omnino, sed etiam eorum, quæ dicuntur per respectum ad unam naturam secundum habitudines diuersas. Et huius ratio est propter unitatem eius, ad quod ista dicuntur, sicut patet, quod de omnibus sanariis considerat una scientia, scilicet medicinalis, & similiter de aliis, quæ eodem modo dicuntur.

S. Thom. super Metaph. F f Hic

f ¶ Hic ponit conclusionem inentiam, quæ per se est manifestâ, quod hæc scientia principaliter considerat de substantiis, & si de omnibus entibus consideret tali ratione. Omnis scientia, quæ est de pluribus, quæ dicuntur ad unum primum, est proprie & principaliter illius primi, ex quo alia dependent secundum esse, & propter quod dicuntur secundum nomen: & hoc, ubique est verum: sed substantia est hoc primum inter omnia entia. Ergo philosophus, qui considerat omnia entia primo & principaliter, debet habere in sua consideratione principia & causas substantiarum, ergo per consequens eius consideratio primo & principaliter de substantiis est.

part. 6.

part. 7.

T. com. 3. part. 1.

part. 2.

infra lec. 4.

Lec. seq. par. 3.

Lec. seq.

Manifestum igitur quia entia unius est scientiæ speculari in quantum entia. Vbi que uero proprie primi est scientia, & ex quo alia pendent, & propter quod dicuntur. Ergo si hoc est substantia, substantiarum oportet principia & causas habere Philosophum ipsum.

g Omnis autem generis unius est sensus unus & scientia: ut Grammatica una, omnes speculatur voces. Quapropter & entis in quantum est ens, quascunque species speculari unius est scientiæ genere, & species specierum.

LECTIO II.

Igitur ens & unum idem, & una natura: quia se adinuicem consequuntur ut principium & causa, sed non ut una ratione ostensa. Nihil autem differt, nec si similiter fuscipimus, sed & praeopere magis.

Idem enim unus homo, & ens homo, & homo & non diuersum aliquid ostenditur secundum repetitam dictionem ipsum, est homo, & homo, & unus homo. Palam autem, quia non separantur nec in generatione, neque in corruptione.

LECTIO II.

Ita procedit ad ostendendum, quod ad considerationem unius scientiæ pertinet considerare huiusmodi communia, scilicet unum & multa, idem & diuersum. & circa hoc duo facit: Primo ostendit hoc de singulis propriis rationibus. Secundo de omnibus simul per quasdam rationes communes. ibi: ¶ Et philosophi est de omnibus posse speculari. ¶ Circa primum duo facit. Primo ostendit, quod de omnibus his considerare debet philosophus. Secundo docet modum considerandi, ibi: ¶ Quare quoniam unum multipliciter &c. ¶ Circa primum duo facit. Primo ostendit, quod ad hanc scientiam pertinet considerare de uno & de speciebus unius. Secundo, quod ad eandem scientiam pertinet considerare de omnibus oppositis, ibi: ¶ Quoniam autem unius est opposita considerare. ¶ Circa primum duo facit. Primo enim ostendit, quod huius scientiæ est considerare de uno. Secundo quod eius sit considerare de speciebus unius, ibi: ¶ Quare quocumque unius. ¶ Dicit ergo primo, quod ens &

unus sunt idem & una natura. hoc ideo dicit, quia quædam sunt idem numero, quæ non sunt una natura, sed diuersæ sicut Socrates, & hoc album, & hoc musicum, Vnum autem & ens non diuersas naturas, sed unam significant, hoc autem contingit dupliciter. Quædam enim sunt unum, quæ consequuntur se adinuicem conuertibiliter, sicut principium & causa. Quædam uero non solum conuertuntur, ut sint idem subiecto, sed etiam sunt unum secundum rationem, sicut uestis & indumentum. Vnum autem & ens significat unam naturam secundum diuersas rationes, unde sic se habet sicut principium & cæ, sed non sicut tunica & uestis, quæ sunt nomina penitus synonyma. Nihil tamen differt ad propositum, si similiter accipiamus ea dici, sicut illa, quæ sunt unum & subiecto & ratione. Sed hoc erit magis præ opere, id est magis utile ad hoc, quod intendit. Intendit enim probare quod unum & ens cadunt sub eadem consideratione, & quæ habent species sibi correspondentes. Quod manifestius probaretur si unum & ens essent idem re & ratione, quam si sint idem re & non ratione. Quod autem sit idem re probatur duobus rationibus, quarum primam ponit ibi.

LECTIO II.

Itaque ens, & unum idem, ac una natura sunt, propterea quod se inuicem sequuntur, quemadmodum principium, & causa, sed non quod una ratione significatur, nihil quidem refert, si etiam similiter putabimus, quinimmo magis proderit.

Idem enim unus homo, & ens homo, ac homo. & non significat diuersum aliquid secundum dictionem repetitam, id est homo & homo, & unus homo. Patet autem quod non separatur ens, nec in generatione, nec in corruptione, similiter & in uno. Quare manifestum est quod additio

ens addita homini, uel cuiusque alii nullam diuersitatem afferunt: ergo sunt penitus idem. Minor patet. Idem enim dicitur homo, & unus homo, & similiter est idem dicitur, ens homo, uel quod est homo: & non demonstratur aliquid alterum cum secundum dictionem replicamus dicendum: est ens homo, & homo, & unus homo. Quod quidem probat sic. Idem enim est generari & corrumpi hominem, & id quod est homo: quod ex hoc patet, quia generatio est uia ad esse, & corruptio mutatio ab esse ad non esse. Vnde nunquam generatur homo, quin generetur ens homo: nec unquam corrumpitur homo, quin corrumpatur ens homo. Quæ autem simul generantur & corrumpuntur sunt unum. Et sicut dictum est, quod ens & homo non separantur in generatione & corruptione, similiter apparet de uno. Nam, cum generatur homo, generatur unus homo: & cum corrumpitur, similiter corrumpitur. Vnde manifestum est, quod appositio in istis ostendit idem, & per hoc, quod additur uel unum uel ens non intelligitur addi aliqua natura supra hominem. Ex quo manifeste apparet, quod unum non est aliud præter ens: quia quæcumque uni & eidem sunt eadem, sibi inuicem sunt eadem. Patet autem ex prædicta ratione, non solum quod sunt unum re, sed quod differunt ratione. Nam, si non differret ratione, essent penitus synonyma, & sic nugatio esset cum dicitur: ens homo, uel unus homo. Sciendum est enim, quod hoc nomen Homo, imponitur a quidditate, sive a natura hominis: & hoc nomen Res, imponitur a quidditate tantum, hoc uero nomen Ens, imponitur ab actu essendi: & hoc nomen

part. 4. Lec. huius. ¶ Hic ponit secundam rationem ad idem, quæ talis est: Quæcunque duo prædicantur de substantia alicuius rei per se, & non per accidens, illa sunt idem secundum rem: sed ita se habent unum & ens, quod prædicantur per se, & non secundum accidens de substantia cuiuslibet rei: substantia enim cuiuslibet rei est unum per se, & non secundum accidens. Ens ergo & unum significat idem secundum rem. Quod autem ens & unum prædicantur de substantia cuiuslibet rei per se, & non secundum accidens, sic potest probari. Si enim prædicarentur de substantia cuiuslibet rei per aliquod ens ei additum, de illo iterum necesse est prædicari ens, quia unum quodque est unum & ens: aut ergo iterum de hoc prædicatur per se, aut per aliquid aliud additum: iterum esset quæstio de illo addito, & sic erit procedere usque ad infinitum, hoc autem est impossibile: ergo necesse est stare in primo. ¶ Quæ substantia rei sit una & ens per seipsum, & non per aliquid additum. Sciendum est autem, quæ circa hoc Auic. aliud sensit. Dixit. n. quod unum & ens non significant substantiam rei, sed significant aliquid additum. Et de ente quidem hoc dicebat, quia in qualibet re, quæ habet esse ab alio, aliud est esse rei, & substantia siue essentia eius. Hoc autem nomen Ens, significat ipsum esse. Significat igitur, ut uidetur, aliquid additum essentia. De uno autem hoc dicebat, quia existimabat quod illud unum, quod conuertitur cum ente, sit idem, quod illud unum, quod est principium numeri. Vnum autem, quod est principium numeri, necesse est significare quandam naturam additam substantiæ; alioquin cum numerus ex unitatibus constituitur, non esset numerus species quæritatis, quæ est accidens substantiæ superadditum. Dicebat autem, quod hoc unum conuertitur cum ente, non quia significat ipsam rei substantiam uel entis, sed quia significat accidens, quod in heret omni enti, sicut risibile, quod conuertitur cum homine. Sed in primo quidem non uidetur dixisse recte. esse. n. rei, quamuis sit aliud ab eius essentia, non tamen est intelligendum quod sit aliquid superadditum ad modum accidentis, sed quasi constituitur per principia essentia. Et ideo hoc nomen ens, quod imponitur ab ipso esse, significat idem cum nomine, quod imponitur ab ipsa essentia. De uno autem non uidetur esse uerum, quod sit idem, quod conuertitur cum ente, & quod est principium numeri. Nihil enim, quod est in determinato genere uidetur consequi omnia entia. Vnde unum, quod determinatur ad speciale genus entis, scilicet quæritatis discretæ, non potest esse cum ente uniuersali conuerti. Si. n. unum est proprium & per se accidens entis, oportet, quod ex principiiis causetur entis, in quantum ens, sicut quodlibet accidens proprium ex principiiis sui subiecti. Ex principiiis autem communibus entis, in quantum est ens, non intelligitur causari aliquid particulariter ens sufficienter. Vnde non potest esse, quod ens aliquod determinati generis & speciei sit accidens omnis entis. Vnum igitur, quod est principium numeri, aliud est ab eo, quod cum ente conuertitur. Vnum. n. quod cum ente conuertitur, ipsum ens designat, superaddens indiuisibilem rationem, quæ cum sit negatio, uel priuatio, non ponit aliquam naturam enti additam: & sic in nullo differt ab ente secundum rem, sed solum ratione. Nam negatio, uel priuatio non est ens nature, sed rationis,

men unum, ab ordine uel indiuisione. Est. n. unum ens indiuisum. Idem autem est quod habet essentiam, & quidditatem per illam essentiam, & quod est in se indiuisum. Vnde ista tria, res, ens, unum, significant omnino idem, sed secundum diuersas rationes.

part. 3.

part. 4.

Tex. c. 9. in 27.

part. 5.

\*al. nihil autem.

A sicut dictum est. Vnum uero, quod est principium numeri, addit supra substantiam rationem mensuram, quæ est propria passio quantificatis, & primo inuenitur in unitate. Et dicitur per priuationem uel negationem diuisionis, quæ est secundum quam unitatem continuam, nam numerus ex diuisione continui causatur. Et ideo nomen numerus ad Scientiam Mathematicam pertinet, cuius subiectum extra materiam esse non potest, quamuis sine materia sensibili consideretur. Hoc autem non est, si unum, quod est principium numeri, secundum esse a materia separaretur in rebus immaterialibus existens, quasi cum ente conuersum.

in his idem significat, & quod unum nihil aliud est præter ens.

Item cuiusque substantia unum est, non secundum accidens: similiter & ipsum ens quoduis.

Quare quot unius species, totidem & entis sunt, de quibus ipsum quid est speculari, eiusdem genere sciens est. dico autem, ut puta de eodem, & simili, ceterisque huiusmodi. fere autem omnia contraria ad hoc principium reducuntur. Considerata sunt autem hæc in electione contrariorum.

Aque tot Philosophiæ partes sunt quot substantiæ. quare necesse est ut aliqua earum prima, & alia sequens sit. sunt autem subinde habentia genera, ipsum unum & ens: quare etiam scientiæ sequuntur ista. Philosophus nanque est, uel ille, qui Mathematicus dicitur. & hæc enim habet partes. ac prima quædam, & secunda scientia est. cetera quoque consequenter in Mathematicis.

tes entis sunt substantia, qualitas, & quantitas & c. ita & partes entis sunt idem, æquale, & simile. Idem enim, unum in substantia est. Simile, unum in qualitate. Æquale, unum in quantitate. Et secundum alias partes entis possent sumi alie partes unius, si essent nomina posita. Et sicut ad unam scientiam, scilicet ad Philosophiam, pertinet consideratio de omnibus partibus entis, ita & de omnibus partibus unius, scilicet eodem & simili & huiusmodi. Et ad hoc principium, scilicet unum reducuntur omnia contraria. ¶ Et hoc addit, quia in quibusdam non est ita manifestum: & tamen hoc esse necesse est, quia, cum in omnibus contrariis alterum habeat priuationem inclusam, oportet fieri reductionem ad priuatiua prima, inter quæ præcipue est unum. Et iterum multitudine, quæ ex uno causatur, causa est diuersitatis differentia & contrarietatis, ut infra dicitur. Et hæc dicit esse considerata in ecloga, id est in electione contrariorum, id est in tractatu, quæ est pars electa ad tractandum de contrariis, scilicet in x. huius.

e ¶ Hic ostendit partes philosophiæ distinguere secundum partes entis & unius. & dicit, quod tot sunt partes philosophiæ quot sunt partes substantiæ, de qua dicitur principaliter ens & unum, de qua principalis est huius scientiæ consideratio & intentio. Et, quia partes substantiæ sunt ordinate adinuicem, nam substantia immaterialis est prior substantia sensibili naturaliter, ideo necesse est inter partes philosophiæ esse quædam primam. Illa tamen, quæ est de substantia sensibili, est prima ordine doctrinæ, quia a notioribus nobis oportet incipere disciplinam, & de hac determinatur in Septimo & Octauo huius. Illa uero, quæ est de substantia immateriali, est prior dignitate & intentione huius scientiæ, de qua traditur in xij. huius. Et tam quæcumque sunt prima necesse est quod sint continua aliis partibus, quia omnes partes habent pro genere unum & ens. Vnde in consideratione unius & entis diuersæ partes huius scientiæ ununtur, quamuis sint de diuersis partibus substantiæ, ut sic sit una scientia in quantum partes prædictæ sunt consequenter. ¶ Et in hoc Philosophus est similis mathematico, Nam mathematica habet diuersas partes, & quædam principaliter, sicut arithmetica, & quædam secundario sicut Geometriam, & alia consequenter se habent his, sicut perspectiua, astrologia, & musica. S. Thom. super Metaph. F 2 Hic

\*al. q. proprie ens qd

Lec. 10.

Lec. 5. & 6

LECTIO III.

Infra parte seq.



ostendit quod considerare de oppositis pertinet ad scientiam istam. & circa hoc duo facit. Primo ostendit, quod eius est considerare de negatione & priuatione. Secundo de contrariis. ibi: Sed uni

LECTIO III.

par. pr. ima.



Voniam autem vnus est opposita speculari, & vni opponitur pluralitas, & negationem & priuationem vnus est speculari: quia vtrunq; speculari vnus cuius negatio, aut priuatio, hec autem qua simpliciter dicitur, quia non inest illi, aut alicui generi. Huic igitur vni differentia adest prater quod est in negatione. Illius enim absentia, negatio est. In priuatione vero, subiecta quedam sit natura, de qua dicitur priuatio.

part. 2.

Sed vni pluralitas opponitur. Quare opposita dictis diuersumque & dissimile & inaequale & quacunq; alia dicuntur, aut secundum pluralitatem & vnum, est dicta cognoscere scientie, quorum vnus quide contrarietas est. Differentia nanque quedam contrarietas est, & differentia diuersitas.

par. 3.

Quare, quoniam vnum multipliciter dicitur, & hac quide multipliciter dicitur, attamen vnus omnia cognoscere, non enim si multipliciter, alterius. Quare si nec secundum vnum, nec ad vnum rationes referuntur, tunc alterius. Quoniam vero ad primum omnia referuntur, vt quacunq; vnum dicuntur, ad primum vnum, similiter dicendum est & de eodem & diuerso & contrarijs se habere. Ergo diuisum quoties dicitur singulum, sic reducendum est ad primum in singulis predicatis, quomodo ad illud dicitur. Hoc enim habendo illud, illa vero faciendo illud, alia vero secundum alios dicent modos.

Tex. c. 9.

negatio potest verificari tam de non ente, quod est natum habere affirmationem, quam de ente, quod est natum habere & non habere. Non videns enim potest dici tam chimera, quam lapis, quam etiam homo. Sed in priuatione est quedam natura uel substantia determinata, de qua dicitur priuatio. non enim omne non videns potest dici coecum, sed solum quod est natum habere usum. Et sic, cum negatio, que in ratione vnus includitur, sit negatio in subiecto, alias non ens vnus dici potest: patet, quod vnus differt a negatione simpliciter & magis trahit se ad naturam priuationis, ut infra. x. huius habetur. Sciendum est autem, quod quamuis vnus importet priuationem implicitam, non tamen est dicendum, quod importet priuationem multitudinis: quia, cum priuatio sit posterior naturaliter eo, cuius est priuatio, sequeretur, quod vnus esset posterior naturaliter multitudine. Item

LECTIO III.



Alterum cum vnus sit opposita speculari, vnus vero opponitur pluralitas, negationem, quoque & priuationem vnus est speculari: propterea quod vtrunq; modo vnus speculari id, cuius est negatio, aut priuatio, siue que simpliciter dicitur, quod non inest illi, siue alicui generi. ibi signum vni differentia est, prater illud, quod in negatione, negatio nanque absentia illius est, in priuatione vero & subiecta quedam natura fit, de qua priuatio dicitur.

Vni autem pluralitas opponitur. Quare etiam predictis opposita, diuersum, dissimile, & inaequale, & quacunq; alia, que aut secundum eadem dicuntur, aut secundum pluralitatem, & unitatem cognoscere dicta scientie est. ex quibus vnus quidem est, & ipsa contrarietas. contrarietas enim differentia quedam, differentia vero diuersitas.

Quare cum vnus multipliciter dicitur, hac quoque multipliciter quidem dicuntur. Vnus tamen est cum ea cognoscere. non enim si multipliciter, ideo alterius, sed si neque secundum vnum. neque ad vnum rationes reducuntur, tunc alterius. Cum autem ad primum cuncta reducuntur, utputa quotcumq; vnus dicuntur ad primum vnum, similiter de eodem, & diuerso & contrarijs dicendum se habere. Quapropter, diuidendo quoties singula dicuntur, sic attribuendum est ad primum in unoquoque predicamento, quomodo ad illud dicitur. quedam enim eo quod habent illud, quedam eo quod faciunt, quedam secundum alios huiusmodi modos dicuntur.

pluralitatem. Et inter ista, una est contrarietas. Na contrarietas est quedam differentia eorum, si que maxime differunt in eodem genere. Differentia vero est quedam alteritas siue diuersitas, ut. x. huius habetur: igitur contrarietas pertinet ad considerationem huius scientie.

Hic tradit modum, quo Philosophus de his det determinatare, & dicit, quod omnia predicta deriuant ab uno, & vnus multipliciter dicitur, etiam omnia ista necesse est multipliciter dici, si idem & diuersum, & alia hmoi. Sed tamen quamuis multipliciter dicatur omnia, tamen que significatur per quodlibet horum nomen, est cognoscere vnus scientie, scilicet philosophie. Non enim sequitur, quod si aliquid dicitur multipliciter, & propter hoc sit alterius scientie, uel diuersae. Diuersa enim significata si neque dicuntur secundum vnum, sed est secundum vnus rationem, cum uoce, nec ratione diuersa referuntur ad vnus, sicut

part. 4.

Tex. c. 5. parte. 1.

scit est in analogis: tunc sequitur, quod sit alterius, id est diuersae scientie de his considerare, vel ad vnus vnus per accidens. Sicut coeleste sydus, quod est canis, considerat Astrologus. Naturalis autem canem marinum & terrestrem. hec autem omnia referuntur ad vnus principium. Sicut enim que significatur per hoc nomen vnus, licet sint diuersa, reducuntur tamen in vnus primum significatum: similiter est dicendum de his nominibus, idem, diuersum, contrarium, & huiusmodi. Et ideo, circa vnus quod que istorum, Philosophus duo debet facere, videlicet primum diuidere quomodo dicitur vnus quodque. Et hec diuisio consequenter assignatur in vnus quoque predicato: id est, in vnus quodque istorum nomen de pluribus predicatum, ad quod primum dicatur, sicut, quid est primum significatum huius nominis, idem, vel diuersum, & quomodo ad illud omnia alia referantur, aliquid quidem inquantum habet illud, aliquid autem inquantum facit illud, vel secundum alios huiusmodi modos.

Palam ergo quod in questionibus dictum est, quia vnus est de his & de substantia fermonem habere: hoc autem erat vnus dubitatorum.

LECTIO IIIII.



Philosophi est de omnibus posse speculari. Na; si non philosophi, quis est qui inuestigat, si idem Socrates, & Socrates sedens? aut si vnus vnus contrarium? aut quid est contrarium, aut quoties dicitur? Similiter de talibus. Quia ergo vnus, inquantum est ens, eadem secundum se passiones sunt, sed non inquantum numeri, aut lineae, aut ignis, palam, quia illius scie & quid est in eis cognoscere, & eorum accidentia. Et ideo non peccat, qd de eis intendebant, quasi non philosophantes, sed quia primum est substantia de qua nihil audiunt. Quare sicut sunt & numeri & inquantum numeri proprias passiones sunt, vt imparitas & paritas, & mensuratio, equalitas, excessus, & defectus, & ea: qd secundum se & adinuicem insunt numeris. Similiter autem & solidi, & mobili, & immobili, & leui & graui, sunt alia propria, sicut entis, inquantum est ens, quedam propria, & ea sunt, de quibus est Philosophi percutari veritate.

LECTIO IIIII.

part. 2. infra parte vlt. par. 7. huius lec. parte seq. parte. 3.



ostendit per rationes communes, quod de omnibus predictis philosophus debet considerare, & primo ostendit propositum. Secundo, conclusionem inducit intentam, ibi: Quod quidem igitur &c. Circa primum duo facit. Primum, ostendit propositum. Secundo, ex dictis inferit quedam corollarium, ibi: Et propter hoc &c. Ostendit autem primum, tribus rationibus: secunda ibi: Signum autem &c. Amplius autem &c. Prima ratio talis est. Omnes dubitationes: que possunt moueri sunt in aliquo scientia soluentur: sed de predictis communibus mouetur quedam questionem: sicut de eodem & de diuerso mouetur illa questio: vtrum sit idem Socrates, & Socrates sedens: & de contrarijs

ostendit per rationes communes, quod de omnibus predictis philosophus debet considerare, & primo ostendit propositum. Secundo, conclusionem inducit intentam, ibi: Quod quidem igitur &c. Circa primum duo facit. Primum, ostendit propositum. Secundo, ex dictis inferit quedam corollarium, ibi: Et propter hoc &c. Ostendit autem primum, tribus rationibus: secunda ibi: Signum autem &c. Amplius autem &c. Prima ratio talis est. Omnes dubitationes: que possunt moueri sunt in aliquo scientia soluentur: sed de predictis communibus mouetur quedam questionem: sicut de eodem & de diuerso mouetur illa questio: vtrum sit idem Socrates, & Socrates sedens: & de contrarijs

mouetur ista questio: vtrum vnus sit contrarium vni, & quot modis dicitur: ergo oportet, quod in aliqua scientia ista soluantur, que considerent de eodem & contrario & alijs predictis. Et quod hoc pertinet ad Philosophum, & ad nullum alium sic probat. Eius est considerare primas passiones entis, cuius est considerare ens secundum quod est ens: sed predicta omnia sunt per se accidentia entis & vnus secundum quod huiusmodi. (sicut enim numerus, inquantum huiusmodi, habet proprias passiones, ut superfluum, aequale, commensuratum, & huiusmodi, quorum quedam insunt alicui numero absolute, ut par & impar: quedam uni per comparationem ad alterum, ut aequale: & etiam substantia habet proprias passiones: ut firmum, id est corpus & alia huiusmodi. Similiter & ens inquantum ens, habet quedam propria, que sunt communia predicta) ergo consideratio eorum pertinet ad Philosophum. Et ideo, tradentes Philosophiam non peccauerunt de his tractando tanquam non philosophantes: id est tanquam ista non pertineant ad considerationem philosophie: sed quia de his tractantes de substantia nihil audirent, quasi substantie omnino obliuiscantur, cum tamen ipsa sit primum inter illa, de quibus Philosophus debet considerare

Manifestum itaque quod in dubitationibus dictum est, vnus esse tam de his, quam de substantia rationem habere, hoc autem vni erat eorum, que in dubitationibus diximus.

LECTIO IIIII.



Philosophi est de omnibus posse speculari. Si enim non philosophi, quis erit, qui considerabit, si idem Socrates, & Socrates sedens? aut si vnus vnus contrarium? aut quid est contrarium, aut quoties dicitur? Similiter de ceteris quoque huiusmodi. Cum itaque vnus prout vnus, & ens prout vnus, haec per se passiones sunt, & non prout numeri, aut lineae, aut ignis, patet quod illius scientie est, & quid est cognoscere, & accidentia eis. Et non in hoc errant: qui de his considerant, tanquam non philosophantes, sed quoniam substantia, de qua nihil sciunt, prior est. Nam quemadmodum & numeri, prout numerus est, propriae passiones sunt, ut imparitas, paritas, commensuratio, equalitas, excessus, defectus, & haec tum absolute, tum mutuo relatis insunt numeris, similiter solido, & immobili & mobili, & leui & graui aliqua propria sunt, ita & ens prout ens est, quedam propria sunt. & haec sunt, de quibus ueritatem considerare Philosophi est.

Ens habet passiones.

Signum autem est, quod Dialectici, & Sophistae eadem quidem, quam Philosophus subeunt figuram. Sophistica enim apparens solum Sapientia est. Dialectici quoque de omnibus disputant. ens uero commune omnibus est. Disputant autem de his scilicet, eo qd haec propria Philosophiae sunt. circa eadem enim genus, Sophistica & Dialectica uersatur cum Philosophia, uerum Philosophia ab hac quidem modo potestatis, ab illa uero electione uita differt. Dialectica autem est tentatiua, de quibus Philosophia est cognitiua: Sophistica uero apparens, existens uero minime.

quo differunt ab ea. Conueniunt autem in hoc, quod Dialectici est considerare de omnibus. Hoc autem esse non potest, nisi consideraretur omnia secundum quod in aliquo uno conueniunt: quia vnus scientie vnus subiectum est, & vnus artis una est materia, circa quam operatur. Cum igitur omnes res non conueniant nisi in ente, manifestum est, qd Dialectice S. Tho. sup. Metaphy. F 3 mate-



Sciendum est autem, quod cum qualibet cognitio perficiatur per hoc, quod similitudo rei cognita est in cognoscente, sicut perfectio rei cognita consistit in hoc quod habet talem formam, per quam est res talis, ita perfectio cognitionis consistit in hoc, quod habet similitudinem formę predictę. Ex hoc autem, quod res cognita habet formam sibi debitam, dicitur esse bona, & ex hoc, quod aliquem defectum habet, dicitur esse mala. Et eodem modo ex hoc, quod cognoscentes habet similitudinem rei cognitę, dicitur habere veram cognitionem: ex hoc vero, quod deficit a tali similitudine, dicitur falsam cognitionem habere. Sicut ergo bonum, & malum designant perfectiones, quę sunt in rebus, ita verum & falsum designant perfectiones cognitionis. Licet autem in cognitione sensitiua possit esse similitudo rei cognitę, non tamen rationem huius similitudinis cognoscere ad sensum pertinet, sed solum ad intellectum. Et ideo licet sensus de sensibili possit esse verus, tamen sensus veritatem non cognoscit, sed solum intellectus. Et propter hoc hic dicitur, quod verum & falsum sunt in mente. Intellectus autem habet apud se similitudinem rei intellectę, secundum quod rationes incomplexorum concipit. Non tamen propter hoc ipsam similitudinem diiudicat, sed solum cum comparat vel diuidit. Cum enim intellectus concipit hoc, quod est animal rationale mortale, apud se similitudinem hominis habet, sed propter hoc cognoscit se hanc similitudinem habere, quę iudicat hominem esse animal rationale, & mortale. Et ideo in hac sola secunda operatione intellectus est veritas, & falsitas, secundum quam non solum intellectus habet similitudinem rei intellectę, sed etiam super ipsam similitudinem reflectitur, cognoscendo, & diiudicando ipsam. Ex his igitur patet, quod veritas non est in rebus, sed solum in mente, & etiam in compositione & diuisione. Et si res dicatur aliquando falsa, vel etiam definitio, hoc erit in ordine ad affirmationem & negationem. Dicitur enim res falsa, ut in fine: Quinti habitum est, aut quę non est omnino, sicut diametrum commensurabilem: aut quia est quidem, sed est apta nata videri aliter, quām sit. Et similiter definitio dicitur falsa, aut quia nullius, vel quia assignatur alteri quām ei cuius est. In omnibus enim his modis patet, quod falsum in rebus, vel in definitionibus, dicitur ratione falsę enun-

T. com. 21.

let. 6.

part. 10.

ciationis de ipsis. & similiter patet de vero. Nam res dicitur vera, quando habet propriam formam, quę ei ostenditur ineffe. Et definitio vera, quę vere competit ei cui assignatur. Patet etiam, quod nihil prohibet verum esse quoddam bonum, secundum quod intellectus, cognosceus accipitur ut quędam res. Sicut enim, quęlibet alia res dicitur bona sua perfectione, ita intellectus cognosceus, sua veritate. Apparet et ex his, quę hic dicuntur, quod verum & falsum, quę sunt obiecta cognitionis, sunt in mente. Bonum vero & malum, quę sunt obiecta appetitus, sunt in rebus. Item, quod sicut cognitio perficitur per hoc, quod res cognita sunt in cognoscente, ita appetitus quęcunque perficitur per ordinem appetentis ad res appetibiles. Deinde cum dicitur, d. Excludit ens verum, & ens per accidens a principali consideratione huius doctrinę dicens, quod compositio & diuisio, in quibus est verum & falsum, est in mente & non in rebus. Inuenitur siquidem & in rebus aliqua compositio, sed talis compositio efficit vnam rem, quam intellectus recipit ut vnum simplicem conceptione, sed illa compositio vel diuisio, quę in intellectu coniungit, vel diuidit sua concepta, est tantum in intellectu, nō in rebus. Consistit enim in quadam duorum comparatione conceptorum, siue illa duo sint idem secundum rem, siue diuersa. Vtriusque enim intellectus, quandoque vno, ut duobus compositionem formans, sicut dicitur, homo est homo. ex quo patet, quod talis compositio est solum in intellectu, non in rebus. Et ideo illud quod est ita ens, sicut verum in tali compositioe consistens, est alterum ab his, quę proprie sunt entia, quę sunt res extra animam, quarum vnaquęque est quę quid est, id est, substantia, aut quale, aut quantum, aut aliquid aliud complexum, quod mens copulat vel diuidit. Et ideo vtrūque est pratermittendum. scilicet, & ens per accidens, & ens quod significat verum, quia huius, scilicet, entis per accidens causa est indeterminata. & ideo non cadit sub arte, ut ostensum est. Illius vero, scilicet, entis veri causa est aliqua passio mentis, id est, operatio intellectus componētis, & diuidētis. & ideo pertinet ad scientiam de intellectu. Et alia ratio est, quia vtrumque est ens verum, & ens per accidens sunt circa aliquod genus entis, non circa ens simpliciter per se, quod est in rebus, & non ostendunt aliquam aliam naturam entis existentem extra se entia. Patet enim, quod ens per accidens est ex concursu accidentaliter entium extra animam, quorum vnumquodque est per se. Sicut grammaticum & musicum licet sit per accidens, tamen & grammaticum & musicum est per se ens, quia vtrumque per se acceptum, habet causam determinatam. Et similiter in intellectu compositio, & diuisio facit circa res, quę sub predicamentis continentur. Vnde si determinetur sufficienter illud genus entis, quod continetur sub predicamento, manifestum erit & de ente per accidens, & de ente vero. & propter hoc huiusmodi entia pratermittuntur. Sed perscrutandę sunt causę, & principia ipsius entis per se dicti, in quantum est ens. De quo palam est ex his, quę determinauimus in v. lib. vbi dictum est, quoties vnumquodque talium nominum dicitur, quod ens dicitur multipliciter, sicut infra in principio Septimi sequetur.

sunt in mente. Quęcunque igitur speculari oportet circa id, quod ita ens & non ens est. posterius perscrutandum est.

Cum autem compositio, & diuisio in mente, non in rebus sit, quod autem ita est, diuersum a proprie dictis, ens est aut: enim quod quid est, aut quod quale, aut quod quantum, aut si quia aliud copulat, aut diuidit mens: quod quidem tanquam accidens, & ut verum ens, omittendum est. causa enim illius quidem indeterminata, huius vero mentis aliqua passio. & ambo circa reliquum entis genus, & non extra ostendunt esse aliquam entis naturam. Propter quod, hac quidem pratermittantur, considerandę autem sunt ipsius entis causę, & principia, prout ens est. Manifestum autem est in his, quę determinauimus de eo, quoties vnumquodque dicitur, quod ens multipliciter dicitur.

Sciendum est autem, quod cum qualibet cognitio perficiatur per hoc, quod similitudo rei cognita est in cognoscente, sicut perfectio rei cognita consistit in hoc quod habet talem formam, per quam est res talis, ita perfectio cognitionis consistit in hoc, quod habet similitudinem formę predictę. Ex hoc autem, quod res cognita habet formam sibi debitam, dicitur esse bona, & ex hoc, quod aliquem defectum habet, dicitur esse mala. Et eodem modo ex hoc, quod cognoscentes habet similitudinem rei cognitę, dicitur habere veram cognitionem: ex hoc vero, quod deficit a tali similitudine, dicitur falsam cognitionem habere. Sicut ergo bonum, & malum designant perfectiones, quę sunt in rebus, ita verum & falsum designant perfectiones cognitionis. Licet autem in cognitione sensitiua possit esse similitudo rei cognitę, non tamen rationem huius similitudinis cognoscere ad sensum pertinet, sed solum ad intellectum. Et ideo licet sensus de sensibili possit esse verus, tamen sensus veritatem non cognoscit, sed solum intellectus. Et propter hoc hic dicitur, quod verum & falsum sunt in mente. Intellectus autem habet apud se similitudinem rei intellectę, secundum quod rationes incomplexorum concipit. Non tamen propter hoc ipsam similitudinem diiudicat, sed solum cum comparat vel diuidit. Cum enim intellectus concipit hoc, quod est animal rationale mortale, apud se similitudinem hominis habet, sed propter hoc cognoscit se hanc similitudinem habere, quę iudicat hominem esse animal rationale, & mortale. Et ideo in hac sola secunda operatione intellectus est veritas, & falsitas, secundum quam non solum intellectus habet similitudinem rei intellectę, sed etiam super ipsam similitudinem reflectitur, cognoscendo, & diiudicando ipsam. Ex his igitur patet, quod veritas non est in rebus, sed solum in mente, & etiam in compositione & diuisione. Et si res dicatur aliquando falsa, vel etiam definitio, hoc erit in ordine ad affirmationem & negationem. Dicitur enim res falsa, ut in fine: Quinti habitum est, aut quę non est omnino, sicut diametrum commensurabilem: aut quia est quidem, sed est apta nata videri aliter, quām sit. Et similiter definitio dicitur falsa, aut quia nullius, vel quia assignatur alteri quām ei cuius est. In omnibus enim his modis patet, quod falsum in rebus, vel in definitionibus, dicitur ratione falsę enun-

T. com. 4.

& 6. huius.

Tex. c. 18.

COMMENTARIORVM

S. THO. SUPER SEXTVM

Metaph. finis.

S. Tho. super Metaph.

L 4

A R I S T O T E L I S  
M E T A P H Y S I C O R V M .

LIBER SEPTIMVS,

Cum Diui Thomæ præclarissimis commentarijs.

LECTIO PRIMA.

**OST** QVAM Philosophus remouit a principali consideratione huius scientiæ ens per accidens, & ens secundum quod significat verum, hic incipit determinare de ente per se, quod est extra animam, ac quo est principalis consideratio huius scientiæ. Dicitur autem pars ista in duas partes. Hæc enim scientia, & determinat de ente in quantum est ens, & de primis principis entium, vt in 6. lib. est habitum. In prima ergo parte de terminatur de ente. In secunda de primis principijs entis in xij. lib. ibi: {De substantia quidem &c.} Quia vero ens & vnum se consequuntur, & sub eadem consideratione cadunt, vt i principio. Quar i est habitum, ideo prima pars diuiditur i partes duas. In prima determinatur de ente. In secunda de vno & de his quæ consequuntur ad vnum in x. lib. ibi: {Vnum quia multis dicitur, &c.} Ens autem per se, quod est extra animam, diuiditur in duas partes, vt in v. lib. est habitum. Vno modo per decem prædicamenta, alio modo per potentiam & actum. Diuidit ergo prima pars in duas. In prima determinat de ente secundum quod diuiditur per decem prædicamenta. In secunda determinat de ente secundum quod diuiditur per potentiam & actum. In ix. lib. ibi: {Ergo de primo ente &c.} Prima autem pars diuiditur in duas. In prima ostendit, quod ad determinandum de ente, prout in decem prædicamenta diuiditur, oportet determinare de sola substantia. In secunda incipit de substantia determinare, ibi: {Dicitur autem substantia & si non multiplicis &c.} Circa primum duo facit. Primo ostendit quod de substantia est determinandum. Secundo ostendit quid de ea sit tractandum, ibi: {Videntur autem substantia.} Circa primum duo facit. Primo ostendit quod intendens tractare de ente, de sola substantia debet tractare per rationem. Secundo per consuetudinem aliorum, ibi: {Et quod olim & nunc &c.} Intendit ergo in prima parte talem rationem ponere. Illud, quod est primum inter entia quasi ens simpliciter, & non secundum quid, sufficienter demonstrat naturam entis, sed substantia est huiusmodi, ergo sufficit ad cognoscendum naturam entis, determinare de substantia. Circa hoc autem duo facit. Primo ostendit, quod substantia sit primum ens. Secundo ostendit quomodo dicatur primum, ibi: {Multipliciter quidem igitur dicitur primum &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit intentum quod ens dicitur multipliciter, vt dictum est in quinto lib. in quo diuiserunt quoties dicuntur huiusmodi nomina, quia quoddam ens si-

LECTIO I.

**N**s dicitur multipliciter, sicut diximus in his, quæ de quoties. Significat enim hoc quid est, & hoc aliquid: illud vero quod quale, aut quantum, aut aliorum, vnumquodque sic prædicamentorum. Toties autem de ente dicto palam, quia horum primum ens est quodquid est, quod significat substantiam.

Nam quando dicimus quale quid hoc, aut bonum dicimus, aut malum, sed non tricubitum, aut hominem. Quando vero quid est, nec album, nec calidum, nec tricubitum, sed hominem, aut Deum. Alia vero dicuntur entia, eo quod taliter entis, hæc quidem qualitates esse, illa vero quantitates, alia passiones, alia aliud quid tale.

Vnde & utique dubitabit aliquis: utrum vadere, & sanare, & sedere, vnumquodque ipsorum

LECTIO I.

**N**s multipliciter dicitur, quemadmodum in his, quæ de quoties prius diuisimus. Significat enim aliud quidem quid est, & quo quid, aliud vero quod quale, aut quantum, aut singula aliorum quæ ita prædicantur. Cum autem ens toties dicatur, patet primum horum ens, esse ipsum quid est, quodque substantiam significat.

Cum enim dicimus quale quipiam hoc, aut bonum dicimus, aut malum, sed non tricubitum, aut hominem, cum autem quid est, non album, nec calidum, nec tricubitum, sed hominem aut deum, cetera vero entia dicuntur, eo quod vere entis quædam sunt quantitates, quædam qualitates, quædam passiones, quædam aliquid aliud tale.

Vnde dubitauerit aliquis: utrum ipsum ambulare, & sanum esse, ac sedere, & vnumquodque horum ens, an

est a substantia, & quantitate. Tricubitum autem significat quantitate, & homo significat substantiam. Et ideo, quando dicimus quale est aliquid, non dicimus ipsum esse tricubitum, neque hominem: sed, quando dicimus quid est de aliquo, non dicimus ipsum esse album, nec calidum, quæ significant qualitates: nec tricubitum, quod significat quantitate: sed hominem, aut Deum, quæ significant substantiam. Ex quo patet, quod illa quæ significant substantiam, dicunt quid est aliquid absolute, quæ autem prædicantur qualitate, non dicunt quid est illud, de quo prædicatur absolute, sed quale quid, & simile est in quantitate, & alijs generibus. Et ex hoc patet, quod ipsa substantia dicitur ens ratione sui ipsius, quia absolute significantia substantiam, significant quid est hoc. Alio vero dicuntur entia, non quia ipsa habeant secundum se aliquam quidditatem, quasi secundum se entia, cum non ita dicant absolute quid, sed eo quod sunt talis entis, id est eo quod habent aliquam habitudinem ad substantiam, quæ est per se ens, quia non significant quidditatem, in quantum, scilicet quædam sunt qualitates talis entis, scilicet substantiæ; & quædam quantitates, & alia passiones, vel aliquid aliud tale, quod significatur per alia genera. Secundo ibi.

¶ Probat idem per quoddam signum, quia. n. idem alia entia non sunt entia, nisi scdm quod referuntur ad substantiam, ideo potest

Tex. com. 1 par. prima. T. com. 1.

Lect. 1. part. 2.

Alia litera. A taliter.

T. c. 13. Lect. 7.

part. 3.

Tex. c. 17. Lect. 1.

Infra le. se.

Infra par. 6.

par. 5.

T. com. 1 Lect. 9.

Infra par. 4.

potest esse dubitatio de alijs entibus in abstracto significatis, A quando non significant cum aliqua habitudine ad substantiam: vtrum sint entia, vel non entia, scilicet vtrum vadere, sanare, & sedere, & vnumquodque istorum in abstracto significatorum sit ens, aut non ens. Et similiter est in alijs talibus, quæ in abstracto significantur, siue significantur per modum actionis, vt prædicta, siue non, vt albedo, siue nigredo. Pro tanto autem videntur accidentia in abstracto significata esse, non entia, quia nihil ipsum est aptum nam, secundum se esse, immo cuiuslibet eorum esse est alteri inesse. & nõ est possibile aliquid eorum separari a substantia. Et ideo, quando significantur in abstracto, quasi sint secundum se entia; & a substantia separata videntur, & sunt non entia. Licet autem significandi vocum non consequatur immediate modum essendi rerum, sed mediante modo intelligendi, quia intellectus sunt similitudines rerum, voces autem intellectuum. vt dicitur in primo Perihemenias. Licet autem modus essendi accidentium non sit per se fiat, sed solum vt insunt, intellectus tamen potest ea per se intelligere, cum sit natus diuidere ea, quæ secundum naturam coniuncta sunt. & ideo nomina abstracta accidentium significant entia, quæ quidem inhaerent, licet non significant ea per modum inhaerentium. Essent autem significata per huiusmodi nomina, non entia, si non inessent in re. Et quia ista in abstracto significata videntur non entia, magis videntur entia nomina accidentium concreta. Magis autem videtur aliquid entium esse vadens, & sedens, & sanans, quia determinatur eis, aliquid subiectum, per ipsam nominis significationem, in quantum significantur in concrecione ad subiectum. hoc autem subiectum est substantia. & ideo vnumquodque talium nominum, quæ significant accidentia in concreto, apparet in tali categoria, i. videntur importare prædicamentum substantiæ, non ita, quod prædicamentum substantiæ sit pars significationis talium nominum. Album enim, vt in prædicamentis dicitur, solam qualitatem significat. Sed, in quantum huiusmodi nomina significant accidentia, vt inherencia substantiæ, Bonum autem, aut sedens, non dicitur sine hoc, i. sine substantia. Significat enim accidens concretum substantiæ. Et quia accidentia non videntur entia prout secundum se significantur, sed solum prout significantur in concrecione ad substantiam, palam est, quod singula aliorum entium sunt entia, propter substantiam. Et ex hoc ulterius apparet, quod substantia est primum ens, & ens simpliciter, & nõ ens secundum

D. 14. 20.

part. 4.

Lect. 1.

T. c. 5. part. 5.

In Prædicamentis.

aliquid, id est, secundum quid, sicut est in accidentibus. Essent enim album non est simpliciter esse, sed secundum quid. Quod ex hoc patet, quia cum incipit esse album, non dicitur, quod incipiat esse simpliciter, sed quia incipiat esse album. Cum enim Socr. incipit esse homo, dicitur simpliciter, quod incipit esse.

non ens est, similiter & de quocumque ceterorum similibus. nihil enim horum est per se natura aptum, neque possibile a substantia separari, sed magis, siquidem ambulans entium aliquid: & sedens, & sanum. Hæc autem magis entia apparent, quoniam subiectum eis determinatum est. hoc autem substantia, & singularare est, quod in tali prædicatione apparet. bonum enim, aut sedens absque hoc non dicitur. patet igitur quod propter hanc illorum quoque singula sunt. Quare, quod primo est ens, & non aliquid ens, sed simpliciter ens, substantia.

Multis igitur modis primum dicitur, atamen substantia, & ratione, & cognitione, & tempore, & natura omnium primum est. aliorum enim quæ prædicantur, nullum est separabile, sed hæc sola. Ratione quoque hoc primum. necesse est enim in cuiusque ratione inesse rationem substantiæ. Scire etiam tunc putamus unumquodque magis, cum quid est homo, aut ignis sciamus, quam quale, aut quantum, aut ubi, nam & horum ipsorum tunc unumquodque scimus, cum quid est ipsum quale, aut quantum scimus.

Quod quoque tam olim, quam nunc, & semper queritur, semperque dubitatur, quidnam ipsum ens sit, hoc est quænam substantia est. Hoc. n. quidam unum aiunt esse, quidam plura, quædam unum, & quidam finita, quidam vero infinita. Quare nobis quoque maxime, & primum, & solum, ut ita dicam, de ente hoc pacto quidnam sit, speculandum est.

ria est prior diffinitione accidentibus. Quod et sit prior ordine cognitionis, patet. Illud. n. est primum secundum cognitionem, quod est magis notum & magis manifestat rem. Res autem vnaqueque magis noscitur, quando scitur eius substantia, quæ quædo scitur eius quæritas, aut qualitas. Tunc. n. putamus nos maxime scire singula, quæ noscitur quid est homo, aut ignis, magis quam, quando cognoscimus quale est, aut quantum, aut ubi, aut secundum aliquod aliud prædicamentum. Quare etiam de ipsis, quæ sunt in prædicamentis accidentium, tunc scimus singula, quando de vnoquoque scimus quid est. Sicut quando scimus, quid est ipsum quale, scimus qualitatem: & quando scimus quid est ipsum quantum, scimus quantitatem. Sicut enim alia prædicamenta non habent esse nisi per hoc, quod insunt substantiæ, ita non habent cognosci, nisi in quantum participant aliquid de modo cognitionis substantiæ, quæ est cognoscere quid est. Deinde cum dicit.

¶ Ostendit idem, quod de substantia sola est agendum ex consuetudine aliorum philosophorum. dicens, & cum sit quæritum, & semper

Lect. 1.

semper dubitarum apud philosophos & olim quantu ad preteritum, & nunc quantum ad presens, quid est ens: hoc nihil aliud est quare, & dubitare, quid est substantia rerum. Hoc enim ens, scilicet substantia quidam dixerunt esse vnu, vel immobile, sicut Parmenides, & Melissus, vel mobile, sicut Antiqui naturales, ponentes vnum tantum materiale principiu reru.

parte. 6.

Videtur autem substantia inexistere manifestissime quod corporibus. Vnde aialia, & platas & eorum partes substantias ee dicimus: & naturalia corpora, vt igne, aqua, & terra, & talia singula, & quacunq; aut partes eoru, aut ex his sut, aut partibus, aut oibus: vt celu: & partes eius, vt astra, & Luna, & Sol. Vtru vero he sola substantia sunt, aut & alie, aut horu qde nullu, altere aut quodam perferendum.

part. 7.

Videntur quibusdam corporis terminu, vt superficies, & linea, & punctus, & vnitas esse substantia magis qua corpus & solidu. Amplius pter sensibilia hi qde non opinantur aliquid esse taliu, illi vero plura & magis entia iduisibilia corpora. Et ideo, si alij philosophi tractantes de entibus attendebant ad solas substantias, & nobis etia speculandum est de sic ente: id est de substantia quid ipa sit. Et hoc, in qua maxime, quia de hac priuicipaliter intendim. Et primo, quia per eam alia cognoscuntur: & solam, vt est dice re: quia de substantia sola determinado de omnibus aliis notiam facit. Et ita quodam modo solum de substantia determinat, & quodam modo non solum. Hoc autem significat cu dicit, vt est dicere, vel vt ita dicatur, qd confueuimus dicere de his, quae non viquequa; sunt vera. Deinde cum dicit, f q Ostendit quid determinandum sit de substantia, & circa hoc duo facit. Primo, ponit opiniones aliorum de substantia. Secundo dicit, quid de earum veritate est inquirendum, ibi: De his ergo &c. Circa primum duo facit. Primo, proponit quid sit manifestum circa substantias dicens, quod esse substantiam manifestissime inest corporibus. Vnde animalia, & plantas, & partes eorum dicimus esse substantias, & etiam alia naturalia corpora, vt igne, terram, & aquam & talia singula, id est talia elementaria corpora, sicut aere, & vapore secundum opinionem Heracliti, & alia media secundum opinionem aliorum. Et etia omnes partes elementoru, & etia corpora, quae sunt cōposita ex elementis, vel ex aliquibus partibus elementoru, sicut particularia corpora mista, aut ex omnibus elementis, i. totis, sicut tota ipsa sphaera actiuoru, & passiuoru. Et sicut etiam celum, quod est quoddam corpus naturale praeter elementa dicimus esse substantiam, & partes eius, vt astra, & luna, & sol. Sed verum ha sensibiles substantiae sunt solum substantiae, secundum quod ponebant antiqui naturales, vel etiam sint aliae substantiae ab istis, sicut ponebant Platonici, vel etiam istae non sint substantiae, sed solum sint aliae substan-

Tex. 6. part. 8.

De his igitur quod dicitur bene, & quid non bene & quae sunt substantiae: & vtru sint alique praeter sensibiles, aut non sunt, & iste quo vtru est aliqua separata substantia, & cur, & quomodo, an nulla praeter sensibiles, perferendum est, vt primo substantiam, & sensibilia.

Infra pt. 8.

De his igitur quid bene, quidue non bene dicatur, & quae substantiae sint: & vtrum aliqua praeter sensibiles sint, nec ne. & ha quomodo sint, & vtrum est aliqua separata substantia, & cur, & quomodo, an nulla praeter sensibiles, perferendum est, vt primo substantiam, & sensibilia.

Ab istis, perferendum est. Secundo ibi. g Recitar opiniones Philosopherum de substantiis non manifestis dicens, quod quibusdam videtur, quod termini corporis sint rerum substantiae, vt scilicet superficies, & linea, & punctus, & vnitas sunt magis substantiae, quam corpus, & solidum. Et haec opinio dicitur, quia quidam nihil talium terminorum opinantur esse separata sensibilibus, scilicet Pythagorici. Alij vero ponebant quaedam entia sempiterna a sensibilibus separata, quae sunt plura & magis entia, quam sensibilia, magis in qua entia, quia ista sunt incorruptibilia, & immobilia: haec autem corruptibilia & mobilia. Plura vero, quia sensibilia sunt vnus ordinis tantu, separata vero duorum. Sicut Plato posuit duas substantias separatas, id est duos ordines substantiarum separataru, scilicet spēs, vel ideas, & mathematica. Et tertium ordinem posuit substantias corporum sensibilibus. Sed Leucippus, qui successor fuit Platonis, & ex sorore nepos, posuit plures ordines substantiarum, & in vnoquoq; etia inchoauit ab vno, quod ponebat esse principium in quo libet ordine substantiarum. Sed aliud quidem vnum ponebat esse principium numerorum, quos ponebat esse primas substantias post species: aliud autem magnitudinum, quas ponebat esse secundas substantias. Et demum ponebat substantiam animae, & hoc modo protendebat ordinem substantiarum. viq; ad corruptibilia corpora. Sed quidam differ-

Videtur autem substantia existere manifestissime quidem in corporibus: quare animalia, & plantas, & eorum partes substantias esse dicimus ac naturalia corpora, ut ignem, aqua, & terra, ceterorum quoque singula: & quaecunq; aut horum partes, aut ex his sunt, aut partibus, aut omnibus, ut celum, & eius partes, sicut Luna, & Sol. Vtrum autem haec sole substantiae sint, an etiam aliae, an harum quidem nulla, sed aliqua aliae, considerandum est.

Videtur autem quibusdam corporis terminos, ut superficiem, lineam, punctum, & unitatem substantias esse, & magis quam corpus, & solidum. Item praeter sensibilia quidam non putant aliquid esse tale. quidam plura, et quae magis sempiterna sunt sicut Plato, & ipsas formas, & mathematica duas substantias, tertiam vero sensibilem corporum substantiam. Pseusippus vero etiam plures substantias, ab vno incipiens, & principia cuiusque substantiae, aliud numerorum, aliud magnitudinum, deinde animae. & hoc modo extendit substantias. Quidam autem formas quidem, & numeros eandem habere naturam aiunt, cetera vero sequentia, lineas, & superficies, usque ad caeli substantiam, & sensibilia.

De his igitur quid bene, quidue non bene dicatur, & quae substantiae sint: & vtrum aliqua praeter sensibiles sint, nec ne. & ha quomodo sint, & vtrum est aliqua separata substantia, & cur, & quomodo, an nulla praeter sensibiles, perferendum est, vt primo substantiam, & sensibilia.

bant a Platone, & Leucippo, quia non distinguebant inter species, & primum ordinem mathematicorum, qui est numerorum. Dicebant enim species, & numeros habere eandem naturam, & omnia & alia esse habita: id est consequenter se habentia ad numeros, scilicet lineas, & superficies usque ad primam caeli substantiam, & alia sensibilia, quae sunt in vltimo ordine. Deinde cum dicit, h Ostendit quid circa praedicta dicendum sit, dicens, quod dicendum est quid de praedictis dicitur bene, aut non bene, & quae sunt substantiae, & vtrum praedicta mathematica, & species sint aliquid praeter res sensibiles, aut non. Et ille substantiae si sint praeter sensibiles quae modu essendi habeant. Et si istae non sunt praeter sensibiles substantiae: vtrum sit aliqua alia substantia separabilis, & quare & quomodo, aut nulla est substantia praeter sensibiles. Hoc enim determinabit in 12. huius, & infra. Sed tamen antequam hac determinetur, oportet primo ponere, & describere quid sit substantia in istis sensibilibus, in quibus substantia manifesta inuenitur. Quod quidem facit in hoc 7. & in 8. sequenti.

LECTIO

LECTIO II.

Ostendam ostendit, quod principalis intentio huius scientiae est considerare de substantia, hic incipit de substantia determinare, & diuidi haec pars in duas. In prima ostendit modum, & ordinem tractandi de substantia. In secunda, persequitur tractatum substantiae, ibi: Et primo dicemus quaedam de eo. Modum autem & ordinem tractandi de substantia, ostendit diuidendo substantias in suas partes, & docendo de qua partium eius primo, & principalis est determinandum, & quae partium ipsius praetermittendae sunt, & quae prius, vel postea rursus considerande. Vnde diuiditur prima pars in partes tres, secundum divisiones, & subdiuisiones, quas ponit de substantia. Secunda incipit ibi: Tale vero modo quodam materia dicitur, & alio modo forma, tertio modo quod ex his. Dico autem materia quid est, & forma autem figuram ideae: quod autem ex his statuam tota.

part. 1. part. 2. part. 3. part. 4.

Incitur autem substantia, & si non multiplicius de quatuor maxime. Licet enim quodquidam esse, & vniuersale, & genus videtur substantia cuiusque esse. Et quartum horum, subiectu. Subiectu vero est de quo alia dicuntur, & illud ipsu non adhuc de alio. Propter quod, primum de hoc determinandum est. Maxime namque videtur esse substantia subiectum primum.

part. 1.

part. 2.

part. 3.

part. 4.

part. 5.

part. 6.

part. 7.

part. 8.

part. 9.

part. 10.

part. 11.

part. 12.

part. 13.

part. 14.

part. 15.

part. 16.

part. 17.

part. 18.

part. 19.

part. 20.

part. 21.

part. 22.

part. 23.

part. 24.

part. 25.

part. 26.

part. 27.

part. 28.

part. 29.

part. 30.

LECTIO II.

Incitur autem substantia, si non pluribus, saltem quatuor modis maxime. Etenim quodquid erat esse, & vniuersale, & genus substantia cuiusque esse videtur: & quartum, subiectum. Subiectum autem est, de quo cetera dicuntur: illud vero non amplius de alio. Quare primo de eo determinandum est. Maxime namque substantia subiectu primum esse videtur.

Tale vero modo quodam materia dicitur, & alio modo forma, tertio modo quod ex his. Dico autem materia quid est, & forma autem figuram ideae: quod autem ex his statuam tota.

Quare si species materia est prior & magis ens, & ipso quod ex vtriusque prius erit propter eandem rationem. Nunc quidem igitur typo, dictum est quid sit substantia, quia, quod non de subiecto, sed de quo alia. Oportet autem non solum ita non enim sufficiens. ipsum enim hoc manifestum.

Quomodo quidem modorum, primum est, secundum quod quod quid erat esse, id est quidditas vel essentia, sine natura rei dicitur eius substantia. Secundus modus est, prout vniuersale dicitur substantia esse, secundum opinionem ponentium ideas species, & quae sunt vniuersalia de singularibus praedicata, & sunt horum particularium substantiae. Tertius modus est, secundum quod primum genus videtur esse substantia vniuersaliusque. Et per hunc modum vnum, & ens ponebant substantias esse omnium rerum, tanquam prima omnium genera. Quartus modus est, secundum quod subiectum, id est substantia particularis dicitur esse substantia. Dicitur autem subiectum, de quo alia dicuntur, vel sicut superiora de inferioribus, vt genera, & species, & differentiae, vel sicut accidens praedicatur de subiecto, vt accidentia communia & propria, sicut de Socra. praedicatur homo, animal, rationale, & album: ipsum autem subiectu non praedicatur de alio, quod est intelligendum per se. Per accidens enim nihil prohibet Socra, de hoc alio praedicari, vel de animali, vel de homine: quia id, cui inest album, aut animal, aut homo Socra, est. De se ipso autem praedicatur per se, cum dicitur Socra, est Socra. Patet autem, quod subiectum hic dicitur, quod in praedicamentis nominatur substantia prima ex hoc, quod eadem distinctio datur de subiecto hic, & ibi de substantia prima. Vnde concludit, quod determinandum est de hoc, id est de subiecto, vel de substantia prima, quia tale subiectum maxime videtur substantia esse. Vnde in Praedicamentis dicitur, quod talis substantia est, quae proprie, & principaliter, & maxime dicitur. Huiusmodi enim secundum se, omnibus aliis substantiis, speciebus, & generibus, & accidentibus. Substantia vero secunda, i. genera, & species, substantiant solis accidentibus. Et hoc etiam non habent, nisi ratione primarum. homo enim est albus inquantum hic homo est albus, vnde patet, quod fere eadem est diuisio substantiae hic posita, cum illa, quae ponitur in praedicamentis, nam per subiectum intelligitur hic substantia prima. Quod autem dixit genus, & vniuersale, quod videtur ad genus, & species pertinere, continetur sub substantiis secundis. Hoc autem quod quid

compositum ex his. Quae quidem exemplificatio non est accipienda secundum veritatem, sed secundum similitudinem proportionis. Figura enim & alie formae artificiales non sunt substantiae, sed accidentia quaedam. Sed quia hoc modo se habet si gura ad res in artificialibus, sicut forma substantialis ad materia in naturalibus, pro tanto videtur hoc exēplo, vt demonstrat ignotum per manifestum. Deinde cum dicit, c Comparat partes diuisionis praemissae ad inuicem, & circa hoc tria facit. Primo ostendit, quod forma sit magis substantia, quam compositu. Secundo ostendit, quod materia sit maxime substantia, quod erat opinio quorundam, ibi: Et adhuc materia substantia sit. Tertio ostendit, quod tam forma, quam compositum est magis substantia, quam materia, ibi: Sed impossibile est, &c. Dicit ergo primo quod species, i. forma prior est materia. Materia enim est ens in potentia, & species est actus eius. Actus autem naturaliter prior est potentia. Et simpliciter loquendo prior tempore, quia non mouetur potentia ad actum, nisi per ens actum: licet in vno & eodem, quod quandoque est in potentia, quandoque in actu, potentia tempore praecedat actui. Vnde patet, quod forma est prior, quam materia, & etiam est magis ens, quam ipsa, quia propter quod vnum quodque, illud magis. Materia autem non sit ens actum, nisi per formam, vnde oportet, quod forma sit magis ens, quam materia. Et ex hoc vltimus sequitur, quod eadem ratione forma sit prior composito ex vtriusque, inquantu est in composito aliquid de materia. & ita participat aliquid de eo quod est posterius secundum naturam, scilicet de materia. Et iterum patet, quod materia & forma sunt principia compositi. Principia autem alicuius sunt eo priora. & ita, si forma est prior materiae, erit prior composito. Et quia poster alicui videri, quod ex quo Philosophus ponit omnes modos, quibus dicitur substantia, quod hoc sufficeret ad sciendum quid sit substantia, ideo subiungit dicens, quod nunc dictum est quid sit substantia, solum typo, id est dictum est solum in vniuersali, quod substantia est illud, quod non dicitur de subiecto, sed de quo dicitur alia. Sed oportet non solum ita cognoscere substantiam & alias res, scilicet

part. 4.

part. 6.

part. 8.

part. 10.

part. 12.

part. 14.

part. 16.

part. 18.

part. 20.

part. 22.

part. 24.

part. 26.

part. 28.

part. 30.

part. 32.

part. 34.

part. 36.

part. 38.

part. 40.



scilicet per diffinitionem vniuersalem, & logicā: hoc enim non est sufficiens ad cognoscendum naturā rei, quia hoc ipsum quod assignatur pro diffinitione talis est manifestum. Non enim huiusmodi diffinitione tanguntur principia rei, ex quibus cognitio rei dependet, sed tangitur aliqua communis conditio rei, per quam talis notificatio datur. Deinde cum dicitur d

Tex. cō. 3. part. 4.

Et adhuc materia substantia fit. Si enim non ipsa, quod est alia diffinitio. Aliis enim ablati, nil apparet remanens. Nam alie quidē sunt corporū passiones, & factiones & potentie. Longitudo vero, latitudo, & profunditas quantitates quedā sunt, sed non substantie. Quantitas enim non substantia, sed magis cui insunt hęc ipsa primū, illud est substantia. At vero ablata longitudine, latitudine, & profunditate, nihil videmus remanēs, nisi si quid est determinatū ab his. Quare materiam necesse est videri solam substantiam sic intendentibus.

part. seq.

part. 5.

Dico autem materiā, quę secundū se, nec quid, nec quantitas, nec aliud aliud eorū dicitur, quibus ens determinatū. Est enim quoddā, de quo predicatur horū quodlibet, cui ē esse alterū & categoriarū vnicuique. Alia namque de substantia predicantur, hęc vero de materia. Quare quod est vltimum secundum se, neque quid, neque quantitas, neque aliud aliud est. neque vtiq; negationes. etenim erunt hęc secundum accidens. Ex his itaque ergo, speculantibus accidit substantiam esse materiam.

Sunt etiam in eius quaedam factiones, id est generationes, & corruptiones, & motus, de quibus etiam planum est, quod non sunt substantie. Sunt etiam in eis potētie, quę sunt principia predicatarum factionum, & motuum. Potētie, quę sunt in rebus ad agendum, & patiedum: Has etiam patet non esse substantias, sed magis ponuntur sub genere qualitatis. Et post omnia ista inueniuntur in corporibus sensibilibus, dimensiones, scilicet longitudo, latitudo, & profunditas, quę sunt quantitates quedam, & non substantie. Quantitas enim dimensionū videtur inesse materię immediate, cum materia non diuidatur ad recipiendum diuersas formas in diuersis suis partibus, nisi per huiusmodi quantitatem. & ideo per huiusmodi considerationem videtur necessarium esse non solum, quod materia sit substantia, sed quod ipsa sola sit substantia. Decepit autem antiquos Philosophos hanc rationem inducentes, ignorantia formę substantialis. Non enim adhuc tantum profecerant, vt intellectus eorum se eleuaret ad aliquid, quod est supra sensibilia. & ideo illas formas tantum considerauerunt, quę sunt sensibilia propria, vel communia. Huiusmodi autem manifestum est esse accidentia, vt album, & nigrum, magnum, & paruum, & huiusmodi. forma autem substantialis non est sensibilis nisi per accidens. & ideo ad eius cognitionem non perueniunt, vt scirent ipsam a materia distinguere. Sed totum subiectum, quod nos ponimus ex materia, & forma componi, ipsi dicebant esse primam materiam, vt aerem, aut aquam, aut aliquid huiusmodi. Formas autem dicebant esse, quę nos dicimus accidentia, vt quantitates, & qualitates, quorum subiectum proprium non est materia

F prima, sed substantia composita, quę est substantia in actu. Omne enim accidens, ex hoc est, quod substantie inest, vt habitum est. Deinde cum dicitur e

¶ Quia ratio predicta ostendens solam materiam esse substantiam, videtur processisse ex ignorantia materie, ut dictū est, ideo consequenter dicit quid sit materia secundum rei veritatem prout declaratum est in Primo Physic. Materia enim in se non potest sufficere cognosci, nisi per motum: & eius inuestigatio precipue videtur ad Naturalem pertinere. Vnde & Philosophus accipit hic de materia, quę in physicis sunt inuestigata, dicens: Dico autem materiam, esse quę secundum se, id est secundum sui essentiam considerata, nullatenus est neque quid, id est neque substantia, neque qualitas, neque aliquid aliorum generum quibus ens diuiditur vel determinatur. Et hoc precipue apparet motu. Oportet enim subiectum mutationis & motus alteri esse, per se loquendo, ab utroque terminorū motus vt probatum est Primo Physic. Vnde cum materia sit primum subiectum substantans non solum motibus, qui sunt secundum qualitatem & quantitatem & alia accidentia, sed etiam mutationibus, quę sunt secundū substantiam, oportet quod materia sit alia secundum sui essentiam ab omnibus formis substantiabilibus & earū priuationibus, quę sunt termini generationis & corruptionis, & non solum quod sit aliud a quantitate, & qualitate, & aliis accidentibus. Attamen diuersitatem materie ab omnibus formis non probat Philosophus per uiam motus, quę quidem probatio est per uiam Naturalem Philosophię, sed per uiam predicacionis, quę est propria logicę, quam in Quarto huius dicit affirmem esse huic scientię. Dicit ergo, quod oportet aliquid esse de quo omnia predicta predicentur, ita tñ (quod sit diuersum esse illi subiecto de quo predicantur, & vnicuique eorum, quę de ipso predicantur, id est diuersa quidditas & essentia. Sciendū autem est, quod id, quod hic dicitur, non potest intelligi de vni uoca predicacione secundum quod genera predicantur de speciebus, in quarum diffinitionibus ponuntur, quia non est aliud per essentiam, animal & homo, sed oportet hoc intelligi de denominatiua predicacione, sicut cum album predicatur de homine, alia enim quidditas est albi & hominis. unde subiungit, quod alia genera predicantur hoc modo de substantia, scilicet denominatiue, substantia vero predicatur de materia denominatiue. Non est ergo intelligendum quod substantia actu existens (de qua hic loquimur) de materia predicetur predicacione vniuoca, siue quę est per essentiam. Tam enim supra dixerat, quod materia non est quid, neque aliquid aliorum. Sed intelligendum est de denominatiua predicacione, per quem modum accidentia de substantia predicantur. Sicut enim hęc est uera, homo est albus: non autem hęc, homo est albedo, vel humanitas est albedo: ita hęc est uera. hoc materiarum est homo, non autem hęc materia est homo vel materia est humanitas. Ipsa ergo concretia siue denominatiua predicatio ostendit, quod sicut substantia est aliud per essentiam ab accidentibus, ita per essentiam aliud est materia a formis substantiabilibus. Quare sequetur, quod illud quod est vltimum

Tex. cō. 7.

Tex. cō. 97.

part. 8.

Tex. cō. 10. part. 9.

part. 10.

Tex. cō. 11. & 5. Physic. T. com. 11.

Tex. cō. 6.

vltimum subiectum per se loquendo, neque est quid, id est substantia, neque quantitas, neque aliquid aliud quod sit in aliquo genere entium: neque ipsę negationes possunt per se predicari de materia. Sicut enim formę sunt præter essentiam materie, & ita quodammodo se habent ad ipsam per accidens, ita & negationes formarum, quę sunt ipsę priuationes, secundum accidens in sunt materie. Si enim per se inessent materia, nunquam formę in materia possent recipi saluata materia. Hoc autem dicit Philosophus ad remouendum opinionē Platonis, qui non distinguebat inter priuationem, & materiam, vt in primo Physic. habetur. Concludit etiā finaliter, quod considerantibus secundū predictas rationes, accidit solam materiam esse substantiam, vt prius in ducta ratio concludere debet. Deinde cum dicitur

part. 6.

T. com. 9. part. 7.

T. com. 97.

part. 8.

T. com. 10. part. 9.

part. 10.

Tex. cō. 11. & 5. Physic. T. com. 11.

Sed impossibile. Etenim separabile & hoc aliquid, inesse videtur maxime substantię, quapropter species, & quod ex ambobus, substantia videbitur esse magis, quā materia.

Attamen eā, quę nunc ex ambobus substantiam, dico autem eam, quę ex materia, & forma, dimittendum. Posterior enim est & aperta. Manifesta autē aliter & materia. De tertia autem perscrutandum. Hęc namque maxime dubitabilis.

Consistentur autē substantias esse sensibilibus quidam, quare querendum in his prius.

Quoniam autē in principio diuisimus quot modis determinamus substantiam, & horum vnū videtur esse quodquiderat esse, speculandum est de ipso.

Præopere enim transeūdum ad id, quod notius est. Disciplina enim ita fit omnibus per minus nota nature, ad nota magis. Et hoc opus est, quemadmodū in actibus facere ex vniuersalique bonis, totaliter bona & vnicuique bona. sic ex ipsis notioribus quę nature quidem nota, ipsi notę. Quare autem singulis

genera non significant hoc aliquid. Hęc autem duo, scilicet esse separabile, & esse hoc aliquid, non conueniunt materie. Materia enim non potest per se existere sine forma, per quam est ens actu, cum de se sit in potentia tantum. ipsa etiam non est hoc aliquid nisi per formam, per quā fit actu. vnde esse hoc aliquid maxime competit composito. & ideo patet quod species, id est forma, & quę compositum ex ambobus, scilicet ex materia & forma, magis videtur esse substantia, quā materia, quia compositum & est separabile, & est hoc aliquid. Forma autem & si non sit separabilis, & hoc aliquid, tamen per ipsam compositū fit ens actu, vt sic possit esse separabile, & hoc aliquid. Deinde cum dicitur

¶ Ostendit quomodo sit procedendum circa partes huius diuisionis substantię, quam processurum est, prout scilicet diuiditur in materiam, & in formam, & compositum: & dicit, quod licet tam species, quā compositum sit magis substantia, quā materia, tamen ad presens dimittenda est substantia, quę ex ambobus composita, scilicet ex materia, & forma. Et hoc propter duas rationes. Vna ratio est, quia ipsa est posterior secundum naturam vtraque, scilicet quę materia, & quā materia, sicut compositum est posterior simpliciter, ex quibus componitur. Et ideo cognitio materie, & forme præcedit cognitionē substantię compositę. Alia ratio est, quia huiusmodi substantia, scilicet separata, id est manifesta, cum sensu subiacet. & ideo circa eius cognitionem non oportet immorari. Materia autem licet, non sit posterior, sed quodammodo prior, tamen aliquoties est manifesta. Dicit autem aliquoties, quia secundum essentiam suam non habet vnde cognoscatur, cum cognitionis principii sit forma, cognoscitur autem per quandam similitudinem proportionis. Nam sicut huiusmodi substantię sensibiles se habent ad formas artificiales, vt lignum ad formam scanni, ita prima

A materia se habet ad formas sensibiles. Propter quod dicitur primo Physic. quod materia prima est scibilis secundum analogiam, & ideo reser de tertia perscrutandum, scilicet de forma, quia ista est maxime dubitabilis. Deinde cum dicitur

Tex. cō. 69.

¶ Ostendit modum, & ordinem, & quomodo procedendum sit circa partes tertie diuisionis substantię, prout substantia scilicet diuiditur in substantias sensibiles, & insensibiles. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit, quod de substantiis sensibilibus prius est agendum, quia huiusmodi substantię sensibiles sunt cō. esse apud oēs, oēs enim consententur quādam sensibiles esse substantias. Substantias autem non sensibiles non omnes confitentur. vnde prius querendum est de substantiis sensibilibus, sicut de notioribus. Secundo ibi

¶ Ostendit quid de substantiis sensibilibus sit determinandum, & dicit, quod cum prius diuisum sit, quot modis dicatur substantia, inter istos modos vnus modus est, prout quod quid erate esse, id est quidditas, & essentia rei dicitur substantia. vnde speculandum est de ista primo, ostendendo, scilicet quidditates substantiarū sensibilibus. Tertio ibi

¶ Conceditur autem quoddā esse substantias sensibilibus. quare in his prius querendum est.

Cum autem in principio diuisimus quot modis substantiam determinamus, ac horum vnū quiddam esse videtur, quodquiderat esse, de eo considerandum est.

Prodest etenim transcendere ad notius. Ita namque disciplina fit omnibus, per minus nota nature ad magis nota. & hoc opus est, ut in actionibus ex eis, quę sunt bona facere, quę simpliciter bona sunt, sint cuique bona; ita ex sibi notioribus, quę nature nota sunt sibi facere nota. Quę autem singulis nota, & prima

est de essentia substantiarum sensibilibus, quia hoc est præopere, id est ante opus, sicut preparatorium, & necessarium ad opus, vt ex his substantiis sensibilibus, quę sunt magis manifeste quoad nos, transeamus ad illud, quod est notius simpliciter, & secundum naturam, id est ad substantias intelligibiles, de quibus principaliter intendimus. Ita enim sit disciplina in omnibus rebus, siue omnibus hominibus, per ea, quę sunt minus nota, scilicet cum naturam, procedendo ad ea, quę sunt magis nota secundum naturam. Cum enim omnis disciplina fiat per ea, quę sunt magis nota addiscenti, quem oportet aliqua præcognoscere ad hoc vt addiscat, oportet disciplinam nostram procedere per ea, quę sunt magis nota quo ad nos, quę sunt sæpe minus nota secundum naturam, ad ea, quę sunt notiora secundum naturam, nobis autem minus nota. Nobis enim, quorum cognitio a sensu incipit, sunt notiora, quę sunt sensui propinquiora. secundum autem naturam sunt notiora, quę ex sui natura sunt magis cognoscibilia. & hęc sunt, quę sunt magis entia, & magis actualia, quę quidem sunt remota a sensu. Formę autem sensibiles sunt formę in materia. & ideo in disciplinis oportet procedere ex minus notis secundum naturam, ad magis nota. Et hoc opus est, id est necessarium est hoc facere, sicut in actibus, hoc est in actibus, vel potentis actibus, in quibus ex bonis vniuersalique, id est ex his, quę sunt bona ista, & illi, sunt ea quę totaliter sunt, id est vniuersaliter bona, & per consequens vnicuique bona. Militaris enim peruenit ad victoriam totius exercitus, quę est quoddam bonum commune ex singularibus victoriis huius, & illius. Et similiter edificatiua ex compositione horum lapidum, & illorum peruenit ad constitutionem totius domus. Et similiter oportet in speculatiuis, ex his, quę sunt notiora ipsi, scilicet addiscenti, peruenire oportet ad ea, quę sunt nature nota, quę etiam sunt vltimo ipsi addiscenti nota. hoc

hoc autem non est propter hoc, quod illa, quae sunt magis nota, quia illa, quae sunt singulis nota, id est quo ad hunc & illum, & prima in cognitione eorum, sunt multo debiliter nota secundum naturam. Et hoc ideo, quia parum vel nihil habent de entitate. Secundum enim quod aliquid est ens, secundum hoc, est cognoscibile. Si- cut patet, quod acci- dentia, & motus, & privationes parum, aut nihil habent de entitate, & tamen ista sunt magis nota quo ad nos, quam substantia rerum, quia sunt viciniora sensui, cui per se cadat sub sensu, quasi sensibilia propria, vel communia.

Tex. c. 11. par. prima.

part. 2.

Infra lib. 8. Lect. 1.

Infra lib. 13.

Infra lib. 17.

Infra lib. 9.

Infra lib. 6.

Infra lib. 5.

Infra lib. 3.

par. sequen. Sup. rext. 8. part. 2.

nota & prima, multoties debiliter nota, & parum, aut nihil entis habet. At tamen ex male quidem noscibilibus, ipsi autem noscibilibus, quae omnino noscibilia noscere tentandū, procedentes, sicut dictū est, per hanc ipsam.

LECTIO III.

Primo dicemus quaedam de eo logice. Quod est quodquiderat esse, vnumquodque quod dicitur secundum se. Non enim est tibi esse, musicum esse, non enim secundum te ipsum es musicus. Quod ergo dicitur secundum te ipsum.

Neque etiam hoc omne. non enim quod ita secundum se, ut superficiei album, quia non est superficiei esse, album esse. At vero neque quod est ex utroque, ut superficiei alba esse. Quare? quia adest ei hoc. In qua igitur non inerat ratio ipsum dicente ipsum, hanc rationem eius quodquiderat esse finitum. Quale, superficiei alba esse, est superficiei esse, semper albo & leui esse, idem erit & vnum.

LECTIO III.

**e** Probat quod unum trium scilicet principium ex quo, inue- niatur in omni generatione, non solum in naturali, sed etiam in artificiali. De alijs enim duobus est manifestum, dicens, q. omnia quæ sunt vel secundum naturam, vel secundum artem, habent materiam ex qua sunt. Omne enim quod generatur vel per artem, vel per naturam, est possibile esse & non esse. cū enim generatio sit de non esse in esse mutatio, oportet id quod generatur quandoque quidem esse, quandoque non esse, quod

non esset nisi esset possibile esse & non esse. Hoc autem quod est in unoquoque in potentia ad esse & non esse, est materia. Est enim in potentia ad formas per quas res habent esse, & ad priuationes per quas habent non esse, ut ex supra habitis patet. Relinquitur ergo, quod in omni generatione oportet esse materiam. Quar- to ibi.

Tex. com. 5

**Generaciones uero, naturales qui- dem hæc eorum sunt, quorum genera- tio ex natura est.**

**Ex quo autem fit, ea est, quam dicimus materiam. hoc autem a quo eorum, q. natura aliquid sunt. Hoc autem aliquid, homo, aut planta, aut quicquam aliud similitum, quæ maxime dicimus substantias esse.**

**Cuncta uero, quæ aut natura, aut arte sunt, habent materiam. possibile enim est esse, & non esse eorum unumquodque. hoc autem cui- que materia.**

**Vniuersaliter uero id, ex quo natura, & illud, per quod natura, quod enim fit, habet naturam, ut plan- ta, aut animal. Et a quo, natura quæ secundum formam dicitur, quæ eiusdem speciei est. hæc autem in alio est. homo namque hominem ge- nerat. sic igitur sunt, quæ ob naturam sunt.**

**Cæteræ uero generationes dican- tur effectiones. Omnes autem effectiones, aut ab arte, aut a potestate, aut ab intellectu. Harum autem quædam etiam a casu sunt, & a fortuna, perinde atque in his, quæ a natura sunt: quædam enim & illic, eadem & ex semine, & absque semine sunt: de his itaque postea conside- randum est.**

alio secundum numerum. Homo enim generat hominem, nec tamen genium & generans sunt idem numero, sed spe- cie tantum. Et propter hoc dicitur in secundo Physicorum, quod forma, & finis generationis incidunt in idem numero. Agens autem incidit cum eis in idem specie, sed non in idem numero. Materia uero neque in idem specie, neque in idem numero. Alia litera habet, quod principium a quo est secundum speciem dicta natura, aut conformis: quia uidelicet non semper generans & genium sunt eiusdem speciei, sed semper habent aliquam conformitatem, sicut cum equus generat mu- lum. Et ultimo concludit, quod illa, quæ generantur per na- turam, sic generantur, sicut expositum est. Deinde cum dicit.

Tex. c. 7.

**g** Determinat de his, quæ generantur per artem, & circa hoc duo facit. Primo distinguit generationem, quæ est secun- dum artem ab alijs generationibus, quæ sunt secundum natu- ram. Secundo ostendit quomodo fiat generatio ab arte, ibi. Ab

part. 10.

quæ sunt alia a naturalibus, dicuntur factiones. Quamuis enim nomine factiois, quæ in græco dicitur praxis, possumus uti in rebus naturalibus, sicut cum dicimus, quod calidum & ens actu, facit actu esse tale, magis tamen proprie utimur in his, quæ sunt per intellectum, in quibus intellectus agentis habet dominium super illud quod facit, ut possit sic vel aliter facere, quod in rebus naturalibus non contingit: immo agunt ad aliquem effectum, determinato modo ab aliquo superiori prefito eis. Huiusmodi autem factiones vel sunt ab arte, vel a potestate, vel a mente. Potestas autem hic videtur pro- violentia sumi. Quædam enim in his quæ non natura sunt, S. Tho. super Met. M 4 consti-

constituuntur ex sola virtute agentis, in quibus non multum requiritur ars aliqua, vel aliquis ordinatus processus intellectus, quod maxime contingit in corporibus trahendis, vel proiciendis, aut expellendis. Cum autem ordo intellectus ad effectum requiritur, quod quidem hoc contingit per artem, quandoque vero per solum intellectum, habitum artis nondum perfectum. Sicut enim aliquis argumentatur per artem, aliquis vero sine arte, ut idio- quae etiam aliquod opus artis aliquis arte facere potest in huiusmodi per arte factibilibus. Harum autem generationum, quae sunt, vel arte, vel potestate, vel mente: quaedam sunt a casu & a fortuna, quae scilicet, aliquod agens per intellectum intendit finem aliquem per suam actionem, & provenit aliquis finis praeter intentionem agentis. Sicut, cum aliquis intendit se contricare, & ex hoc sequitur sanitas, ut postea dicitur. Et hoc similiter contingit in artificialibus, sicut in factis a natura. Virtus enim, quae est in spermate, ut infra dicitur, assimilatur arti. Sicut enim ars per determinata media pervenit ad formam, quam intendit: ita & virtus formativa, quae est in spermate. Sicut autem contingit effectum, qui fit per artem, etiam praeter intentionem artis, aut intentionem fieri, & tunc dicitur a casu accidere, ita etiam in illis, scilicet, in rebus naturalibus eadem sunt, & ex spermate & sine spermate. Quae quidem cum sunt ex spermate, sunt a natura, cum autem sine spermate, sunt a casu, & de his perferendum est posterius in hoc eodem capitulo. Haec autem verba hic posita, duplicem habent dubitationem. Prima, quia cum cuiuslibet rei naturalis sit determinatus modus generationis, non videtur esse eadem, quae generantur ex spermate, & per putrefactionem. Quod Aucr. in 8. Physic. sentit, v. r. dicens, quod non potest esse idem animal in ipse quod generatur ex spermate, & quod generatur ex putrefactione. Avicenna autem e contrario sentit, quod omnia, quae generantur ex semine, eadem specie possunt generari sine semine per putrefactionem, vel per aliquem modum commissionis terrenae materiae. Sententia Arist. videtur esse media inter has duas opiniones, scilicet, aliqua possunt & sine semine generari, & ex semine, non tamen omnia, ut infra dicitur. Sicut nec in artificialibus omnia possunt fieri per artem & sine arte, sed quaedam sunt per artem tantum, ut domus. Animalia enim perfecta, videntur non posse generari nisi ex semine, animalia vero imperfecta, quae sunt vicina plantis, videntur posse generari & ex semine & sine semine. Sicut plantae producuntur aliquando sine semine per actionem Solis in terra ad hoc bene disposita. Et tamen plantae sic productae producuntur semina, ex quibus plantae similes in specie generantur. Et hoc rationabiliter accidit. Quia quanto aliquid perfectius est, tanto plura ad eius completionem requiruntur, & propter hoc ad plantas & ad animalia imperfecta, sufficit ad agendum sola virtus caelestis. In animalibus vero perfectis requiritur cum virtute caelestis etiam virtus feminis. Unde dicitur in secundo Physic. quod homo generat hominem, & Sol. Secunda dubitatio est, quia videntur animalia generata sine semine ex putrefactione, non fieri a casu, sed ex determinato agente, scilicet, virtute caelestis, quae in generatione eorum supplet vicem virtutis generativae, quae est in semine. Et hoc etiam vult Commentator in xj. huius. Sed sciendum est, quod nihil prohibet aliquam generationem esse per se, cum referatur ad unam causam, quae tamen est per accidens, & casualis cum referatur in aliam causam. Sicut in ipso exemplo

Philosophi patet. Cum enim sanitas ex contritione sequitur praeter intentionem contritantis, ipsa quidem sanatio si referatur ad naturam, quae est corporis regitrix, non est per accidens, sed per se intentata: si vero referatur ad intellectum contritantis, erit per accidens & casualis. Similiter etiam generatio animalis ex putrefactione generati, si referatur ad causas particulares, hic infertur agens, inuenitur esse per accidens & casualis. Nam enim calor, qui causat putredinem, intendit naturalis appetitu generationem huius, vel illius animalis, quae ex putrefactione sequitur, sicut virtus, quae est in semine intendit productionem talis speciei. Sed si referatur ad virtutem caelestem, quae est universalis regitrix virtutis generationum & corruptionum in istis inferioribus, non est per accidens, sed per se intentata, quia de eius intentione est, ut educantur in actu omnes formae, quae sunt in potentia materiae. Et sic recte assimilavit hic Aristoteles. ea, quae sunt ab arte, his, quae sunt a natura. Deinde cum dicitur.

Fit autem sanum, ita intelligente. cum hoc sanitas sit, necesse est, si sanitas erit hoc, fieri, ut puta aequalitatem. quod si hoc, caliditatem. & ita semper intelligit, donec redigat in illud, quod ipse potest ultimum facere. Deinde motus, qui iam post hoc fit, effectio ad sanitatem appellatur. Quare quodam modo ex sanitate, & domum ex domo, quae sine materia, eam, quae habet materiam. Ars enim medendi, & adificandi est forma sanitatis, & domus dico autem substantiam absque materia quod quiderat esse.

Ostendit modum generationis, quae est ab arte, & praecipue quantum ad principium effectuum. De principio enim materiali iam supra dixerat, cum locutus fuisset de generatione naturali. Circa hoc autem duo facit. Primo, ostendit quid sit principium actuum in generatione, quae est per artem. Secundo, ostendit quomodo ab hoc principio generatio procedat, ibi: Fit itaque sanitas. Dicit ergo primo, quod illa sunt ab arte, quorum species factiva est in anima. Per speciem autem exponit quod quiderat esse cuiuslibet rei factae per artem, ut quod quiderat esse domus, quando fit domus. Et hoc etiam nominat primam substantiam, id est primam formam. Et hoc ideo, quia a forma, quae est in anima nostra, procedit forma, quae est in materia in artificialibus. In naturalibus autem e contrario. Haec autem forma, quae est in anima, differt a forma, quae est in materia. nam contrarium forme in materia sunt diversae & contrariae. In anima autem est quodammodo una species contrarium. Et hoc ideo, quia forme in materia sunt propter esse rerum formatarum. Formae autem in anima sunt secundum modum cognoscibilem et intelligibilem. Esse autem unius contrarij tollitur per esse alterius. Sed cognitio unius oppositi non tollitur per cognitionem alterius, sed magis iuuatur. Unde forme oppositorum in anima non sunt oppositae. Quinimo substantia, id est quod quiderat esse privationis, est eadem cum substantia oppositi, sicut eadem est ratio in anima, sanitatis & infirmitatis. Per absentiam enim sanitatis, cognoscitur infirmitas. Sanitas autem, quae est in anima, est quaedam ratio, per quam cognoscitur sanitas & infirmitas, & consistit in scientia, id est in cognitione utriusque. Deinde cum dicitur.

Ostendit quomodo ab hoc principio procedatur ad sanitatem, & circa hoc duo facit. Primo, ostendit quomodo sanitas quae est in anima sit principium sanationis. Secundo, quomodo diversimode accipitur principium in actione artis, ibi Generationum vero & motuum. Dicit ergo, quod cum sanitas, quae est in anima, sit principium sanitatis, quae fit per artem, ita fit sanitas in materia aliquo intelligente quod sanitas est hoc, scilicet, vel regularitas vel aequatio calidi, frigidi, humidi, & siccitatis. Et ideo necesse est, si sanitas debet contingere, quod hoc existat, regularitas, vel aequalitas humorum. Et si

part. 10.

part. 11.

D. 509. 213. 208.

C6. 46. secti do suae metaph. c. 15.

T. com. 59.

Tex. c6. 26.

C6m. 18.

part. 13.

part. 13.

part. 14.

Alia littera multos.

part. 14.

Et si regularitas vel aequalitas debeat esse, oportet quod sit calor, a per quem humores reducuntur ad aequalitatem: & ita semper procedendo a posteriori ad prius, intelligit illud, quod est factum caloris, & quod est factum illius donec reducatur ad aliquod vltimum, quod ipse statim posset facere, sicut hoc, quod est dare talem potum. Et demum motus incipiens ab illo, quod statim potest facere, nominatur factio ordinata ad sanandum. Patet ergo, quod sicut in naturalibus ex homine generatur homo, ita in artificialibus accidit quodam modo ex sanitate fieri sanitatem, & ex domo domum, scilicet, ex ea, quae est sine materia in anima existens, illa, quae habet materiam. Ars enim medicinalis, quae est principium sanationis, nihil est aliud quam species sanitatis, quae est in anima. Et ars aedificativa, est species domus in anima. Et ista species siue substantia siue materia, est quam dixit supra, quod quid erat esse rei artificialis. Deinde ad dicitur. Ostendit quomodo diversimode accipitur principium in actionibus artis. & dicitur, quod in generationibus & motibus artificialibus est aliquae actio, quae vocatur intelligentia, & aliqua, quae vocatur factio. Ipsa enim ex cogitatione artificis vocatur intelligentia, quae incipit ab hoc principio, quae est species rei factae per artem. Et haec operatio proteritur (ut supra dictum est) utque ad illud, quod est vltimum in intentione, & primum in opere. Et ideo illa actio, quae incipit ab vltimo, ad quod intelligentia terminatur, vocatur factio, quae est motus iam in exteriorem materiam. Et sicut diximus de actione artis respectu formae, quae est vltimus finis generationis artificialis, similiter est de omnibus aliis intermediis. Sicut ad hoc, quod conualescat, oportet quod adqueatur humores. Hoc igitur ipsum quod est adaequari, est unum de intermediis, quod est propinquissimum sanitati. Et sicut Medicus ad hoc quod faceret sanitatem, incipiebat a considerando quid est sanitas, ita ad hoc, quod faciat adaequationem, oportet quod sciat quid est adaequatio, videlicet, quae aequatio est hoc, scilicet, debita proportio humorum, in respectu ad naturam humanam. Hoc autem erit si corpus fuerit calefactum, quando scilicet quis in firmatur propter defectum caloris. Et iterum oportet quod sciat quod quid est hoc, scilicet, calefactio: sicut si dicatur, quod calefactio est immutari a medicina calida. Et hoc scilicet, dare medicinam calidam, existit statim in potestate Medici, & est iam in ipso, id est in potestate eius, ut talem medicinam det. Sic igitur patet, quod principium faciendi sanitatem, unde incipit motus ad sanandum, est species, quae est in anima, vel ipsius sanitatis, vel aliorum intermediarum: per quae acquiruntur sanitas. Et hoc dico, si sanatio fiat ab arte. Si autem fiat alio modo, non erit principium sanitatis species, quae est in anima hoc enim est pro-

Generationum vero & motuum, haec quidem intelligentia vocatur, illa vero factio. Nam ea quae demum a principio, & specie, intelligentia, quae vero ab vltimo intellectio, factio dicitur. Similiter autem & in alijs intermedijs, vni quodque fit, dico autem, ut puta, si conualescet, oportet adaequari. quid igitur est adaequari? hoc autem erit, si calefactum fuerit. Hoc vero quod est hoc? Existit autem hoc potestate, hoc autem iam in ipso. Faciens itaque, & unde inchoat motus sanandi, si quod ab arte, species est quae in anima.

Si vero a casu, ab hoc quod quidem faciendi est principium, facienti ab arte. ut quod in mederi forsan a calefactione principium, hoc autem facit fricatione. Calor itaque in corpore, aut pars est sanitatis, aut sequitur eum aliqui d tale, quod est pars sanitatis, aut plura, hoc autem vltimum faciens. Et quod est ita, pars est sanitatis, ut domus, lapides, & aliorum alia.

Quare sicut dicitur, impossibile est fieri, si nihil praexistat. Quod igitur pars ex necessitate existit, palam. Materia namque pars. Inest enim & fit hoc. Sic igitur eorum, quae in ratione. Vtroque autem modo dicimus greos circulos quid sunt, & materiam dicentes, quia res: & specie, quia figura talis. Et hoc est genus, in quod primum ponitur. Aereus itaque; circulus huius in ratione materiam.

Deinde cum dicitur. Magni fuerit quomodo sunt generationes casuales, & dicit quod quando sanatio fit a casu, tunc principium sanitatis fit ab hoc: quod est principium faciendi sanitatem apud eum, qui facit sanitatem secundum artem. Sed hoc est intelligendum de principio factio, quod est vltimum in intelligendo, & primum in exequendo. Sicut in medicando, principium sanitatis aliquando forsan fit a calefactione. Et hinc etiam incipit sanatio, quando aliquis casu sanatur: quia calor rem aliquis excitat contritionem praeter intentionem contritantis. Calor itaque in corpore excitatus per fricationem vel medicationem, aut est pars sanitatis quae intrans substantiam sanitatis: sicut cum ipsa alteratio calefactionis ad sanitatem sufficit. Aut sequitur ad calorem aliquid quod est pars sanitatis. Sicut cum per calorem fit sanitas per hoc, quod calor dissolvit aliquos humores compactos, quorum dissolutio est constituens sanitatem. Aut etiam hoc potest esse per plura media: sicut cum calor consumit humores superfluos impediendo aliquos meatus in corpore, qui bus consumptis, fit de bitus motus spirituum ad aliquas determinatas partes corporis. Et hoc vltimum est iam faciendi sanitatem, & quod est ita, scilicet quod est proximum sanitatis factivum, est aliqua pars sanitatis, id est: intrans in constitutionem sanitatis. Et similiter est in alijs artificialibus. nam partes domus sunt lapides: quorum compositio iam est aliquod domus. Deinde cum dicitur.

Quod si a casu, ab eo, quod est faciendi principium illi, qui ab arte facit. sicut foras fit in medendo principium a calefaciendo fit. hoc autem facit fricatione. Calor itaque in corpore, aut pars sanitatis, aut sequitur eum aliqui d tale, quod est pars sanitatis, aut plura, hoc autem vltimum faciens, & quod ita pars est sanitatis, & domus, & aliorum, ut lapides.

Quare, quemadmodum dicitur, impossibile est fieri, si nihil praexistat. Quod igitur pars ex necessitate existit, patet. materia namque pars. Inest etiam haec, & fit. Sed utrum eorum etiam est, quae in ratione: utroque quidem modo dicimus multos circulos quidnam sunt, & materiam dicentes, quod res, & formam, quod talis figura, & hoc est genus, in quo primum ponitur, aereus autem circulus habet in ipsa ratione materiam.

Concludit conclusionem principaliter intentam: & circa hoc duo facit. Primo, inducit conclusionem in tentam. Secundo, removet quaedam dubitationem: ibi: Ex quo vero ut materia fit. Dicit ergo primo, quod ex quo omne quod generatur: generatur ex materia: & iterum generatur a suo simili, impossibile est aliquid esse factum, nisi aliquid praexistat: sicut dicitur communiter. Communis enim Philosophorum naturalium sententia erat, quod ex nihilo nihil fit. Palam est autem, quod id quod praexistit oportet, quod sit pars rei generatae. Constat enim, quod materia, quae praexistit, est pars generati. Quod ex hoc probari potest: quia materia est in generato, & ipsa sit generatum dum in actu educitur. Nec solum pars, quae est materia, praexistit, sed sicut ex dictis patet, etiam praexistit pars, quae est in ratione, scilicet forma. Haec enim duo, scilicet, materia & forma sunt partes generati. Vtroque enim modo possumus assignare quid sint circuli grei, vel circuli muli: secundum aliam litteram, id est particulares & distincti: & dicentes materiam: quae est res, & distincti: & dicentes materiam: quae est talis figura. Et recte dicit multos circulos particulares. nam circulus secundum speciem & formam: est unus tantum: multiplicatur autem & indui-

part. seq.





plaris. Primum ergo, ostendit, qd species separata non sunt causa generationis per modum generantis. Secundo, qd non per modum exemplaris, ibi. In quibusdam vero palam. Dicit ergo primo qd considerandum est vtrum sit aliqua forma...

part. 4.

In quibusdam vero, palam quia generans tale quidem est, quale generatum: Nec tamen idem, nec vnum numero, sed vnum specie: vt in physicis. Homo nanque hominem generat, nisi quid prater naturam fiat, vt equus mulum. & hoc quoque simile. Commune enim super equum & asinum non est nominatum proximum genus, sunt autem ambo forsan velut mulus. Quare palam, quia non oportet quasi exemplum, speciem probare. Maxime enim in his exquirentur, nam substantia maximae hęc. Sed sufficiens est generas facere, & speciei causa esse in materia. Omnis vero talis species in his carnis & ossibus Callias & Socrates. Et diuersa quidem propter materiam (diuersa enim) idem vero specie: Individa enim species.

Tex. cō. 23.

hoc determinatum, habes determinatam speciem. Oportet, n. scit generatum est hoc aliquid, ita & generas esse hoc aliquid, cum generans sit simile genito, vt supra probatum est. Et quod genitum sit hoc aliquid, ex hoc patet, quia quod generatur est compositum, sed hoc esse, compositum, quando scit hoc, i. determinatum, est vt Callias, aut Socrates, sicut cũ dicitur hęc sphaera aenea. Sed homo & animal non significant hanc materiam, ex qua est generatio, sicut nec sphaera aenea. vniuersaliter dicta. Si ergo compositum generatur, & non generatur nisi ex hac materia, per quam est hoc aliquid, oportet qd id, quod generatur, sit hoc aliquid. Et cum generatum sit simile generanti, oportet etiam qd generans sit hoc aliquid. Et ita non sit species vniuersalis sine materia. Manifestum est ergo ex dictis, qd si sunt aliqua species prater singularia, nihil sunt vtilis ad generationes & substantias rerum, sicut consueti sunt quida dicere species rerum causa, i. ad hoc qd ponant species. Hęc, n. erat vna causa, quare Platonici species ponebant, vt essent causa generationis, in rebus. Si igitur species separatę nō possunt esse cā generationis, manifestū erit qd nō erunt species quedam substantia: im se existentes. Sciendū est autē, qd omnes, qui non considerauerūt hoc, quod Philosophus supra ostendit, qd formę non sunt, passi sunt difficultatē circa factiōē formarū. Propter hoc nanq; quida coacti sunt dicere, oēs formas esse ex creatione, nā ponebant formas fieri, & nō poterant ponere qd fierent ex materia, cũ materia non sit pars formę. vnde sequebatur qd fierent ex nihilo, & per consequens qd crearentur. Contrario autē quida posterit propter hanc difficultatē, formas præexistere in materia actū,

quod est ponere latitationē formarum, sicut posuit Anaxa. Seta tētia autē Aristotelis, qui ponit formas non fieri, sed compositum, vtrunq; excludit. Neque enim oportet dicere qd formas sine causā ab aliquo extrinseco agente, neque qd fuerint semper actu in materia, sed in potentia tantum. Et qd in generatione cōpositi sint educēde potētia iactū. Deinde cum dicit, d. qd Ostendit, quod species separatę nō possunt esse causa generationis per modum exemplaris dicēns, qd licet in aliquibus sit dubium, vtrum generans sit simile generato, tñ in quibusdam palam est, qd generans sit qd dam tale, quale est generatum, non quidem idem numero, sed idē specie, vt patet in naturalibus. Homo, n. generat hominē, similiter equum, & unaquęque res naturalis aliam similem in specie sibi, nisi accidat aliquid prater naturam: sicut est cum equus generat mulum. Et dicitur ista generatio prater naturā, quia est prater intentionem naturę particularis. Virtus enim formatiua, quę est in ipermeate maris, naturaliter est ordinata vt producat omnino simile ei, quo sperma est decimū: sed de secundaria intentione est, qd quando perfecta similitudo induci nō potest inducatur qualiscunq; quos potest similis. Et quia in generatione multi sperma equi nō potest inducere speciem equi in materia, propter hoc qd non est proportionata ad suscipiendum speciem equi, inducit speciem propinquam. Vnde etiam in generatione muli, est aliquo modo generans simile generato. Est enim aliquod proximum genus, quod non est nominatum commune equo & asino. Et sub illo genere contrinetur etiam mulus. vnde secundū illud genus potest dici, qd simile generet simile. Vt si verbi gratia dicamus, quod illud proximum genus sit iumentum, poterimus dicere qd licet equus non generet equum, sed mulum, iumentum tamen generat iumentum. Patet igitur, qd omnia generata consequuntur speciei similitudinem ex virtute generantis. Quare palam est, qd non oportet ponere aliquam speciem separatam, quasi exemplar rebus generatis, ex cuius imagine res generat, speciei similitudinem consequantur vt Platonici ponebant. Maxime enim huiusmodi exemplaria requirentur in prædictis substantiis naturalibus, quę sunt maxime substantię respectu artificialium. Sufficiens autem est in prædictis generans ad faciendum similitudinem speciei, & est sufficiens ponere causam speciei in materia. i. qd illud quod facit hoc generatum consequi talem speciem, non sit species extra materiam sed species in materia. { Omnis autem species, quę est in materia, scilicet in his carnis & in his ossibus, est aliquod singulare, vt Callias & Socrates. Et ista etiam species causans similitudinem speciei in generando, est diuersa a specie generati secundum numerum propter diuersam materiam. Cuius diuersitas est principium diuersitatis indiuiduorum in eadem specie. Diuersa nanque est materia, in qua est forma hominis generantis & hominis generati. Sed vtraque

In quibusdam etenim etiam manifestum est, quod generans tale est, quale quod generatur: non tamen idem, nec unum numero, sed unum specie: ut in naturalibus, homo nanque hominem generat, nisi quid prater naturam fiat, ut equus mulum. Et hæc quoque similiter, quod enim est commune equo, & asino, non est nominatum propinquissimum genus: fuerint autem ambo fortassis, ut mulus. Quare patet quod non oportet tanquam exemplar formam ponere: hæc enim maxime quererentur: hæc enim maxime substantia sunt, sed generans sufficiens est ut faciat, & causa sit forma in materia, tota vero iam talis forma in his carnis, & ossibus Callias, & Socrates. Et diuersa quidem propter materiam (diuersa etenim) idem autem specie indiuisibilis nanque forma est.

non est proportionata ad suscipiendum speciem equi, inducit speciem propinquam. Vnde etiam in generatione muli, est aliquo modo generans simile generato. Est enim aliquod proximum genus, quod non est nominatum commune equo & asino. Et sub illo genere contrinetur etiam mulus. vnde secundū illud genus potest dici, qd simile generet simile. Vt si verbi gratia dicamus, quod illud proximum genus sit iumentum, poterimus dicere qd licet equus non generet equum, sed mulum, iumentum tamen generat iumentum. Patet igitur, qd omnia generata consequuntur speciei similitudinem ex virtute generantis. Quare palam est, qd non oportet ponere aliquam speciem separatam, quasi exemplar rebus generatis, ex cuius imagine res generat, speciei similitudinem consequantur vt Platonici ponebant. Maxime enim huiusmodi exemplaria requirentur in prædictis substantiis naturalibus, quę sunt maxime substantię respectu artificialium. Sufficiens autem est in prædictis generans ad faciendum similitudinem speciei, & est sufficiens ponere causam speciei in materia. i. qd illud quod facit hoc generatum consequi talem speciem, non sit species extra materiam sed species in materia. { Omnis autem species, quę est in materia, scilicet in his carnis & in his ossibus, est aliquod singulare, vt Callias & Socrates. Et ista etiam species causans similitudinem speciei in generando, est diuersa a specie generati secundum numerum propter diuersam materiam. Cuius diuersitas est principium diuersitatis indiuiduorum in eadem specie. Diuersa nanque est materia, in qua est forma hominis generantis & hominis generati. Sed vtraque

D. 108.

vtraque forma est idem secundum speciem, nam ipsa species est qd indiuidua, id est non diuersificatur in generante & generato. Relinquitur ergo, quod non oportet ponere aliquam speciem prater singularia, quę sit causa speciei in generatis, vt Platonici ponebant.

LECTIO VIII.

Tex. c. 29. part. 1.

OSTENDIT autē aliquid quod quare alia fiunt arte & a casu, vt fanitas: alia non, vt domus.

part. 2.

Causa vero est, quia horum quidem est materia incipiens generationis in facere & fieri aliquid eorum, quę ab arte, in qua existit aliqua rei pars: hęc quidem talis est, qualis moueri ab ea, illa vero non. & huius hęc quidem sic potens, hæc autem impotens. Multa nanque possunt ab ipsis moueri, sed nō sic, puta saltare. Quorum igitur talis est materia, vt lapides impossibilis sic moueri, nisi ab alio. Sic tamen & vtiq; ignis. Propter hæc quidem non erūt sine habente artem, hęc autem erunt. Ab his enim mouebuntur non habentibus artem, aut ex parte.

part. 3. part. 6. par. seq. lect. 7.

sed a calefactione tantum, tñc sit fanitas a casu. sicut cum accidit fanitas ex confectione. Hoc autem non potest accidere in omnibus, quę sunt ab arte. Domus enim nunquam sit ab aliquo principio, nisi a specie domus in anima. Et sic semper sit ab arte, & non a casu. Et ideo est dubitatio, quare quedam fiunt quędoque quidem ab arte, quandoque quidem a casu, ut fanitas: quedam vero non, sed sunt tantum ab arte, & nunquam a casu, vt domus. Deinde cum dicit, b. qd Soluit questionem, & dicit causam prædictę differentię in artificialibus hanc esse, quia materia, a qua incipit generatio, secundum quam contingit facere & fieri aliquid eorū, quę sunt ab arte, talis est, in qua existit aliqua pars rei. Oportet nanque in materia qualibet, esse aptitudinem ad formam. Non, n. quod liber artificiatum potest fieri ex qualibet materia, sed ex determinata. Sicut terra non fit ex lana, sed ex ferro. Ipsa ergo aptitudo ad formam artificiatam, quę est in materia, iam est aliqua pars artificiatam, quę est in materia, quia sine aptitudine, artificiatum esse non potest. Sicut terra non potest esse sine duritie, per quã ferrum est ordinatum ad formam ferre. Sed hęc pars dupliciter inuenitur in materia. Quandoque quidem ita, qd per eam materia potest moueri a seipsa per partem formę in ea existentē, quandoque vero non. Sicut in corpore humano, quod est materia sanationis, inest virtus actiua, per quam corpus potest sanare seipsum. In lapidibus autem & lignis non est aliqua virtus actiua, per quam possit moueri materia ad formam domus. Esti quidem materia sic possit moueri per partem formę, quã in se habet ad formam, hoc contingit dupliciter, quia quandoque potest sic moueri per principium intrinsecum, quod est pars prædicta, sicut mouetur per artem, vt accidit in sanatione. Nam natura humani corporis eodem modo agit ad sanationem, sicut & ars. Quandoque vero non potest moueri materia per principium intrinsecum eodem modo, sicut mouetur ab arte licet aliquo modo, per ipsum moueri possit. Multa, n. sunt quę possunt a seipsis moueri, sed non sic, sicut mouentur ab arte, vt patet in saltatione. Homines enim non habentes artem saltandi, possunt quidem mouere seipsos, sed non illo modo, sicut mouent se qui habent artem prædictam. Illa igitur artificialia, quę habent talem naturam, sicut lapides sunt materia domus, non possunt a seipsis moueri, impossibile est enim moueri ea nisi ab alio. & hoc non solum est in artificialibus, sed etiam in naturalibus. Sic enim & materia ignis non potest mo

A veri ad formam ignis nisi ab alio. & inde est, quod forma ignis non generatur nisi ab alio. Et propter hoc, quedam artificia non possunt fieri sine habente artem: quę scilicet in sua materia vel non habent aliquid principium motuum ad formam, vel non sic motuum, sicut ars mouet. Quę vero ab aliquo extrinseco principio moueri possunt, non habente artem possunt esse & fieri etiam sine habente artem. Mouebuntur enim eorum materię ab his, quę non habent artem. Quod quidem ostendit dupliciter. Vno modo in quantum possunt moueri ab aliquibus aliis extrinsecis principiis non habentibus artem, sicut arborem plantare potest etiam qui non habet artem plantandi. Alio modo quando materia mouetur ex parte, id est ab aliquo principio intrinseco, qd est aliqua pars forme. Sicut cum corpus humanum sanatur ab aliquo principio intrinseco, quod est aliqua pars forme. Sciendum est autem, quod occasione horum verborum, quę hic dicuntur, quidam ponunt qd in omni generatione naturali, est aliquod principium actiua in materia, quod quidem est forma in potentia præexistens in materia, quę est quedam inchoatio formę. Vnde hæc formę pars dicitur, qd quidem adtribuere nituntur. Primo ex hoc, quod hic dicitur. Videtur enim hic Arist. dicere, qd illa, in quorum materia non est principium actiua, sunt tantum ab arte. Oportet igitur quod in materia illorum, quę sunt a natura, inest aliquod principium actiua. Secundo ex hoc, quod omnis motus, cuius violentus, & non naturalis. Si igitur in his, quę generantur per naturam, non esset aliquod principium generationis actiua in materia: tunc eorum generationes non esset naturales, sed violentę, aut non esset aliqua differentia inter generationem artificialem & naturalem. Et si obijciatur contra eos, quod tunc ea, quę generantur naturaliter, non indigent extrinseco generante, si eorum generatio est a principio intrinseco. Respondent, quod sicut principium intrinsecum nō est forma completa, sed quedam inchoatio formę, ita etiam non est perfectum principium actiua, vt per se possit agere ad generationem, sed habet aliquid de virtute actiua, vt cooperetur exteriori agenti, nisi enim aliquid conferret mobile exteriori agenti, esset motus violentus. Violentum enim est cuius principium est extra, nil conferente vim passio, vt in primo Ethicorum dicitur. Hęc autē opinio videtur propinqua ponentibus latitationem formarū.

LECTIO VIII.

BITAVERIT autē aliquid, cur quedam arte, & casu fiunt, ut fanitas: quedam autē minime, ut domus.

Causa vero est, quod horum quidem est materia incipiens generationis est cum faciens sit, & factum aliquid eorum, quę ab arte sunt, in qua est aliqua pars rei, quedam talis, ut a seipsa moueatur, quedam non. & huius quedam sic possibilis est, quedam impossibilis, multa nanque possibilis quidem a seipsis moueri, sed non sic, ut puta saltare. Quorumcunque itaque talis materia est, ut lapides, impossibile est sic moueri nisi ab alio, sic tamen certe est & ignis, propterea quedam non erunt absque eo, qui habet artem, quedam erunt. ab his enim mouebuntur, quę non habent quidem artem, moueri vero possunt ipsamets, aut ab alijs non habentibus artem, aut ex parte.

ne naturali, est aliquod principium actiua in materia, quod quidem est forma in potentia præexistens in materia, quę est quedam inchoatio formę. Vnde hæc formę pars dicitur, qd quidem adtribuere nituntur. Primo ex hoc, quod hic dicitur. Videtur enim hic Arist. dicere, qd illa, in quorum materia non est principium actiua, sunt tantum ab arte. Oportet igitur quod in materia illorum, quę sunt a natura, inest aliquod principium actiua. Secundo ex hoc, quod omnis motus, cuius violentus, & non naturalis. Si igitur in his, quę generantur per naturam, non esset aliquod principium generationis actiua in materia: tunc eorum generationes non esset naturales, sed violentę, aut non esset aliqua differentia inter generationem artificialem & naturalem. Et si obijciatur contra eos, quod tunc ea, quę generantur naturaliter, non indigent extrinseco generante, si eorum generatio est a principio intrinseco. Respondent, quod sicut principium intrinsecum nō est forma completa, sed quedam inchoatio formę, ita etiam non est perfectum principium actiua, vt per se possit agere ad generationem, sed habet aliquid de virtute actiua, vt cooperetur exteriori agenti, nisi enim aliquid conferret mobile exteriori agenti, esset motus violentus. Violentum enim est cuius principium est extra, nil conferente vim passio, vt in primo Ethicorum dicitur. Hęc autē opinio videtur propinqua ponentibus latitationem formarū.

Le. 1.

D. 644.

Tex. cō. 34

T. com. 40

Cum enim nihil agat nisi secundum quod est in actu, si partes vel inchoationes formarum, quę sunt in materia, habent aliquā virtutem actiua, sequitur quod sint aliquo modo actu, quod est ponere latitationē formarum. Et præterea cum esse sit ante agere, non potest intelligi forma prius habere agere, quam sit in actu. Et ideo dicendum est, quod sicut sola viuentia inueniuntur se mouere secundum locum, alia vero mouentur a principio extrinseco, vel generante, vel remouente prohibens, ut dicitur Octauo Physic. ita secundum alios motus, sola viuentia inueniuntur mouere seipsa. Et hoc ideo, quia inueniuntur habere diuersas partes, quarum vna potest esse mouens, & alia mota, quod oportet esse in omni mouente seipsum, ut probatur in Octauo Physic. Sic igitur inuenimus in generatione viuentiū esse principium actiua intrinsecum, quod est virtus formatiua in semine. Et sicut est potentia augmentatiua mouens in motu augmenti & decrementi, ita est & in motu alterationis, quę est sanatio, principium mouens intra. Nā cū cor non sit susceptiuum

num infirmitatis, virtus naturalis, quæ est in corde sano, totum corpus ad sanitatem alterat. De tali igitur materia, habente in se principium actuum loquitur hic Philosophus, & non de rebus inanimatis. Quod ex hoc patet, quia materiam ignis comparat materiam domus in hoc, quod vtraque mouetur ad formam principio extrinse-

Tex. c6. 30. par. 3.

part. 4. Tex. c6. 6.

Comm. 1.

\*Alia litera sanitas, Tex. c6. 31.

part. 5.

part. seq.

D. 321.

c Palam vero ex dictis, quia modo quodam omnia fiunt ex vnioco, quemadmodum naturalia: aut ex parte vnioco, vt domus ex domo: aut ab intellectu. ars. n. species: Aut ex parte aut ex habente aliquam partem, nisi secundum accidens fiat.

d Causa nanque faciendi prima secundum se pars. Calor. n. in motu, calorem in corpore facit. Is vero est, aut sanitas, aut pars, aut sequitur eum pars aliqua sanitatis. aut sanitas ipsa, propter quod dicitur facere. quia illud facit sanitatem, cui consequitur & accidit calor. Quare quemadmodum in syllogismo omnium principium est substantia (nam ex quodquid est, syllogismi sunt) & hic generationes.

e Similiter itaque his, & quæ sunt natura constituta se habent. Nam sperma facit sicut quæ ab

c Manifestat secundum, quod poterat esse dubium ex prædictis. Dixerat enim, superius, quod omne, quod generatur, generatur a simili secundum speciem. Hoc autem non eodem modo se habet in omnibus. & ideo hic manifestare intendit, quomodo hoc diuersimode in diuersis inueniatur, & circa hoc duo facit. Primo, distinguit diuersos modos, quibus generatur est simile generati. Secundo, manifestat eos. ibi. Cæ nãq; faciendi. Scie dñi est aut circa primū, qd qd generatur ab aliquo, aut generat per se, aut generat ab eo per accidens. Quod aut generat ab aliquo per accidens, non generatur ab eo sicut qd huiusmodi. vnde non oportet in generante esse similitudinem generati. Sicut inuētio thesauri, non habet similitudinem aliquam in eo, qui fodit ad plantandum, inuenit thesaurum per accidens. Sed generans per se, generat tale sicut qd huiusmodi. vnde oportet in generante per se, sit aliquo modo similitudo generati. Sed hoc cōtingit tripliciter. Vno modo quod forma generati præcedit in generante. sicut in eundem modo essendi, nec in substantia eiusdem rationis. sicut forma domus præcedit in artifice, non sicut esse materiale, sed sicut esse immateriale, quod habet in mente artificis, non in lapidibus & lignis: hæc generatio est partim ex vnioco, quantum ad formam, partim ex equiuoco, quantum ad esse formæ in subiecto. Tertio modo, quando ipsa tota forma generati non præcedit in generante, sed aliqua pars eius, aut aliqua pars partis. sicut in medicina calida præcedit calor, qui est pars sanitatis, aut aliquid ducens ad partem sanitatis: hæc generatio nullo modo est vnioco. Et ideo dicit. Palam ex dictis est quod aut sunt omnia quoddammodo ex totaliter vnioco, sicut naturalia, vt ignis ab igne, & homo ab homine. Aut ex eo quod est ex parte vnioco, quantum ad formam, & ex parte equiuoco, quantum ad esse formæ in subiecto, sicut domus fit ex domo, quæ est ars in artifice, sicut autem ab intellectu sicut artis habitus. Ipsa. n. ars edificatiua, est species domus. Aut tertio modo sunt aliqua ex parte formæ præexistentis in generante, siue ex ipso genere habente partem prædictam. Pōt. n. dici, quod generatio fit vel ex forma, siue parte formæ, vel ex habente formam, vel partem formæ. Sed ex habente quidem sicut ex generante, ex forma siue parte formæ, sicut ex eo, quo generans generat. nam forma non generat nec agit, sed habens formam per eam. Et hoc dico, quod aliquid fit ex alio simili, secundum aliquem prædictorum modorum, nisi

fiat ex eo per accidens. Tunc. n. non oportet huiusmodi similitudinem obseruari, sicut dictum est. Deinde cum dicit. Manifestat quod dicitur, & primo in rebus artificialibus. Secundo in rebus naturalibus. ibi. Similiter itaque his. Dicit ergo primo, quod ideo oportet quod sit fieri ex aliqua parte, quia prima causa faciendi secundum se, est pars generati præexistentis in generante, quæ est, vel ipsa forma generantis, vel pars formæ. Cum enim per motum calor generatur, in ipso motu est quodammodo calor, sicut in virtute actiua, nam ipsa virtus causandi calorem, quæ est in motu est aliquid de genere caloris. Et iste calor in motu existens in corpore, non quidem generatione vnioco, sed equiuoco: quia calor in motu, & in corpore calido, non est vnioco rationis. Is vero, scilicet, calor, aut est ipsa sanitas, aut aliqua pars sanitatis, aut sequitur eum aliqua pars sanitatis aut sanitas ipsa. Per hæc quatuor, quæ ponit, dat intel ligere quatuor modos, quibus potest se habere forma generantis ad formam generati. Quorum primus est, quod forma generati totaliter est in generante. sicut forma domus est in mente artificis: & sicut forma ignis generati, est in igne generante. Secidus modus est, quod forma generati est in generante, sicut cum medicina calida sanat calefaciendo. Nã calor, factus est in sanato pars, inueniatur. Tertius modus est, quando pars formæ est in generante, non actu, sed virtute, sicut quando motus calefaciendo sanat. Calor enim est in motu virtute, & non actu. Quartus modus est, quando ipsa tota forma est in generante virtute, sed non actu, sicut forma stuporis est in pilce stupefaciente manu, & similiter est in aliis, quæ agunt a tota specie. Primū ergo modū designat in hoc quod dicitur aut sanitas. Secidum in hoc quod dicit. Aut pars. Tertium in hoc quod dicit. Aut sequitur eum aliqua pars sanitatis. Quartum in hoc quod dicit. Aut sanitas ipsa. Et quia motus causat calorem, ad quem sequitur sanitas, propter hoc etiam dicitur motus facere sanitatem, quia id facit sanitatem, cui consequitur, vel accidit sanitas. Vel melius. Quod consequitur & accidit ex motu, scilicet, calor, facit sanitatem. Quare patet, quod sicut in syllogismo omnium principium est substantia, quod quid est rei. Nam syllogismi demonstratiui sunt ex quod est, cum in demonstrationibus modum sit distinctio, & hic scilicet in operatiuis generationibus sunt ex quod quid est. In quo ostenditur similitudo intellectus speculatiui & practici. Sicut enim intellectus speculatiui procedit ad demonstrandum passionis de subiectis, ex consideratione eius quod quid est, ita intellectus procedit ad operandum ex specie artificij, quæ est eius quod quid est, vt supradictum est. De inde cum dicit.

Manifestum autem est ex his, quæ dicta sunt, quod quodam modo omnia sunt ex vnioco, quemadmodum quæ natura sunt: aut ex parte vnioco, aut domus ex domo: aut ab intellectu, ars enim forma est: aut ex parte, aut habente aliquam partem, si non per accidens fiat.

G Causa enim faciendi, prima secundum se pars. calor enim in motu, calorem in corpore fecit. hic vero, aut sanitas est, aut pars, aut sequitur eum aliqua sanitatis pars, aut ipsa sanitas. quare & dicitur facere, quia illud, quod sequitur, & cui accidit calor, sanitatem efficit. Quare, sicut in syllogismo omnium principium substantia est (ex ipso enim quid est syllogismi sum) hic etiam generationes.

Similiter se habent & quæ natura constituta sunt. semen nanque facit, sicut ea, quæ ab arte sunt, habet

formam generati. Quorum primus est, quod forma generati totaliter est in generante. sicut forma domus est in mente artificis: & sicut forma ignis generati, est in igne generante. Secidus modus est, quod forma generati est in generante, sicut cum medicina calida sanat calefaciendo. Nã calor, factus est in sanato pars, inueniatur. Tertius modus est, quando pars formæ est in generante, non actu, sed virtute, sicut quando motus calefaciendo sanat. Calor enim est in motu virtute, & non actu. Quartus modus est, quando ipsa tota forma est in generante virtute, sed non actu, sicut forma stuporis est in pilce stupefaciente manu, & similiter est in aliis, quæ agunt a tota specie. Primū ergo modū designat in hoc quod dicitur aut sanitas. Secidum in hoc quod dicit. Aut pars. Tertium in hoc quod dicit. Aut sequitur eum aliqua pars sanitatis. Quartum in hoc quod dicit. Aut sanitas ipsa. Et quia motus causat calorem, ad quem sequitur sanitas, propter hoc etiam dicitur motus facere sanitatem, quia id facit sanitatem, cui consequitur, vel accidit sanitas. Vel melius. Quod consequitur & accidit ex motu, scilicet, calor, facit sanitatem. Quare patet, quod sicut in syllogismo omnium principium est substantia, quod quid est rei. Nam syllogismi demonstratiui sunt ex quod est, cum in demonstrationibus modum sit distinctio, & hic scilicet in operatiuis generationibus sunt ex quod quid est. In quo ostenditur similitudo intellectus speculatiui & practici. Sicut enim intellectus speculatiui procedit ad demonstrandum passionis de subiectis, ex consideratione eius quod quid est, ita intellectus procedit ad operandum ex specie artificij, quæ est eius quod quid est, vt supradictum est. De inde cum dicit.

Manifestat quod dixerat de artificialibus, in rebus naturalibus dicens, quod similiter se habent ea, quæ sunt constituta secundum naturam, his quæ sunt per artem. Sperma enim operatur ad generationem, sicut contingit in his, quæ sunt per artem. Sicut enim artifex non est actu domus, nec habet formam, quæ sit domus actu, sed potestate, ita sperma non est animal actu, nec habet animam, quæ sit species animalis actu, sed potestate tantum. Est. n. in femine virtus formatiua, quæ hoc modo comparatur ad materiam concepti, sicut comparatur forma domus in mente artificis ad lapides & ligna: nisi quod forma artis est omnino extrinseca a lapidibus & lignis, virtus autem spermatis est intrinseca. Quæuis autem generatio animalis est spermatis, nisi sita spermate, sicut ab vnioco, quia sperma non est animal, id est quod est sperma, est aliquo modo vnioco ei, quod sit ex spermate, nam sperma fit ab animali. Et in hoc est, dissimilitudo inter genera

part. seq.

Tex. c6. 18.

Tex. c6. 2. part. 6.

part. 7.

Tex. c6. 13.

Tex. c6. 29.

generationem naturalem, & generationem artificialem, quia non oportet quod forma domus in mente artificis sit a domo, licet quandoque hoc accidat, vt cum aliquis ad exemplar vnioco domus facit aliam. sed semper oportet quod sperma sit ab animali. Exponit autem quod dixerat, aliquo modo vnioco, quia non oportet in omni generatione naturali esse omnimodam vniocationem, sicut cum dicitur homo fit ex homine. Fit. n. femina ex viro, sicut ex agente, & mulus non fit ex mulo sed ex equo, vel ahno, in quo tamen est aliqua similitudo, vt supra dixit. Et quod dixit quod est sperma, oportet esse aliquo modo, vt vnioco, sicut intelligendum est si non fuerit orbatio, si non fuerit defectus naturalis virtutis in femine. Tunc. n. generat aliquid quod non est simile generati, sicut patet in monstruosis partibus. Et sicut in illis, i. in rebus artificialibus aliqua sunt non solum per artem, sed a casu, quando materia potest moueri a seipso eo motu, quo mouetur ab arte. quod non potest hoc modo moueri, tunc non potest id quod fit ab arte, ab alio fieri ab arte, ita & hic possunt aliqua fieri a casu & sine spermate illa quorum materia hoc modo potest moueri a seipso, quod motu, quo mouetur spermata, id est ad generationem animalis. Sicut patet in his, quæ generantur ex putrefactione, quæ quomodo dicuntur esse a casu, & quomodo non, superius expōitum est. Illa autem, quorum materia non potest moueri a seipso eo motu quo a spermate mouetur, impossibilia sunt fieri aliter quam ex ipsis seminibus sicut patet de homine & equo, & aliis animalibus perfectis. Patet autem ex his, quæ hic dicuntur, quod neque omnia animalia possunt generari & ex femine & sine femine, vt Auic. ponit, neque nulla generantur vtroque modo, vt ponit Auic. Est autem aduerendum, quod per ea, quæ hic dicuntur, possunt solui duabitationes illorum, qui ponebant formas in istis generatis, non esse a generantibus naturalibus, sed a formis, quæ sunt sine materia. Hoc enim maxime viti sunt, ponere propter animalia generata ex putrefactione, quorum formæ non videntur procedere ex aliquibus similibus secundum speciem. Vltimus autem in animalibus etiam, quæ generantur ex femine, virtus actiua generationis, quæ est in femine, non est anima, vt ex hoc possit anima sequi in animali generato. Adhuc autem procedit, quia in inferioribus istis, non inueniuntur aliqua principia actiua ad generationem, nisi calidum & frigidum, quæ sunt forme accidentales. & sic non videtur quod per ea possint produci forme substantiales. Nec videtur quod ratio Philosophi, quam supra posuit contra ponentes exemplaria, teneat in omnibus, vt scilicet ad similitudinem speciei in generatis, sufficiant forme generantium. Sed omnes hæc dubitationes soluantur per hanc rem. si diligenter inspiciantur. Dicitur enim in litera, quod virtus actiua, quæ est in spermate, & si non sit anima in actu, est tamen anima in virtute sicut forma domus in anima non est domus actu, sed virtute. Vnde sicut ex forma domus, quæ est in mente, potest fieri forma domus in materia, ita ex virtute feminis, potest fieri forma completa, propter intellectum, qui

est ab extrinseco, vt dicitur in xvi. de animalibus. Et adhuc amplius in quantum virtus, quæ est in femine, est ab anima perfecta, cuius virtute agit. Media enim principia agunt in virtute primorum. In his vero, quæ generantur ex putrefactione, etiam est in materia aliquid principium simile virtuti actiua, quæ est in spermate, ex quo causatur anima in talibus animalibus. Et si cuius virtus, quæ est in spermate, est ab anima completa animalis, & a virtute celestis corporis, ita virtus, quæ est in materia putrefacta generatiua animalis, est a solo corpore celesti, in quo sunt virtutes omnes forme generantur, sicut in principio actiua. Qualitates etiam actiua, licet sint accidentia, non tamen agunt solum in virtute propria, sed in virtute formarum substantiarum, ad quæ se habent sicut instrumenta, sicut dicitur in 2. de Anima, quod calor ignis est sicut instrumentum anime nutritiua. Deinde cum dicitur.

etiam potestate formam. & a quo semen est, quodam modo vnioco, non enim omnia ita oportet querere, sicut ex homine homo. etenim mulier ex viro. unde mulus non ex mulo, sed si non orbatio fuerit. Quæcunque autem a casu, sicut ibi fit quorumcumque materia potest a seipso moueri hoc motu, quo sperma mouet. Quorumcumque vero non, ea impossibilia sunt fieri aliter quam ex ipsis.

Non autem de substantia solum ostendit ratio non fieri formam, sed de omnibus similiter primis cõis ratio, vt quantitate, & qualitate. & aliis categorijs. Fit enim, velut ærea sphaera, sed non sphaera, nec es, sed in ere, si fit. Semper. n. oportet præexistere materiam, & formam. ita & in ipso quid est, & in qualitate, & quantitate, & aliis similiter categorijs. Non. n. fit quale sed quale lignum: nec quantum, sed quantum lignum, aut animal.

Ceterum ex his proprium substantia accipere est, quod necesse est præexistere semper aliam substantiam actu existentem, quæ facit, ut puta animal si animal fit: quale uero, aut quantum non est necesse, nisi potentia solum.

in utroque, dicens quod ratio, superius posita non solum ostendit speciem, id est formam non fieri de substantia, id est circa predicamentum substantia, sed communis est similiter de omnibus primis, id est de predicamentis, sicut de qualitate, & quantitate, & aliis predicamentis. Fit enim vt ærea sphaera, quod est compositum, sicut ærea sphaera. Sed non fit sphaera, id est, quod se habet per modum forme. Nec es, id est quod se habet per modum materij. Et si fit sphaera aliquo modo loquendi, non fit per se, sed in ere, quia semper oportet præexistere ad generationem, materiam & speciem, ut supra est ostensum. Illud quoque quod est vt ærea sphaera, scilicet compositum, fit, & in quid hoc est in predicamento substantia, & in qualitate, & quantitate. & similiter in aliis predicamentis. Non. n. fit quale, id est ipsa qualitas, sed hoc totū quod est quale lignū. Nec fit quantum, id est ipsa quantitas, sed lignum quantum, aut animal quantum.

Ostendit quid differat inter substantiam & accidentia, dicens, quod hoc oportet accipere vt proprium substantia per cõparationem ad accidentia, quia quando substantia generatur necesse est semper præexistere alteram substantiam, quæ facit generationem. Sicut si animal generatur, oportet quod præexistat animal generans in his, quæ generantur ex femine. Sed in quali & quanto, & in aliis accidentibus, non oportet quod præexistat quale, aut quantum actu, sed solum in potentia, quod est materiale principium & subiectum motus. Principium enim actiua substantia non potest esse nisi substantia, sed principium actiua accidentium, potest esse non accidens, scilicet substantia.

Lib. 2. ca. 3.

lect. 10.

T. com. 27.

L E C T I O I X .

ostendam Philosophus ostendit, quid est quod quid erat esse, & quorum est, & quomodo se habent ea, quorum est, & quod non oportet ponere quidditates rerum separatas propter generationem; hic intendit ostendere ex quibus constituitur quodquidam est se. & diuidit in duas partes. In prima ostendit, ex quibus quod quidam est esse constituitur. In secunda ostendit, quomodo ex eis fiat vnum, ibi; Nunc autem dicamus primum. Prima autem pars diuiditur in duas. In prima mouet dubitationem. In secunda soluit eam, ibi; Aut multipliciter dicitur pars. Prima pars diuiditur in duas dubitationes, quas mouet ad idem pertinentes, ibi; Amplius autem si priores sunt partes. Dicit ergo primo, quod omnis diffinitio est quaedam ratio. i. quaedam compositio nominum per rationem ordinata. Vnum enim nomen, non potest esse diffinitio, quia diffinitio oportet quod distincte notificet principia rerum, quae concurrunt ad essentiam rei constituendam. Alias autem diffinitio non sufficienter manifestaret essentiam rei. Et propter hoc dicitur in 1. Phys. quod diffinitio diuiditur in singularem. i. exprimit distincte singula principia diffiniti. Hoc autem non potest fieri nisi per plures dictiones. Vnde una dicitio non potest esse diffinitio, sed potest esse manifestatiua, eo modo quo nomen minus notum, manifestatur per magis notum. Omnis autem ratio partes habet, quia est quaedam ratio composita, & non simplex nomen, & ideo videtur, quod sicut se habet ratio rei ad rem, ita se habent partes rationis ad partes rei. Et propter hoc dubitatur: Vtrum oporteat rationem partium ponere in ratione totius, aut non. Et haec dubitatio exinde confirmatur, quia in quibusdam rationibus totorum, videntur esse rationes partium, & in quibusdam non. In diffinitione enim circuli, non ponitur diffinitio in circulo, sed in parte circuli, sicut semicirculi, & quartae partis circuli. Sed diffinitio syllabae continetur in se diffinitionem elementorum. i. litterarum. Si enim diffinitur syllaba, oportet quod dicatur esse aliqua vox composita ex litteris, & sic in diffinitione syllabae ponitur littera, & per consequens diffinitio eius, quia semper vbi possumus diffinitione pro nomine. Et tamen circulus diuiditur in incisiones vt in partes, sicut syllaba in elementa. i. in litteras. Quod autem hic dicitur, quod sicut se habet diffinitio ad rem, ita se habet pars diffinitionis ad partem rei, videtur habere dubitationem. Diffinitio enim est idem rei. Vnde videtur sequi, quod partes diffinitionis sint idem partibus rei, quod patet esse falsum. Nam partes diffinitionis praedicantur de diffinito, sicut de homine, animal & rationale, nulla autem pars integralis praedicatur de toto. Sed dicitur quod partes diffinitionis significant partes rei, in quantum a partibus rei sumuntur partes diffinitionis, non ita quod partes diffinitionis sint partes rei: non enim animal est pars hominis, neque rationale, sed animal sumitur ab vna parte, & rationale ab alia. animal enim est quod habet naturam sensitiuam, rationale vero, quod habet rationem. Natura autem sensitiua est vt materialis respectu rationis. Et inde est, quod generatur a materia,

Tex. c. 33. par. prima.

Infra, lec. 12. principi.

Infra, pt. 3.

part. seq.

part. 2.

Tex. c. 34. par. 3.

Tex. c. 5.

D. 514.

L E C T I O I X .

Voniam vero diffinitio ratio est, & omnis ratio partes habet, vt autem ratio ad rem, & pars rationis ad partem rei similiter se habeat, dubitatur iam: an oportet partium rationem inesse in ratione totius, an non. In quibusdam enim videntur inesse, in quibusdam vero non. Circuli enim ratio non habet rationem sectionum, ratio vero syllabae, habet rationem elementorum. atqui circulus diuiditur in sectiones, sicut syllaba in elementa.

Amplius autem si priores sunt partes toto, & recti acutus est pars, & digitus hominis, prior erit acutus recto, & digitus homine. Videntur tamen ista esse priora ratione: secundum rationem nanque dicuntur ex illis, & inesse sine inuicem priora.

Aut multipliciter dicitur pars. quorum vnus quidem modus est qui mensurat secundum quantitatem. Sed hic quidem praetermittatur. Ex quibus vero substantia est vt partibus, per scrutandum est. Si igitur est hoc quidem materia, illud vero spe-

Et differencia a forma: species autem a forma & materia simul. Nam homo est quod habet rationem in natura sensitiua. Deinde cum dicitur.

¶ Ponit secundam dubitationem, quae est de prioritate partium, Omnes enim partes videntur esse priores toto, sicut simplex composito. Acutus enim, est pars recti anguli. Diuiditur enim rectus angulus in duos, vel plures angulos acutos. Et similiter digitus est pars hominis. vnde videtur quod acutus angulus sit naturali ter prior recto, & digitus prior homine. Sed contra, videtur illa esse priora. i. rectus acutus, & homo digito. Et hoc dupliciter. Primo quidem secundum rationem. Per hunc enim modum illa dicuntur esse priora, quae in eorum rationibus ponuntur, & non e contrario. Acutus enim & digitus dicuntur esse secundum rationem. i. diffinitur ex illis. i. homine & recto, vt dictum est. Vnde videtur quod homo & rectus angulus sint priores digito & acuto angulo. Secundo vero prout dicuntur esse aliqua priora ex eo quod est esse sine inuicem. Quae enim possunt esse sine aliis & non e contrario, dicuntur esse priora, vt in Quinto est habitum, sicut vnum duobus. Homo autem potest esse sine digito, digitus autem non potest esse sine homine, quia digitus absque suo non est digito, vnde videtur, quod homo sit prior digito. Et eadem ratio est de recto & acuto. Deinde cum dicitur.

L E C T I O I X .

Vm autem diffinitio ratio sit, omnis autem ratio partes habeat, ac sicut ratio ad rem, & pars rationis ad partem rei se habeat, dubitatur: vtrum oportet partium rationem inesse in ratione totius, an non. In quibusdam enim videntur inesse, in quibusdam vero non. Circuli enim ratio non habet rationem sectionum, ratio vero syllabae, habet rationem elementorum. atqui circulus diuiditur in sectiones, sicut syllaba in elementa.

Item autem, si partes priores sunt toto, recti autem acutus est pars, & digitus animalis, prior erit acutus recto, & digitus homine. Videntur tamen ista esse priora ratione: secundum rationem nanque dicuntur ex istis, & eo quod sint absque inuicem, priora sunt.

An multis modis dicitur pars? Quorum vnus modus, qui secundum quantum mensurans. Sed haec quidem praetermittatur, ex quibus vero substantia: tanquam ex partibus est. hoc considerandum est. Si igitur hoc quidem materia est, hoc vero forma, hoc vero ex his, & substantia est ma-

I potest esse sine homine, quia digitus absque suo non est digito, vnde videtur, quod homo sit prior digito. Et eadem ratio est de recto & acuto. Deinde cum dicitur.

¶ Soluit propositas quaestiones, & diuiditur in tres partes. In prima ponit solutionem. In secunda exponit eam, ibi; Dicitur est, igitur nunc ipsum. Tertio determinat quandam dubitationem, quae ex praedicta solutione oriri potest, ibi; Dubitatur autem merito. Ad euidenciam autem horum, quae in hoc capitulo dicuntur, sciendum est, quod circa diffinitiones rerum, & earum essentias, duplex est opinio. Quidam enim dicunt, quod tota essentia speciei est ipsa forma, sicut quod tota essentia hominis est anima, & propter hoc dicunt, quod eadem secundum rem est forma totius, quae significatur nomine humanitatis, & forma partis, quae significatur nomine anime; sed differunt solum secundum rationem. nam forma partis dicitur secundum quod perficit materiam, & facit eam esse in actu, forma autem totius, secundum quod totum compositum per eam in specie collocatur. Et ex hoc volunt, quod nullae partes materiae ponantur in diffinitione indicantem speciem, sed solum principia formae speciei. Et haec opinio videtur Auerois, & quorundam sequentium eum. Sed videtur esse contra intentionem Aristote. Dicit enim superius in 6. quod res naturales habent in sui diffinitione materiam sensibilem, & in hoc differunt a mathematicis. Non autem potest dici, quod substantiae naturales diffinitur per id, quod non sit de essentia earum. Substantiae enim non habent diffinitionem ex additione, sed sola accidentia, ut supra est habitum: Vnde relinquuntur, quod materia sensibilis sit pars essentiae substantiarum naturalium, non solum quantum ad indiuidua, sed etiam quantum ad species ipsas. Diffinitiones enim non dantur de indiuiduis, sed de speciebus. Vnde est alia opinio, quam sequitur Auicenna, & secundum haec forma totius quae est ipsa quidditas speciei, differat a forma partis, sicut tota a parte.

¶ Solutio propositas quaestiones, & diuiditur in tres partes. In prima ponit solutionem. In secunda exponit eam, ibi; Dicitur est, igitur nunc ipsum. Tertio determinat quandam dubitationem, quae ex praedicta solutione oriri potest, ibi; Dubitatur autem merito. Ad euidenciam autem horum, quae in hoc capitulo dicuntur, sciendum est, quod circa diffinitiones rerum, & earum essentias, duplex est opinio. Quidam enim dicunt, quod tota essentia speciei est ipsa forma, sicut quod tota essentia hominis est anima, & propter hoc dicunt, quod eadem secundum rem est forma totius, quae significatur nomine humanitatis, & forma partis, quae significatur nomine anime; sed differunt solum secundum rationem. nam forma partis dicitur secundum quod perficit materiam, & facit eam esse in actu, forma autem totius, secundum quod totum compositum per eam in specie collocatur. Et ex hoc volunt, quod nullae partes materiae ponantur in diffinitione indicantem speciem, sed solum principia formae speciei. Et haec opinio videtur Auerois, & quorundam sequentium eum. Sed videtur esse contra intentionem Aristote. Dicit enim superius in 6. quod res naturales habent in sui diffinitione materiam sensibilem, & in hoc differunt a mathematicis. Non autem potest dici, quod substantiae naturales diffinitur per id, quod non sit de essentia earum. Substantiae enim non habent diffinitionem ex additione, sed sola accidentia, ut supra est habitum: Vnde relinquuntur, quod materia sensibilis sit pars essentiae substantiarum naturalium, non solum quantum ad indiuidua, sed etiam quantum ad species ipsas. Diffinitiones enim non dantur de indiuiduis, sed de speciebus. Vnde est alia opinio, quam sequitur Auicenna, & secundum haec forma totius quae est ipsa quidditas speciei, differat a forma partis, sicut tota a parte.

¶ Solutio propositas quaestiones, & diuiditur in tres partes. In prima ponit solutionem. In secunda exponit eam, ibi; Dicitur est, igitur nunc ipsum. Tertio determinat quandam dubitationem, quae ex praedicta solutione oriri potest, ibi; Dubitatur autem merito. Ad euidenciam autem horum, quae in hoc capitulo dicuntur, sciendum est, quod circa diffinitiones rerum, & earum essentias, duplex est opinio. Quidam enim dicunt, quod tota essentia speciei est ipsa forma, sicut quod tota essentia hominis est anima, & propter hoc dicunt, quod eadem secundum rem est forma totius, quae significatur nomine humanitatis, & forma partis, quae significatur nomine anime; sed differunt solum secundum rationem. nam forma partis dicitur secundum quod perficit materiam, & facit eam esse in actu, forma autem totius, secundum quod totum compositum per eam in specie collocatur. Et ex hoc volunt, quod nullae partes materiae ponantur in diffinitione indicantem speciem, sed solum principia formae speciei. Et haec opinio videtur Auerois, & quorundam sequentium eum. Sed videtur esse contra intentionem Aristote. Dicit enim superius in 6. quod res naturales habent in sui diffinitione materiam sensibilem, & in hoc differunt a mathematicis. Non autem potest dici, quod substantiae naturales diffinitur per id, quod non sit de essentia earum. Substantiae enim non habent diffinitionem ex additione, sed sola accidentia, ut supra est habitum: Vnde relinquuntur, quod materia sensibilis sit pars essentiae substantiarum naturalium, non solum quantum ad indiuidua, sed etiam quantum ad species ipsas. Diffinitiones enim non dantur de indiuiduis, sed de speciebus. Vnde est alia opinio, quam sequitur Auicenna, & secundum haec forma totius quae est ipsa quidditas speciei, differat a forma partis, sicut tota a parte.

Tex. c. 30.

Tex. c. 30.

Tex. c. 30.

Tex. c. 30.

Tex. c. 30.

Tex. c. 30.

Tex. c. 30.

Tex. c. 30.

Tex. c. 30.

Tex. c. 30.

parte. Nam quidditas speciei est composita ex materia & forma, non tamen ex hac forma, & ex hac materia indiuidua. ex his enim componitur indiuiduum vt Socrat. & Callias. Et haec est sententia Aristote. in hoc capitulo, quam introducit ad excludendum opinionem Platonis de ideis. Dicebat enim species rerum naturalium, esse per se existentes sine materia sensibili, quasi materia sensibilis, non esset ali quo modo pars speciei. Ostendo ergo quod materia sensibilis sit pars speciei in rebus naturalibus, ostenditur quod impossibile est esse species rerum naturalium sine materia sensibili, sicut hominem sine carni & ossibus, & sic de aliis. Et hi erit tertius modus destruendi ideas. Nam primo destruitur per hoc, quod quod dicitur esse non est separatum ab eo, cuius est. Secundo per hoc, quod species separata a materia non sunt causa generationis, neque per modum generantis, neque per modum exemplaris. Nunc autem tertio improbat eam per hoc quod materia, sensibilis in cois, est ratio spei. Dicit ergo soluendo, quod multipliciter, dicitur pars, sicut in Quinto est habitum. Et vno modo dicitur pars quod dicitur, hoc, i. quod mensurat totum secundum quantitatem, sicut bicubitum est pars cubiti, & binarius senarii.

aliud ex his: & substantia est materia, & species, & quod ex his est: est quidem vt materia dicitur pars alicuius, est autem vt non, sed ex quibus speciei ratio. Vt concavitatis non est pars caro. hoc namque; materia in qua fit, limitatis vero pars aliqua est. Et totius quidem status pars est: eius autem, quod ut forma dicitur status, minime. dicendum enim forma, & quatenus formam habet, unum quodque: materiale vero nunquam secundum se dicendum. Quare circuli quidem ratio non habet eam, quae est sectionis, sed quae syllabae, ea, quae est elementorum. Nam elementa rationis partes sunt, sicut speciei, & non materia: Incisiones vero huiusmodi, sicut partes, vt materia, in quibus sunt propinquo res tamen speciei, quae in aere fit rotunditas. Est autem vt neque; elementa oia syllabae in ratione sunt: vt haec cerea, aut quae sunt in aere. Iam. n. & haec pars syllabae quasi materia sensibilis. Etenim lineam non si dimidia corrumpit, aut hoc in ossa, aut neruos, & carnes, pp hoc & sunt ex his sicut entibus substantie partibus, sed vt ex materia. Etenim quod quod simul totum partes speciei vero & cuius ratio, non

Sed hic modus partium praetermittatur ad praesens. non enim intendimus hic inquirere partes quantitatis, sed intendimus inquirere de partibus diffinitionis, quae significant substantiam rei. Vnde perferendum est de illis partibus, ex quibus substantia rei componitur. Pars autem substantiae est & materia, & forma, & ex quibus est aliquid compositum. Et quodlibet istorum trium, scilicet materia, & forma, & compositum ex his, est substantia, ut supra habitum est. Et ideo materia est quidem quodam modo pars alicuius, quodam modo non est, sed solum illa, ex quibus est ratio speciei, id est forma. Intelligimus enim concavitatem quasi formam, & nasum materiam, & simum quasi compositum. Et secundum hoc, caro, quae est materia, vel pars materiae, non est pars concavitatis, quae est forma vel species. nam caro est materia, in qua fit species. Sed tamen caro est aliqua pars limitatis, si tamen limitas intelligitur esse quoddam compositum, & non solum forma. Et similiter totius quidem status, quae est composita ex materia & forma pars est: non autem est pars status, secundum quod status accipitur solum pro specie, id est pro forma. Et vt sciatur quid est species, & quid est materia, dicendum est illud, ad speciem pertinere, quod conuenit vnicuique in quantum speciem habet. Sicut in quantum habet speciem status, conuenit alicui quod sit figuratum, vel aliqd aliud huiusmodi. Sed id quod est materiale ad speciem, nunquam dicendum est secundum se de specie. Sciendum tamen est, quod nulla materia nec cois, nec indiuiduata secundum se, se habet ad speciem prout sumitur pro forma, sed secundum quod spes sumitur pro vniuersali, sicut huiusmodi dicitur esse spes, sic materia cois per se pertinet ad speciem, non autem materia indiuidualis, in qua natura spei accipitur. Et ideo dicendum est, quod diffinitio circuli non conuenit in se diffinitionem incisionum, id est partium ex circulo incisionum, vt semicirculi, vt quartae partis circuli. Sed diffinitio, quae est syllabae, comprehendit in se diffinitionem, quae est elementorum, id est litterarum. Et huius ratio est, quia elementa

ta, id est litterae sunt partes syllabae quantum ad speciem suam, & non secundum materiam. Ipsa enim forma syllabae in hoc consistit, quod ex litteris componatur. Sed incisiones circuli sunt partes non circuli secundum speciem accepti, sed huius circuli particularis, vel horum circulorum, sicut materia in qua fit spes circuli. & hoc accipi potest ex regula, la superius posita. Hoc enim dixit ad speciem pertinere, quod secundum speciem vnicuique speciem habent, ad materiam vero quod accidit speciei. Per se autem inest syllabae, quod ex litteris componatur. Quod autem circulus sit actus dicitur in semicirculos, hoc accidit circulo, non in quantum est circulus, sed in quantum est hic circulus, cuius huiusmodi linea diuiditur, quae est pars eius ut materia. Vnde patet, quod semicirculus est pars circuli secundum materiam indiuiduale. Vnde ista materia, quae est haec linea, est propinquo speciei quam a se, quod est materia sensibilis, quando rotunditas, quae est forma circuli, fit in aere. Quia species circuli nunquam est praeter lineam, est autem praeter ea. Et sicut partes circuli, quae sunt secundum materiam indiuiduale, non ponuntur in eius diffinitione, ita etiam

nec omnes litterae ponuntur in diffinitione syllabae, quae scilicet sunt partes cum materia, vt litterae descriptae in cera, vel prolatae in aere. Haec enim iam sunt partes syllabae sicut materia sensibilis, non enim oportet quod omnes partes, in quas res aliqua resoluta corrumpitur, sint partes substantiae. Non enim si linea diuisa in duo dimidia corrumpitur, aut si homo resolutus in ossa & neruos & carnes corrumpitur, propter hoc sequitur, quod linea sit ex dimidiis, & homo ex carnisibus & ossibus, ita quod ista sint partes substantiae eius, sed sunt ex istis partibus sicut ex materia. Vnde sunt partes eius quod est simul totum, id est compositum. Id est speciei, id est formae, & cuius est ratio, id est eius quod diffinitur, non adhuc sunt partes. Quapropter, nullae tales partes ponuntur in rationibus conuenienter. Sciendum tamen, quod ratio partium in quorundam diffinitionibus ponitur, scilicet in diffinitionibus compositorum, quorum sunt partes: in quorundam vero diffinitionibus non oportet poni, scilicet in diffinitione formarum, nisi sint tales formae, quae sunt simul sumptae cum materia. Licet enim materia non sit pars formae, tamen materia, sine qua non potest concipi intellectus forma, oportet quod ponatur in diffinitione formae, sicut corpus organicum ponitur in diffinitione animae. Sicut accidentia non habent esse perfectum nisi secundum quod sunt in subiecto, ita nec formae, nisi secundum quod sunt in propria materia. Et propter hoc, sicuti accidentia diffiniuntur ex additione subiectorum, ita & forma ex additione propriae materiae, cum igitur in diffinitione formae ponitur materia, est diffinitio ex additione, non autem cum ponitur in diffinitione compositi. Vel hoc quod dicitur non fuerint simul sumpta, est exemplificatio eius quod dixerat horum non oportet inesse. In illis enim partes materiae non oportet in diffinitionibus poni, quae non sumuntur simul cum materia, vel quae non significant aliquid compositum ex materia & forma. Et hoc patet, quia propter hoc in quorundam rationibus non ponitur materia, in quorundam

¶ Solutio propositas quaestiones, & diuiditur in tres partes. In prima ponit solutionem. In secunda exponit eam, ibi; Dicitur est, igitur nunc ipsum. Tertio determinat quandam dubitationem, quae ex praedicta solutione oriri potest, ibi; Dubitatur autem merito. Ad euidenciam autem horum, quae in hoc capitulo dicuntur, sciendum est, quod circa diffinitiones rerum, & earum essentias, duplex est opinio. Quidam enim dicunt, quod tota essentia speciei est ipsa forma, sicut quod tota essentia hominis est anima, & propter hoc dicunt, quod eadem secundum rem est forma totius, quae significatur nomine humanitatis, & forma partis, quae significatur nomine anime; sed differunt solum secundum rationem. nam forma partis dicitur secundum quod perficit materiam, & facit eam esse in actu, forma autem totius, secundum quod totum compositum per eam in specie collocatur. Et ex hoc volunt, quod nullae partes materiae ponantur in diffinitione indicantem speciem, sed solum principia formae speciei. Et haec opinio videtur Auerois, & quorundam sequentium eum. Sed videtur esse contra intentionem Aristote. Dicit enim superius in 6. quod res naturales habent in sui diffinitione materiam sensibilem, & in hoc differunt a mathematicis. Non autem potest dici, quod substantiae naturales diffinitur per id, quod non sit de essentia earum. Substantiae enim non habent diffinitionem ex additione, sed sola accidentia, ut supra est habitum: Vnde relinquuntur, quod materia sensibilis sit pars essentiae substantiarum naturalium, non solum quantum ad indiuidua, sed etiam quantum ad species ipsas. Diffinitiones enim non dantur de indiuiduis, sed de speciebus. Vnde est alia opinio, quam sequitur Auicenna, & secundum haec forma totius quae est ipsa quidditas speciei, differat a forma partis, sicut tota a parte.



illud in tertio de Anima. Intellectus passivus corruptibilis est. Ideo autem singularium circularum non est definitio, quia illa, quorum est definitio, cognoscuntur per suam definitionem. Sed singularia non cognoscuntur, nisi dum sunt sub sensu, vel imaginatione, quæ hic intelligit dicitur, quia res considerat sine sensu, sicut intellectus. Sed hmoi singulares circuli habent ab actu, i. e. recedentes ab actu, in inspectione sensus, quæ tum ad sensibiles: aut imaginationis, quantum ad mathematicos, non est manifestum verum sine, in quantum sunt singulares: sed est semper dicuntur & cognoscuntur per rationem vniuersalis. cognoscuntur enim hic circuli sensibiles, et quando non actu videntur, in quantum sunt circuli, non in quantum sunt hi circuli. Ratio autem huius est, quia materia, quæ a principio est individuationis, est secundum se ignota, & non cognoscitur nisi per formam, a qua sumit ratio vniuersalis. Et ideo singularia non cognoscuntur in sua absentia, nisi per vniuersalia. Materia autem non solum est principium individuationis in singularibus sensibilibus, sed etiam in mathematicis. Materia enim alia est sensibilibus, alia intelligibilibus. Sensibilibus quidem veritas & lignum, vel cetera quilibet materia mobilis, vtriusque, & aqua & huiusmodi omnia: & a tali materia indiuiduantur singularia sensibilia. Intelligibilibus vero materia est, quæ est in sensibilibus, non in quantum sunt sensibilia, sicut mathematica sunt. Sicut enim forma hominis est in hac materia, quæ est corpus organicum, ita forma circuli vel trianguli est in hac materia, quæ est continuum, vel superficies, vel corpus. Concludit igitur quod dictum est, quomodo se habet de toto & parte & de priori, & de posteriori, id est cuius pars sit pars, & quomodo sit prior, & quomodo posterior. Partes enim materiae indiuiduæ sunt partes compositi singularis, non autem speciei, nec formæ. Partes autem materiae vniuersalis, sunt partes speciei, sed non formæ. Et quia vniuersale diffinitur, & non singulare, ideo partes materiae indiuiduales non ponuntur in diffinitione, sed solum partes materiae communis simul cum forma, vel partibus formæ.

D. 639.  
T. com. 6.  
part. 4.

Tex. 637.  
par. prima.

LECTIO XI.

**D**abitur autem merito quæ speciei sunt partes, & quæ non, sed simul sumpti. Hoc enim non ma-

d. ¶ Adaptat solutionem propositam questionem prius motæ dicēs, quod necesse est obuiare per prædictam solutionem inter-

rogationi quando quis interrogat, vtrum rectus angulus, & circulus, & animal sint priora partibus, aut econuerso parte, in quas huiusmodi diuiduntur, & ex quibus componuntur, sunt priora. Dicendum, quod non est simpliciter respondendum. Est enim duplex opinio. Quidam enim dicunt, quod idem est tota species & forma, sicut anima quod homo. Quidam autem quod non, quia homo est compositum ex anima & corpore. & secundum vtramque opinionem est diuersimode respondendum. Si enim idem est anima, & animal vel animatum, aut si militer vnumquodque est idem cum forma vniuersali, ut quædam intelligibilibus. Sensibilis quidem, ut res, & lignum, & quæcumque mobilis materia: intelligibilis vero, quæ in sensibilibus existit, non prout sensibilis: ut puta ipsa mathematica. De toto igitur & parte, ac priore & posteriore, quomodo se habeant dictum est.

**A**d interrogationem uero necesse est occurrere, cum quis interrogaret vtrum rectus, & circulus, & animal priora, an in quas diuiduntur, & ex quibus sunt partes, quod non simpliciter. nam etiam si anima animal est, aut animatum, aut vnumquodque, aut vniuersumque, & circulus, & rectus, & circulus, & rectus, & substantia recti, quid quidem, & quo dicendum est posteriorius, puta his, quæ in ratione, & quæ recto vniuersali. Etenim hic quidem est materia, qui cæus rectus. & qui in lineis singularibus: qui uero absque materia his quidem, quæ in ratione sunt, posterior: partibus uero, quæ in singulari sunt, prior est. simpliciter autem non est dicendum, & si diuersa est, & non est anima animal, sic etiam quædam dicendum, quædam non dicendum, ut dictum est.

LECTIO XI.

**M**erito autem dubitatur etiam quænam formæ sint partes, quæ uero non: scilicet eius quod simul sumitur, cum

superius distinguere non solum inter materiam & formam, sed inter materiam communem, quæ est pars speciei, & inter materiam indiuidualem, quæ est pars indiuidui.

LECTIO XI.

**I**n ista parte determinat quædam dubitationem, quæ poterat oriri ex solutione præmissæ questionis. Distinguit enim, soluendo præmissam questionem inter partes speciei, & partes indiuidui, quod est compositum ex specie & ex materia. Et ideo hic quærit, quæ sint partes speciei,

part. 11.  
part. 12.  
part. 9.  
part. 2.

Tex. 637.  
part. 3.

part. 4.  
part. 7.  
part. 3.

speciei, & quæ non. Diuiditur ergo ista pars in partes tres. In prima determinat hanc dubitationem. In secunda ostendit quod restat dicendum ibi: Vtrum autem præter materiam. Tertio recapitulat ea quæ dicta sunt, ibi: Quid quidem igitur est quod quiderat. Circa primum tria facit. Primo mouet dubitationem. Secundo soluit, ibi: Quæcumque quidem igitur & cetera. Tertio solutionem manifestam colligit, ibi: Palam autem & cetera. Dicit ergo primo, quod cum dictum sit quod partes speciei ponuntur in diffinitionibus, non autem partes compositi ex specie & materia, merito dubitatur, quæ sunt partes speciei, & quæ non sunt partes speciei, & sed simul sumpti. In quo simul sumitur natura speciei cum materia ipsa indiuiduante. Si enim hoc non sit manifestum, non poterim aliquid recte diffinire, quia diffinitio nunquam est rei singularis, sed solum vniuersalis, ut supra dictum est. Et inter vniuersalia proprie est species, quæ constituit ex genere & differentia, ex quibus ois diffinitio constat. Genus enim non diffinitur, nisi etiam sit species. Unde patet, quod nisi sit pars speciei, non sit pars speciei, & quæ non est sit materia, sed sicut ad speciem ipsam pertinens, non erit manifestum qualis debeat esse diffinitio rei assignanda, cum non assignetur nisi speciei, & oportet in diffinitione speciei partes speciei ponere, & non partes, quæ sunt posteriores speciei. Deinde cum dicit.

manifesto existente, non est diffinire vnumquodque. Vniuersalis enim & species est diffinitio. Quæ igitur sunt partium ut materia, & quæ non, si non fuerint manifestæ, nec ratio erit manifesta quæ rei.

**B** Quæcumque quidem igitur videntur facta in diuersis specie, ut circulus in ære, & lapide, & ligno, hæc quidem manifesta esse videntur, quia nihil circuli substantiæ est, neque lapis, prope separari ab ipsis. Quæ uero non videntur separari, nihil prohibet similiter his se habere, ut si circuli omnes videntur ænei. nihil enim vtiq; minus erat quæ speciei. Hoc autem auferre mente est difficile, ut hominis species semper in carnibus apparet, & ossibus, & talibus partibus. Vtrum igitur hæc sunt partes huius speciei & rationis: aut non, sed materia? Sed quia non in alijs sunt, non possumus separare.

**C** Quoniam autem hoc videtur contingere, immanifestum autem quando, Dubitant autem quidam in circulo & in trigono, quasi non sit competens, lineis diffiniri & continuo, sed omnia hæc si militer dicit, ac si sint carnes & ossa hoīs, & quæ, & lapis circuli. & referunt oēs ad numeros. & lineæ rationem eam, quæ duorum esse dicunt. Et ideas dicentium, hi quidem ipsammet lineam dualitatem, hi autem speciem lineæ. Quidam spem eandem, & cuius spes: ut dualitatem, & spem dualitatis: in lineam uero non adhuc.

**B** ¶ Soluit propositam dubitationem. & circa hæc tria facit. Primo, ponit solutionem secundum opinionem Platonicorum. Secundo improbat eam, ibi: Accidit itaque vniuersali. Tertio, soluit secundam suam sententiam, ibi: Quare omnia reducere. Circa primum duo facit. Primo, soluit propositam dubitationem quantum ad sensibilia. Secundo quantum ad mathematica, ibi: Quoniam autem, primo, ergo dicit, quod in quibusdam manifestum est, quod materia non sit pars speciei, sicut in oibus illis, quæ manifeste apparent fieri in materijs diuersis in spem, sicut circulus inuenitur fieri in ære & in lapide & in ligno. Unde manifestum est, quod neque æs, neque lapis, neque lignum, est aliquid de substantia circuli, quasi pars existat huius speciei, quæ est circulus. Est autem hoc manifestum pro hoc, quod circulus a quolibet istorum separatur. Nihil autem potest separari ab eo, quod est pars speciei. sed quædam sunt, quorum species non inueniuntur fieri in diuersis materijs secundum spem, sed semper in eisdem sicut species hominis, quantum ad hoc, quod visibiliter apparet, non inuenitur nisi in carnibus & ossibus. Nihil tamen prohibet ut etiam ista, quæ non videntur a propria materia separata, similiter se habeant ad suas materias sicut illa, quæ esse possunt in diuersis materijs, & ab vnaquaque earum separari. Si enim poneremus, quod non viderentur sensibilibus aliqui circuli nisi ex ære, nihilominus tamen sic esset pars speciei circuli, & licet

A tunc non separaretur circulus actu ab ære, separaretur tamen mente, quia species circuli posset intelligi sine ære, ex quo non esset pars speciei circuli, licet difficile sit mente auferre & separare ab inueniente quæ actu non separantur. non enim est hoc nisi illorum, qui per intellectum supra sensibilia eleuari possunt.

**E**t hoc non existente manifesto, non sit diffinire vnumquodque. Vniuersalis etenim & forma definitio est. quæ igitur partium ut materiae sunt, & quæ non, si non sint manifestæ, nec ratio rei manifesta erit.

**Q**uæcumque igitur apparent aduentia in diuersis specie, ut circulus in ære, ligno, & lapide, hæc quidem manifesta esse videntur, quoniam nihil substantiæ circuli æs, neque lapis est; propterea quod ab eis separatur. Quæ uero non videntur separari, nihil quidem prohibet similiter his se habere, quemadmodum si circuli omnes viderentur ænei. nihil enim minus æs esset ipsius formæ. difficile tamen est hoc mente auferre. ut puta forma hominis semper in carnibus & ossibus, & talibus partibus apparet. Vtrum igitur sint etiam hæc partes formæ & rationis, an non, sed materia. uerum quoniam non adueniunt etiā in alijs, non possumus separare.

**C**um autem hoc videatur quidem contingere, quando uero, non est manifestum. Quidam etiā de circulo, & triangulo dubitant: tanquam non deceat lineis & continuo diffiniri, sed hæc omnia similiter dici sicut carnes aut ossa hominis, & æs & lapis circuli, & cuncta referunt ad numeros: & lineæ rationem, eam, quæ duorum esse dicunt. Eorum etiam, qui ideas dicunt, quidam ipsam lineam dualitatem, quidam lineæ formam: quædam etenim eadem esse formam & cuius forma, ut puta dualitatem & dualitatis formam. in lineam uero non est.

**M**ateria autem figurarum mathematicarum intelligibilis, est continuum, ut linea vel superficies, & ideo vult, quod linea non sit pars speciei circuli vel trianguli, quasi non sit compositus, quod triangulus & circulus diffiniuntur per lineas & continuum, cum non sint partes speciei, sed omnia ista similiter dicuntur ad circulum & triangulum, sicut carnes & ossa ad hominem, & æs & lapides ad circulum. Remouendo autem a triangulo & circulo continuum, quod est linea, nihil remanet nisi vniuersitas & numerus, quia triangulus est tres lineas habens, & circulus vnam. Et ideo, quia lineas non dicunt esse partes speciei, referunt omnes species ad numeros, dicentes quod numeri sunt species mathematicorum omnium. Dicunt enim, quod ratio duorum est ratio lineæ rectæ, propter hoc quod linea recta duobus punctis terminatur. Sed circa hoc inter Platonicos ponentes ideas, est differentia quædam: quidam enim non ponentes mathematica media inter species & sensibilia, dicentes species esse numeros, dicunt ipsam lineam esse dualitatem, quia non ponunt lineam medianam differentem a specie lineæ: quidam uero dicunt, quod dualitas est species lineæ, & non linea. Linea enim est quoddam mathematicum medium inter species & sensibilia, & dualitas est ipsa species, & secundum eos in quibuslibet non differunt species, & cuius est species, sicut in numeris, quia ipsas spes dicunt esse numeros: unde idem dicebant esse dualitatem, & speciem. S. Tho. super Metaphy. N 3 dualitatis.

dualitatis, Sed lineæ hoc non accidit secundum eos, quia lineam dicit aliquid participas speciem, cum multe lineæ inueniantur esse in vna specie, qd non esset, si ipsa linea esset ipsa species. Deinde cum dicitur.

**d** ¶ Improbatur prædictam solutionem, & ponit tres rationes, quarum prima est. Si soli numeri sint species, omnia ista, que participant vno numero, participant vna specie. Multa autem sunt diuersa species, quæ participant vno numero. Vnus enim & idem numerus est in triangulo propter tres lineas, & in syllogismo propter tres terminos, & in corpore propter tres dimensiones. Accidit igitur multorum specie diuersorum esse unam speciem. Quod non solum Platonicis, sed etiam Pythagoricis accidit, qui etiam ponebant naturam omnium rerum esse numeros. Secundam ponit ibi.

**e** ¶ Quæ talis est. Si carnes & ossa non sunt partes spiritus humani, nec lineæ spiritus trianguli, pari ratione nulla materia est pars speciei. Sed secundum Platonicos in numero dualitas attribuitur materiæ, unitas autem speciei, ergo sola unitas est species. Dualitas autem, & per consequens omnes alij numeri tanquam materia implicantes, non erunt species, & sic una tantum erit species omnium rerum. Tertiam ponit ibi.

**f** ¶ Quæ talis est. Illa sunt vnum, quorum spiritus vna est: si igitur omnium species est una, sequetur, quod omnia sunt vnum secundum speciem, & non solum quæ videtur esse diuersa. Potest tamen dici, quod hoc tertium non est alia ratio a secunda. Sed est inconueniens quod ex secunda conclusionem sequitur secundæ rationis. Postea ergo ratione, cui præmissa solutio imputabatur, & positæ rationibus contra præmissam solutionem, concludit dictum esse, quod illa, quæ sunt circa definitiones, habent dubitationem, & qua de causa. Et sic patet, quod per omnia præmissa ostendere voluit difficultatem præmissæ dubitationis. Deinde cum dicitur.

**g** ¶ Solutio præmissæ quæstionem sibi propriam sententiam, & quantum ad naturalia, secundo quantum ad mathematica, ibi: {Circus mathematica.} Dicit ergo primo, quod ex quo prædicta inconuenientia sequuntur remouentibus a specie rei omnia, que sunt materialia, siue sint sensibilia, siue non, patet ex dictis quod superfluum est, omnes spiritus rerum reducere ad numeros, vel unitatem, & auferre totaliter materiæ sensibilem & intelligibilem, sicut Platonicis faciebant. Quia quidam spiritus rerum non sunt formæ siue materiæ, sed sunt hoc in hoc forsitan, id est forma in materia, ita quod id, quod resultat ex forma in materia existente, spiritus est. Aut si non sunt sicut forma in materia, sunt se habentia sicut illa, quæ habent formam in materia. Proprie enim

part. 4.  
part. 5.  
T.com. 39.  
part. 6.  
part. 7.  
part. 8.

formam in materia habent naturalia, quibus quodammodo assimilantur mathematica, etiam in quantum proportio figuræ circuli vel trianguli ad lineas, est sicut proportio formæ hominis ad carnes & ossa. Et ideo, sicut species hominis non est forma aliqua sine carnis, & ossibus, ita forma circuli vel trianguli non est aliqua forma sine lineis. & ideo parabola, quam conuenit dicere de aiali Socra. iunior, non se bene habet. Videtur autem ipsum Platonem Socra. iunior non nominare, quia in omnibus libris suis introducit Socra. loquentem per hoc, quod fuerat magister eius. Opinionem autem Platonis de materialitate naturalium specierum vocat parabola, quia fabulis assimilatur, quæ componuntur ad aliquam sententiam metaphoricè in hunc modum. Propter quod in Tertio superius dixit, quod hæc opinio assimilatur opinionibus fingentium deos esse, & quod formæ eorum sunt sicut formæ humanæ. Ideo autem prædicta opinio non bene se habet, quia dicitur extra veritatem, in eo, quod facit opinari quod hoc modo contingat esse hominem sine partibus materialibus, sine carnis, & ossibus: sicut contingit circuli esse sine aere, quod manifeste non patet ad spiritus circuli, sed hoc non est simile. non enim sicut se habet homo ad carnes & ossa, sicut circulus ad aere, quia circulus non est aliquid sensibile secundum suam rationem, portum enim intelligi sine materia sensibili. vnde etiam, quod est materia sensibilibus, non est pars spiritus circuli, sed animal videtur esse quoddam sensibile: non enim potest diffiniri sine motu. Animal enim

**Accidit itaque vna multorum formam esse, quorum species videtur diuersa, quod etiam Pythagoricis accidebat.**

**Et contingit vnam omnium facere ipsam formam, cetera vero non formas.**

**Ac hoc modo vnum omnia erunt.**

**Quod itaque habent aliquam dubitationem ea, quæ circa definitiones sunt, & quam ob causam dictum est.**

**Quare cuncta ita reducerent, & auferre materiæ superfluum est. quædam namque fortasse hoc in hoc sunt, aut sic hæc habentia. Et comparatio de animali, quam iunior Socra. dicere solebat, non bene se habet. abducit enim a vero, & opinari facit, tanquam contingeret hominem sine partibus esse, quemadmodum absque aere circulum. Hoc autem non est simile. etenim sensibile quiddam fortassis animal est, & absque motu definire non est. quare neque sine partibus quodam modo se habentibus. non enim omnis pars hominis est manus, sed illa, quæ potest opus perficere. quare animata existens, non animata vero non est pars.**

**Circa Mathematica uero, cur rationes non sunt partes rationum? ut circuli ipsi semicirculi: hæc enim non sunt sensibilia. An nihil refert? erit namque quorundam etiam non sensibilibus materia, & omnis, quod non est quid erat esse. circuli itaque vniuersalis quidem non erunt, singularium vero erunt partes, ut prius dictum est. est etenim materia, quædam sensibilibus. quædam intelligibilis.**

T.com. 11.  
T.com. 11.  
T.c. 40.  
part. 11.  
Lect. 10.  
Tex. co. 17.  
Lib. 2.  
Tex. co. 13.  
Tex. co. 36.

hemicycla, id est semicirculi non ponuntur in diffinitione circuli. Non enim potest dici, quod hæc, scilicet hemicycla sint sensibilia, sicut aere sensibilibus materia. Sed sicut quod hoc nihil differt quantum ad propositum: vtrum scilicet partes materiæ sint sensibilia, vel non sensibilia, quia etiam non sensibilibus est aliquid materia intelligibilis. Et talis materia hæc, non est pars speciei, & omnis eius, quod non est quod quiderate esse & species eadem secundum se, sed est hoc aliquid, id est partium: aliquid demum stratum: quasi dicat: in omni eo, quod non est ipsa sua species, sed est aliquid individuum determinatum in specie, oportet esse aliquas partes materiæ, quæ non sunt partes speciei. Socra. n. quia non est ipsa sua humana itas, sed est habens humanitatem, ite, habet in se partes materiales, quæ non sunt partes speciei, sed quæ sunt partes huius materiæ: id est diuiduæ, quæ est indiuiduationis principium, ut has carnes, & hæc ossa. Et similitur in hoc circulo sunt hæc lineæ, quæ non sunt partes speciei. Vnde patet, quod huiusmodi non sunt partes circuli, qui est vniuersalis, sed sunt partes singularium colorum, sicut dictum est prius. Et propter hoc, semicirculi non ponuntur in diffinitione circuli vniuersalis, quæ sunt partes singularium colorum & non vniuersalis. Et hoc est verum tam in materia sensibili, quam in materia intelligibili. Vtroque enim modo inuenitur materiæ, ut ex dictis patet. Si autem esset aliquid indiuiduum, quod esset ipsa sua species, sicut si Socra. esset ipsa sua humanitas, non essent in Socra. aliquæ partes, quæ non essent partes humanitatis. Deinde cum dicitur.

**¶ Recolligit prædictam solutionem exemplificando eam in animali dicens, palam esse, quod anima est substantia prima, id est forma animalis, corpus autem materia, homo autem sicut animal id, quod est ex vtriusque, scilicet in vniuersali, sed Socra. & Coriscus quod est ex vtriusque in particulari. Quia anima dicitur dupliciter, scilicet in vniuersali, & particulari, vt anima, & hæc anima. Ideo autem oportet quod significat per modum totius, dicit vniuersaliter & singulariter, ea ratione, quia anima dicitur dupliciter, quia hoc competit secundum veranque opinionem hominum de anima. Sicut enim supra dictum est, alij dicunt hominem & animal esse animam, alij vero dicunt hominem & animal non esse animam, sed totum, id est compositum ex anima & corpore. Patet ergo, quod secundum illam opinionem, quæ dicit hominem esse animam, anima dicitur vniuersaliter & singulariter, vt anima, & hæc anima: & homo etiam dicitur vniuersaliter & particulariter siue singulariter, scilicet homo & hic homo. Similiter etiam sibi hanc opinionem, quæ dicit hominem esse compositum ex anima & corpore, sequitur quod si simpliciter dicatur vniuersaliter & singulariter, quæ etiam compositum dicatur vniuersaliter & singulariter. Sicut si anima est hoc, & corpus est hoc, quæ sunt simpliciter dicta tanquam partes compositi, quod etiam dicatur vniuersaliter & particulariter siue singulariter, non solum partes, sed etiam compositum. Deinde cum dicitur.**

**¶ Ostendit quid de cetero remaneat determinandum circa substantias, & ponit, quod duo remaneant determinanda, quorum primum est, quod cum determinatum sit, quæ substantia & quod est rerum sensibilibus & materialium, sunt ipsæ partes speciei, restat determinare, vtrum talium substantiarum, scilicet materialium & sensibilibus sit aliqua substantia præter materiæ, ita quod oporteat querere aliquam substantiam istorum sensibilibus, alteram ab ea quæ determinata est, sicut quidam dicunt numeros præter materiam existentem, aut aliquid tale. Et species vel ideas esse substantias horum sensibilibus, & de hoc per scrutandum est posterius. hæc enim per scrutatio est propria huic scientiæ. In hac enim scientia tentamus determinare de substantiis sensibilibus huius gratia, & id est propter substantias in materiales: quæ speculatio circa substantias sensibiles & materiales quodammodo pertinet ad Physicam, quæ non est prima philosophia, sed secunda, sicut i. Quæto habitum est. Prima enim philosophia est de primis substantiis, quæ sunt substantiæ immateriales, de quibus speculatur, non solum in quantum sunt substantiæ, sed in quantum substantiæ tales, in quantum scilicet immateriales. De sensibilibus vero substantiis non speculatur in quantum sunt tales substantiæ, sed in quantum sunt substantiæ: aut etiam in quantum substantiarum immaterialium. Physicus vero econuerso, determinat de substantiis materialibus, non in quantum sunt substantiæ, sed in quantum materiales & habentes in se principium motus. Et quæ potest aliquis credere, quod Scientia Naturalis non speculatur circa totas substantias materiales & sensibiles, sed solum circa materias eorum, ideo hoc remouet dicens, quod Physicus non solum oportet considerare de materia, sed etiam de ea parte, quæ est secundum rationem, id est de forma. Et magis etiam de forma, quam de materia, quia forma est magis natura quam materia, vt probatum est in 2. physice. Secundum vero, quod restat determinandum, est quomodo partes, quæ sunt in ratione, id est in diffinitione se habent, vtrum, sicut substantiæ existentes in actu, & quare etiam diffinitio eorum componatur ex multis partibus, est vna ratio. Palam enim est quod oportet diffinitionem esse vnam tantum rationem, quia res est vna. Diffinitio vero si significat quid est res. Sed per quid aliqua res habet partes efficitur vna, speculandum est posterius. Deinde cum dicitur.**

**¶ Recapitulat ea quæ sunt determinata dicens, quod est dictum, quid est quod quiderate esse, & quomodo id, quod est quod quiderate esse, est quod predicatur de omni, & quod predicatur secundum se. Et iterum dictum est, quare quorundam ratio significat quod quiderate esse, continet in se partes diffinitio, sicut diffinitio syllabæ continet literas: & quorundam non, sicut diffinitio circuli non continet semicirculos. Dicitur etiam, quod in ratione substantiæ, scilicet in forma, non ponuntur partes, quæ sunt partes substantiæ, sicut materia, quia tales non sunt partes substantiæ illius, id est forme, sed partes totius compositi. Cuius quædam**

part. 9.  
part. 10.  
T.c. 40.  
part. 11.  
Lect. 10.  
Tex. co. 17.  
Lib. 2.  
Tex. co. 13.  
Tex. co. 36.

vnum in multis, & sic posuerunt Platonici animal & hominem in sua vniuersalitate esse substantias. Quod Aristoteles in hoc capitulo intendit reprobare, ostendens quod animal commune, vel homo communis, non est aliqua substantia in rerum natura. Sed hanc communitatem habet forma animalis vel hominis secundum quod est in intellectu, qui vnam formam accipit vt multis communem, in quantum abstrahit eam ab omnibus in diuiduantibus. Ponit ergo ad propositum duas rationes, circa quarum primam dicit, quod videtur ex sequentibus rationibus impossibile esse, quodcumque eorum, quae vniuersaliter predicantur, esse substantiam, secundum id quod in sua vniuersalitate accipitur. Quod primo probatur ex hoc, quod substantia vniuersalisque, est propria, & non inest alij, sed vniuersale est commune multis. Hoc enim dicitur vniuersale quod natum est multis inesse, & de multis predicari. Si ergo vniuersale est substantia, oportet quod sit alicuius substantia, cuius ergo substantia erit? aut enim oportet quod sit substantia omnium quibus inest, aut vniuersale: non est autem possibile quod sit substantia omnium, quia vnum non potest esse substantia pluribus. Plura enim sunt, quorum substantia sunt plures & diuersae. Sed si dicatur, quod sit substantia vniuersalis quibus inest, & sequetur quod omnia alia quibus inest, sint illud vnum, quibus ponitur esse substantia. Oportet enim quod pari ratione, eorum etiam sit substantia, cum & eis similiter inest. Quorum autem substantia est vna, & quodquiderate esse vnum, oportet & ipsa esse vnum. Relinquitur ergo, quod ex quo vniuersale non potest esse substantia omnium, de quibus dicitur, nec vniuersale alicuius, quod nullius sit substantia. Sciendum autem, quod ideo dicitur quod vniuersale est quod natura est pluribus inesse, non autem quod pluribus inest, quia quaedam vniuersalia sunt, quae non continent sub se nisi vnum singulare, sicut sol & luna. Sed hoc non est, quin ipsa natura speciei quantum est de se, sit natura eius in pluribus, sed est aliquid aliud sicut probentibus,

LECTIO XIII.



Vm autem de substantia cogitatio sit, rursus redeamus. Dicitur autem, sicut subiectum substantia esse, & quod quid erat esse, & quod ex his, & vniuersale. De duobus itaque dictum est. Etenim de ipso quid erat esse, & de subiecto, quod dupliciter subijcitur, aut quodquid existens, vt animal passionibus: aut, vt materia actui. Videtur autem etiam vniuersale causa quibusdam esse maxime, ac esse principium ipsum vniuersale. quare de hoc etiam tractemus.

Videtur namque impossibile substantiam esse quodcumque eorum, quae vniuersaliter dicuntur. Prima namque substantia vniuersalisque, quae propria cuiusque est, quae alij non inest. vniuersale vero commune. hoc enim dicitur vniuersale, quod pluribus natura aptum est inesse. Cuius igitur hoc erit substantia? aut enim omnium, aut nullius. omnium vero non est possibile. vniuersale autem si erit, cetera quoque hoc erunt. Quorum enim substantia vna, & quodquid erat esse vnum, ipsa quoque vnum sunt.

vnum in multis, & sic posuerunt Platonici animal & hominem in sua vniuersalitate esse substantias. Quod Aristoteles in hoc capitulo intendit reprobare, ostendens quod animal commune, vel homo communis, non est aliqua substantia in rerum natura. Sed hanc communitatem habet forma animalis vel hominis secundum quod est in intellectu, qui vnam formam accipit vt multis communem, in quantum abstrahit eam ab omnibus in diuiduantibus. Ponit ergo ad propositum duas rationes, circa quarum primam dicit, quod videtur ex sequentibus rationibus impossibile esse, quodcumque eorum, quae vniuersaliter predicantur, esse substantiam, secundum id quod in sua vniuersalitate accipitur. Quod primo probatur ex hoc, quod substantia vniuersalisque, est propria, & non inest alij, sed vniuersale est commune multis. Hoc enim dicitur vniuersale quod natum est multis inesse, & de multis predicari. Si ergo vniuersale est substantia, oportet quod sit alicuius substantia, cuius ergo substantia erit? aut enim oportet quod sit substantia omnium quibus inest, aut vniuersale: non est autem possibile quod sit substantia omnium, quia vnum non potest esse substantia pluribus. Plura enim sunt, quorum substantia sunt plures & diuersae. Sed si dicatur, quod sit substantia vniuersalis quibus inest, & sequetur quod omnia alia quibus inest, sint illud vnum, quibus ponitur esse substantia. Oportet enim quod pari ratione, eorum etiam sit substantia, cum & eis similiter inest. Quorum autem substantia est vna, & quodquiderate esse vnum, oportet & ipsa esse vnum. Relinquitur ergo, quod ex quo vniuersale non potest esse substantia omnium, de quibus dicitur, nec vniuersale alicuius, quod nullius sit substantia. Sciendum autem, quod ideo dicitur quod vniuersale est quod natura est pluribus inesse, non autem quod pluribus inest, quia quaedam vniuersalia sunt, quae non continent sub se nisi vnum singulare, sicut sol & luna. Sed hoc non est, quin ipsa natura speciei quantum est de se, sit natura eius in pluribus, sed est aliquid aliud sicut probentibus,

D. 117.

hibens, sicut quod tota materia speciei comprehenditur in vno individuo, & quod non est necessarium multiplicari secundum numerum speciem, quae in vno individuo potest esse perpetua. Secundam rationem ponit ibi.

¶ Dicitur quod substantia dicitur quae non est de subiecto, & dicitur vniuersale semper de aliquo subiecto: ergo vniuersale non est substantia. videtur autem ratio haec non valere. Dicitur enim in predicamento, quod de ratione substantiae est, quod non sit in subiecto. Predicari vero de subiecto, non est contra rationem substantiae, vnde ponitur ibi secundum substantiam, quae predicatur de subiecto. Sed dicendum, quod secundum logicam considerationem loquitur Philosophus in predicamento. Logicus autem considerat res secundum quod sunt in ratione. Et ideo considerat substantias prout secundum accceptionem intellectus sunt intentioni vniuersalitates. Et ideo quantum ad predicacionem, quae est actus rationis, dicitur quod predicatur de subiecto. i. de substantia subiecte extra animam. Sed Philosophus primus considerat de rebus secundum quod sunt entia: & ideo apud eius considerationem non differt esse in subiecto, & de subiecto. Hic enim accipit dici de subiecto quod est in se aliqua res, & inest alicui subiecto existenti in actu: & hoc impossibile est esse substantiam. sic enim haberet esse in subiecto. Quod est contra rationem substantiae, quod etiam in predicamento est habitum. Deinde cum dicitur

¶ Sed an sic quidem non contingit, vt quodquiderate esse: in ipso autem existit, vt animal in homine & in equo. ergo palam, quia est quaedam ipsius ratio. Differt autem nihil, nec si non omnium ratio est eorum, quae sunt in substantia, nihil enim minus substantia erit haec alicuius, vt homo hominis, in quo existit. Quare idem accidit. Iterum enim erit substantia in illius substantia, vt animal, in quo est species, proprium existit.

¶ Amplius autem & impossibile & inconueniens hoc esse substantiam, si est ex aliquibus, non ex substantiis esse: nec ex eo quod hoc aliquid, sed ex quali. Prius enim erit non substantia & quale, substantia, & ipso hoc, quod est impossibile. Nec enim ratio, nec tempore, nec generatione, passionibus possibile est priores esse substantia, erunt enim separabiles.

¶ Amplius Socrati inerit substantia substantia, quare duorum erit substantia. Totaliter vero accidit esse in subiecto, & de subiecto.

Hic enim accipit dici de subiecto quod est in se aliqua res, & inest alicui subiecto existenti in actu: & hoc impossibile est esse substantiam. sic enim haberet esse in subiecto. Quod est contra rationem substantiae, quod etiam in predicamento est habitum. Deinde cum dicitur

¶ Sed an potest dici obuiando rationi primo inductae, quod non contingit vniuersale esse substantiam, sicut quodquiderate esse est substantia, sed tantum erit substantia in ipsis particularibus existens, sicut animal in homine & equo. non enim ita est natura animalis in homine, quod sit propria ei, cum sit etiam equi. quasi dicat, non potest sic responderi. Sequitur enim si hoc, quod est animal commune, sit substantia, quod huius substantiae sit aliqua ratio. Nec differt ad propositum, si non est ratio distinctiua omnium quae sunt in substantia. i. quae ponuntur in distinctiua, nec in finem procedatur in distinctiua, sed oportet omnes partes cuiuslibet distinctiua iterum distinctiua. nihil enim minus illa substantia oportet quod sit alicuius, licet non habeat distinctiua, quam si haberet. Sicut, si dicamus quod licet hoc ipsum, quod est homo communis, non habeat distinctiua, tamen oportet quod sit hominis substantia, in quo existit, ipsius, si hominis communis. Quare idem accidit quod & prius, quia oportet quod ista substantia communis, licet non ponatur propria alicui inferiorum, tamen erit propria illius substantiae communis in qua prima existit. Sicut si animal commune sit quaedam substantia, animal per prius predicabitur de illa communi substantia, & significabit eius substantiam propriam, siue sit distinctiua, siue non. Vnde non poterit ex quo haec substantia est propria vniuersali, de multis predicari. Deinde cum dicitur

¶ Ostendit quod vniuersale non est substantia, accipiendo ra-

tionem ex ea parte, qua vniuersale est pars distinctiua & essentialis, & circa hoc duo facit. Primo ponit rationes ad propositum. Secundo excludit quandam dubitationem, ibi: ¶ Habet autem quod accidit dubitationem. ¶ Circa primum ponit quatuor rationes, quarum primam ponit dicens, quod impossibile & inconueniens est id, quod est hoc aliquid & substantia, non esse ex substantiis, nec ex his, quae sunt hoc aliquid, sed ex his quae significant quale, si tamen est ex aliquibus. quod dicitur propter substantias simplices. Sequitur enim in, quod cum ea, ex quibus est aliquid, sunt priores, quod prius sit id, quod est non substantia, sed quale, eo quod est hoc aliquid, quod est impossibile: quia impossibile est passionem, & qualitates, & accidentia esse priores substantia ratione, aut tempore, aut generatione. Quod non sunt priores ratione, supra ostensum est ex eo, quod substantia ponitur in distinctiua ne accidit, & non econuerso. Itaque quod non sunt priores tempore ex hoc supra probatum est, ex quo etiam hic probatur, quia si queretur, quod passionem essent separabiles a substantiis, quod est impossibile. Et autem prius generatione, continetur sub eo quod est prius tempore, licet non econuerso. Ea enim, quae non habent ordinem ad generationem alicuius, licet sint priores tempore, non tamen sunt priores generatione: sicut equus non est prior generatione leone, qui nunc est, licet sit prior tempore. Partes autem, ex quibus aliquid constituitur, sunt priores generatione, & per consequens tempore, & quoad quod: etiam ratione, sicut supra ostensum est. vnde impossibile est, quod ex non substantiis componatur substantia. Vniuersalia autem significant non substantiam & hoc aliquid, sed significant quale quid, vt in predicamento dicitur de secundis substantiis. Ergo patet, quod ex vniuersalibus si sunt quaedam res praeter singularia, non possunt componi singularia, quae sunt hoc aliquid. Sed videtur quod haec ratio inconuenienter procedat. Secundum substantiam, quae sunt genera & species in genere substantiae, & si non significat hoc aliquid, sed quale, non tamen significat hoc modo quale, sicut passionem, quae significat qualitate accidentalem, sed significat qualitate substantialem. Ipse autem procedit hic, ac si significarent qualitate accidentalem. Sed dicendum est, quod si vniuersalia sunt res quaedam, sicut Platonici ponebant, oportet dicere, quod non solum qualitate substantialem, sed accidentalem significet. Omnis enim qualitas, quae est alia res ab eo, cuius est qualitas, est accidentalis. Sicut albedo est alia res a corpore, cuius est qualitas, & est in eo. vnde est qualitas sicut in subiecto, & ideo est accidentalis. Si ergo vniuersalia, in quantum vniuersalia sunt, sunt res quaedam, oportet quod sint alia res a singularibus, quae non sunt vniuersalia. Et ideo si significant qualitates eorum, oportet quod inest eis sicut substantiis, et per consequens quod significant qualitates accidentales. Sed ponentibus quod genera & species non sunt aliquid res, vel naturae aliquid singularibus, sed ipsamet singularia, sicut quod non est homo, qui non sit hic homo, non sequitur quod secundum substantiam significet accidentem, vel passionem. Secundam rationem ponit ibi

¶ Item substantia dicitur, quod non de subiecto: vniuersale vero de subiecto aliquo dicitur semper.

¶ Sed vtrum ita quidem non continetur inest, ut puta animal in homine, & equo. patet igitur quod erit aliqua eius ratio. differt autem nihil, si non omnium ratio est eorum, quae in substantia sunt. etenim nihil minus hoc erit substantia alicuius, ut homo hominis, in quo existit. quare iterum idem accidit. erit enim substantia illius substantia, ut animal speciei, in qua ut proprium existit.

¶ Item impossibile, ac inconueniens est ipsum quid, & substantiam esse, si ex aliquibus non ex substantiis, nec ex eo quod quid est, sed ex quali. Prius namque non substantia, & quale erit, quam substantia, & quod quid: quod impossibile est. nec ratione enim, nec tempore, nec generatione possibile est priores substantia esse, essent namque separabiles.

¶ Item Socrati substantia inerit substantia: quare duobus erit substantia. Et omnino si homo, & quaecumque

tempore. Omne enim, quod est prius generatione, est etiam prius tempore, licet non econuerso. Ea enim, quae non habent ordinem ad generationem alicuius, licet sint priores tempore, non tamen sunt priores generatione: sicut equus non est prior generatione leone, qui nunc est, licet sit prior tempore. Partes autem, ex quibus aliquid constituitur, sunt priores generatione, & per consequens tempore, & quoad quod: etiam ratione, sicut supra ostensum est. vnde impossibile est, quod ex non substantiis componatur substantia. Vniuersalia autem significant non substantiam & hoc aliquid, sed significant quale quid, vt in predicamento dicitur de secundis substantiis. Ergo patet, quod ex vniuersalibus si sunt quaedam res praeter singularia, non possunt componi singularia, quae sunt hoc aliquid. Sed videtur quod haec ratio inconuenienter procedat. Secundum substantiam, quae sunt genera & species in genere substantiae, & si non significat hoc aliquid, sed quale, non tamen significat hoc modo quale, sicut passionem, quae significat qualitate accidentalem, sed significat qualitate substantialem. Ipse autem procedit hic, ac si significarent qualitate accidentalem. Sed dicendum est, quod si vniuersalia sunt res quaedam, sicut Platonici ponebant, oportet dicere, quod non solum qualitate substantialem, sed accidentalem significet. Omnis enim qualitas, quae est alia res ab eo, cuius est qualitas, est accidentalis. Sicut albedo est alia res a corpore, cuius est qualitas, & est in eo. vnde est qualitas sicut in subiecto, & ideo est accidentalis. Si ergo vniuersalia, in quantum vniuersalia sunt, sunt res quaedam, oportet quod sint alia res a singularibus, quae non sunt vniuersalia. Et ideo si significant qualitates eorum, oportet quod inest eis sicut substantiis, et per consequens quod significant qualitates accidentales. Sed ponentibus quod genera & species non sunt aliquid res, vel naturae aliquid singularibus, sed ipsamet singularia, sicut quod non est homo, qui non sit hic homo, non sequitur quod secundum substantiam significet accidentem, vel passionem. Secundam rationem ponit ibi

¶ Dicitur quod si vniuersalia sunt substantiae, sequitur quod Socrati inerit substantia substantia. Si enim omnia vniuersalia sunt substantiae, sicut homo est substantia Socratis: ita animal erit substantia

part. 9. Tex. c6. 4.

Tex. c6. 4.

Tex. c6. 7.

Capitulum de substantia.

stantia

stantia hominis. Et ita ista dua substantia, una, quae est homo, & alia, quae est animal, erunt in Socrate. Et hoc est quod concludit: quare duorum erit substantia, & i. quare sequitur quod hoc quod dico animal sit substantia non solum hominis, sed etiam Socr.

Tex. cō. 45.

Et ita vna substantia erit in duobus cū tamen supra ostensum sit, quod vna substantia non est nisi vnus. Et non solum in Socrate hoc accidit, qđ dicitur est, sed corraliter in omnibus accidit, si homo & alia quae sic dicitur, sicut species, sunt substantia, & quod nihil eorum, quae ponitur in ratione specierū sit substantia, neq; quod possit esse sine illis, in quorū diffinitio ne ponatur, vel quod sint in aliquo alio, aut quod sit ipsum met aliud. Sicut qđ non erit quoddā animal qđ praeter aliqua animalia, & i. praeter species animalis. Et similiter est de omnibus alijs quae ponuntur in diffinitionibus, siue sint genera, siue differentiae. Et hoc ideo, quia cū species sint substantia, si ea erit, quae in diffinitionibus specierum ponitur, sunt substantia, in singularibus erunt plures substantia, & vna substantia erit plurimum, vt de Socrate dictum est. Patet igitur ex dictis, quod nullū vniuersale est substantia, & nullum eorum, quae communiter praedicantur, significat hoc aliquid, sed quale. Tertium ratione ponitibi.

parte. 7.

Tex. cō. 49. parte. 8.

g Sin autem tale, & alia quoc; multa accidit, & tertio homo. h Amplius autē est & ita manifestū. Impossibile. n. substantia ex substantijs esse in existentibus sic vt actu. Duo nanq; sic actu nunq; sunt vnū actu, sed si potestate duo fuerit, erit vnū, vt quae dupla, ex duobus dimidijs potestate. Act. n. separata. Quare, si substantia vnū, nō erit ex substantijs inexistētibus. Et secundum hunc modum quidē dicit Democritus recte. Impossibile. n. ait ex duobus vnū, aut ex vno duo fieri. magnitudines enim indiuisibiles, substantias facit. Similiter igitur manifestū, quia & in numero si se habeat, si est numerus compositio vnitatis. sicut dicitur a quibusdam. Ant. n. non vnū dualitas, aut nō inest vnitas in ipso actu.

Tex. cō. 50. parte. 9.

g ¶ Dicit quod si praedicta conclusio non concedatur, accidit multa inconuenientia, iter quae erit vnū, quod oportebit ponere tertium hoicim. Quod quidē potest exponi dupliciter. Vno modo vt praeter duos homines singulares, qui sunt Socr. & Plato, sit tertio homo, qui est communis, quod quidem nō est inconueniens secundum ponentes ideas, licet secundum rectam rationem inconueniens videatur. Alio modo, vt praeter hominem singularem & communē, ponatur tertius, cum communicent in nomine & ratione, sicut & duo homines singulares, praeter quos ponitur tertius homo communis, & ob hanc causam, quia communicant in nomine & diffinitione. Quartam rationem ponitibi.

h ¶ Dicit quod vniuersalia non sunt substantiae. Et hanc rationem. impossibile est animaliam substantiam esse ex pluribus

substantijs, quae sunt in ea actu. Duo enim, quae sunt in actu, nunquam sunt vnū actu: sed duo, quae sunt in potentia, sunt vnū actu, sicut patet in partibus continui. Duo enim dimidia vnus linea sunt in potentia in ipsa linea dupla, quae est vna in actu. Et hoc ideo, quia actus habet virtutem separandi & diuidendi. Vniuersales enim diuiduntur ab altero per propriam formam, vnde ad hoc, quod aliqua sunt vnū actu, oportet quod omnia concludantur sub vna forma, & quod non habeant singula singulas formas, quae sunt actu. Quare patet, quod si substantia particularis est vna, non erit ex substantijs in ea existentibus d. actu. & sic fit d. 971.

ita dicuntur, substantia est, accidit nihil eorum, quae in ratione sunt, alicuius substantiam esse, nec sine ipsis existere, nec in alio. Dico autem, ut puta, non esse aliquid animal praeter aliqua, nec ullum aliud eorum, quae in ratione sunt. Ex his itaque, considerantibus patet nihil eorum, quae vniuersaliter existunt, substantiam esse: nihilque eorum, quae communiter praedicantur, quod quid, sed tale significare.

Quod si non, & alia multa accidit, ac tertius homo.

Item sic quoque patet. Impossibile enim est substantiam esse substantijs esse, quae sic insunt, ut actu. quae enim duo sic actu sunt, nunquam vnū actu sunt, sed si potentia duo sunt, erunt vnū: ut duplex ex duobus dimidijs potentia. actus nanque separat. Quare, si substantia vnū, non erit ex substantijs existentibus, & secundum hunc modum, quem videt Democritus dicit. Impossibile enim ait esse ex duobus vnū, aut ex vno duo fieri. magnitudines namque indiuisibiles substantias facit. Patet igitur quod similiter & de numero se habeat, si numerus quidem compositio vnitatis est, ut a quibusdam dicitur, aut enim non est vnū dualitas, aut non inest in ea vnitas actu.

Habet autem quod accidit dubitationem. Si enim nec ex vniuersalibus possibile est ullam substantiam esse, propterea quod tale, & non quod quid significant, nec ex substantijs actu contingit ullam substantiam esse compositam, quicquam incompositum erit profecto omnis substantia: quare neque ratio ullius substantiae erit. At cunctis videtur, & iam dictum est, aut solius substantiae, aut maxime definitionem esse. nunc vero, nec huius: nullius igitur definitio erit. An quodam modo quidem erit, quodam modo vero non manifestum autem quod dicitur magis erit ex posterioribus.

coacuantur. Deinde cum dicit. i ¶ Mouet dubitationem circa praedicta dicens, quod id quod accidit ex praedictis habet dubitationem. Dicitur enim, quod ex vniuersalibus non potest esse aliqua substantia, propter hoc quod vniuersale non significat hoc aliquid, sed quale. Secundo dicitur est quod ex substantijs in actu non potest esse aliqua

aliqua substantia. Et sic videtur sequi, quod substantia non potest componi, neque ex substantijs, neque ex non substantijs: ergo sequitur, quod omnis substantia sit incomposita. Et ita cum diffinitiones non dentur de substantijs in coppositis, (quod patet per hoc quod diffinitio est ratio habens partes, vt supra dictum est) sequitur quod nullius substantiae sit diffinitio. Sed omnibus videtur (vt supra ostensum est) quod diffinitio, vel est solum substantiae, vel eius maxime. Nunc autem concluditur, quod si substantia non sit diffinitio, ergo sequitur, quod nullus sit diffinitio. Dicitur est autem ad praedictam dubitationem, quod quodammodo substantia est ex substantijs, quodammodo non. Hoc autem erit manifestum magis ex posterioribus in hoc capitulo, & in 8. Est enim ex substantijs in potentia, sed non in actu.

Tex. cō. 33.

Tex. cō. 51. parte. 1.

parte. 2.

Tex. cō. 56.

parte. 3.

parte. 4.

Tex. cō. 52. parte. 5.

parte. 6.

parte. 7.

parte. 8.

parte. 9.

parte. 10.

parte. 11.

LECTIO XIII.

Manifestum autem ex his ipsis, & euenit id eas dicentibus substantias separabiles esse, & simul spem ex genere facientibus, & differentijs. Si. n. species sunt, & animal in homine & equo, aut vnū & idem numero est, aut alterum.

b Ratione nanque palam quia vnū. eandem. n. exhibebit rationem dicens in vtroque. Ergo, si est aliquid homo. ipsum secundum se hoc aliquid & separatum, necesse & ex quibus: vt animal bipes, hoc aliquid significare, & esse separabilia & substantias: quare & animal.

c Si idem igitur & in equo, sicut tu in teipso, quo in separatis existentibus vnū erit.

d Et quare nō & sine ipso erit animal hoc?

e Deinde si quidem participatione bipedis & multipedis. im possibile aliquid accidit. contraria nanque simul inerunt ipsi vni, & huic enti. si aut nō, quis modus, cū dixerit vtique aliq; animal esse bipes, aut gressibile? Sed forsan componitur, aut copulatur, aut miscetur. Verū, omnia inconuenientia.

¶ Ostendit inconuenientiam, hic ostendit, quod nō sunt substantiae a sensibilibus separatae: & diuidit in partes duas. In prima ostendit, quod vniuersalia nō sunt substantiae separatae. In secunda manifestat quoddam, quod in superioribus dubium reliquerat, ibi ¶ Manifestum autem est quod substantiarum. ¶ Circa primum duo facit. Primo ostendit vniuersalia non esse substantias separatas. Secundo, ostendit, quod si sunt separatae; non sunt diffinibiles. ibi ¶ Quoniam vero substantia altera. ¶ Circa primum duo facit. Primo ostendit inconuenientiam, quae sequuntur ponentibus vniuersalia esse substantias separatas, comparando genus ad species. Secundo, comparando genus ad indiuidua. ibi ¶ Amplius autem in sensibilibus. ¶ Circa primum tria facit. Primo proponit quandam diuisionem. Secundo profertur primum membrum diuisionis. ibi ¶ Ratione nanque palam. ¶ Tertio, secundum ibi ¶ Sed si alterum in vnoquoque. ¶ Dicit ergo primo, quod ex praedictis etiam manifestum esse potest quid accidat de inconuenientibus, dicentibus ideas esse substantias & separabiles, quae dicuntur esse species vniuersales, & simul cum hoc ponentibus specie esse ex genere & differentijs. Haec enim duae positiones simul coniunctae, scilicet quod species componantur ex genere & differentia, & quod species vniuersales sunt substantiae separatae, quae dicuntur ideas, ducunt ad inconuenientia. Si enim ponantur species esse separatae, constat, quod vnū genus est in pluribus speciebus simul, sicut animal in homine & equo. Aut ergo hoc ipsum, quod est animal in homine & equo existens, est vnū & idem numero, aut alterum in homine, & alterum in equo. Inducit autem hanc diuisionem, quia Plato ponebat ideas specierum, non autem generum, cum tamen poneret communiter vniuersalia esse substantias. Deinde cum dicit. b ¶ Profertur primum membrum diuisionis, & primo ostendit quod dicit vnū & idem animal. Secundo, ostendit inconuenientiam, quae sequuntur hoc posito. ibi ¶ Si quidem ergo. ¶ Dicit

ergo, quod manifestum est, quod animal est vnū & idem itip homine & equo secundum rationem. Si enim assignetur ratio animalis secundum quod dicitur de vniuersalibus, scilicet homine vel equo, eadem ratio assignabitur, quae est substantia animalis sensibilis. Vniuersale enim praedicatur genus de speciebus, sicut & species de indiuiduis.

Parte seq.

LECTIO XIII.

X his autem ipsis id etiam patet, quod accidit illis quae ideas pariter substantias, & separatas esse dicunt: & pariter ex genere & differentijs faciunt formam. Si enim formae, & animal in homine sunt, & equo, aut vnū & idem numero sunt, aut alterum.

Ratione nanque patet quod vnū. eandem enim exhibebit rationem, qui dicit in vtroque. Si itaque aliquis homo est ipsum per se quoddam, & separatum, necesse est, ut etiam illa ex quibus. sicut animal, & bipes, quodquid significant, & separata, ac substantiae sint: quare, & ipsum, animal.

Si idem igitur, & vnū quiddam etiam in equo, sicut tu tibi ipse, quomodo in separatis existentibus vnū erit.

Et cur non etiam absque seipso erit animal hoc?

Deinde, si participabit quidem bipede, & multipede, impossibile quiddam accidit. contraria nanque simul inerunt ipsi vni, & huic quidem enti. si minus, quis modus est, cum aliquis dicat animal, & bipes, aut progressiuū esse. Sed fortassis componuntur, & tangunt, aut miscentur. At cuncta inconuenientia sunt.

separatis existentibus, sicut in carnibus & ossibus, quae sunt tui partes. Animal igitur, si sit vnū & idem, non poterit esse in pluribus speciebus, vt in homine & equo, cum species separatae secundum Platonicos sint quaedam substantiae adinuicem diuerse. Secundum ponit ibi.

d ¶ Homo enim, quia est vnū de multis praedicatur secundum Platonicos, non ponitur in particularibus, sed extra ea. Si ergo sit vnū animal quod praedicatur de omnibus speciebus, quare hoc ipsum quod est animal vniuersale, non est sine ipso? scilicet sine equo vel quacunque alia specie, vt per se separatum existens? non potest ratio conueniens assignari ab eis. Tertium ponit ibi dicens. e ¶ Constat quod species constituitur ex genere & differentia. aut igitur hoc est per hoc, quod genus participat differentiam, sicut subiectum participat accedens, vt hoc modo intelligamus ex animali, & bipede fieri hominem sicut ex albo, & homine fit homo albus. aut per aliquem alium modum. Et si quidem species fiat per hoc, quod genus participat differentia, sicut quod animal per participationem, bipedis fit homo, & per participationem multipedis fit equus; vel polypus, accidit aliquid impossibile. Cum enim genus, quod praedicatur de diuersis speciebus, ponatur esse vna substantia, sequitur quod contraria simul insunt ipsi animali, quod in se est vnū & hoc ens, scilicet demonstrabile. Differentie enim, quibus diuiditur genus, sunt contrariae. Si autem non sit ex animali, & bipede homo per modum participationis, quis modus erit cum aliquis dixerit animal esse bipes, vel gressibile, constituens

uens ex his duobus vnum? quasi dicat, de facili non potest assignari. Et ideo subiungit. Sed forsitan componitur quasi dicat: nunquid poterit dici, quod ex his duobus fiat vnum per compositionem, sicut domus fit ex lapidibus: aut per copulationem, sicut arca fit ex lignis conlata: aut per mixtionem, sicut electuarium fit ex speciebus alteratis? his enim modis iuvenitur ex duab, vel pluribus substantijs per se existentibus aliquid vnum fieri, sed omnes isti modi sunt inconuenientes. non enim possent genus & differentie prædicari de specie, præ nec partes compositæ vel copulatæ vel mixtæ predicantur de suis totis. Et præterea vnum non venit in compositione diuersorum & rationaliter, sed partes diuisim sunt, ita quod vna pars eius sit in compositione huius, & alia in compositione alterius: sicut vna pars ligni uenit in compositione domus, & alia in compositione arce. Vnde, si ex animali & bipede fieret homo & auis, modis prædictis, sequeretur quod non tota natura animalis esset in homine, nec in aue, sed alia & alia pars. & sic iterum non esset idem animal in vtroque. Deinde cum dicitur, Profecquitur secundum membrum diuisiōis dicitur, quod inconueniens sequitur, si ponatur non vnum animal esse in omnibus speciebus. Dicit autem ad quatuor inconuenientia, quorum primum ponit sic dicens. Ostensum est, quid sequatur ponentibus vniuersalia esse substantias, si ponatur vnum animal esse in omnibus speciebus. Sed propter hoc potest aliquis dicere, quod sit alterum animal in vnaquaque specie, ergo erunt infinita quorum substantia est animal, vt est consequens dicere ad prædictam positionem. Est enim animal substantia cuiuslibet speciei contentæ sub animali. Non enim potest dici, quod homo fiat ex animali secundum accidens, sed per se, & ita animal ad substantiam equi pertinet, & bouis, & aliarum specierum, quæ sunt feræ infinitæ. Quod autem aliquid vnum cedat in substantia infinitorum, videtur esse inconueniens. Secundum inconueniens ponit ibi. Dicit quod sequetur etiam, quod si ipsum animal idest substantia animalis vniuersalis, erit multa: quia animal, quod est in vnaquaque specie, est substantia illius speciei, de qua prædicatur. Non enim predicatur de specie, sicut de quodam alio diuerso a se in substantia. Si autem non predicatur animal de homine, sicut de diuerso, poterit dici inconueniens, quod homo erit ex illo scilicet ex animali, sicut ex sua substantia, & quod illud scilicet animal, sit etiam genus eius, prædicatur de eo in eodem quod est. Relinquitur ergo, quod sicut illa, de quibus prædicatur animal sunt multa, ita ipsum animal vniuersale esse multa. Deinde cum dicitur.

parte 6.

parte 7.

parte 8.

D. 364.

parte 9.

parte 10.

Tex. c. 53. parte 1.

**f** Sed si alterum in vnoquoque. Infinita ergo erunt, vt est conueniens dicere, quorum substantia animal. Non enim est secundum accidens ex animali homo.

**g** Amplius multa erunt ipsum animal. Substantia enim quod in vnoquoque animal. non enim de alio dicitur. Si autem non, ex illo erit homo, & genus ipsius illud.

**h** Et amplius idem omnia, ex quibus homo. Igitur non alterius quidem erit idea, alterius vero substantia. impossibile namque. Ipsū igitur animal erit vnumquodque eorum, quæ in animalibus sunt.

**i** Amplius ex quo hoc. Et quomodo possibile est esse animal, quod est substantia hoc ipsum, præter ipsum animal?

**k** Amplius autem in sensibilibus hæc accidunt, & his absurdiora. Si itaque impossibile sit se habere, palam, quia non est idea ipsorum, sicut quidam dicit.

LECTIO XV.

**V**oniam vero substantia altera, & quod simul totum, & ratio. Dico autem quia hæc quidē sic est substantia cum materia concepta ratio, illa vero ratio totaliter. Quæcūque quidē igitur ita dicunt horū quidē est corruptio. Etenim generatio. Rōnis autē non est ita vt corrumpatur. nec enim generatio. ( Non enim sit

dam substantia per se existens, & tñ animal sit hoc ipsum quod est homo. Hæc enim videtur esse opposita, q homo sit præter aial, & tñ animal sit hoc ipsum, quod est homo. Deinde cum dicitur. **k** Improbatur prædictam positionem per comparisonem generum ad singularia dicens, quod hæc eadem inconuenientia, quæ accidunt ponentibus genera, & vniuersalia esse substantias in speciebus, accidunt & insensibilibus singularibus, & etiam multa his absurdiora, in quantum natura generis magis remota est a singularibus sensibilibus, & materialibus, quam a speciebus intelligibilibus & immaterialibus. Si itaque impossibile sit esse, palam est, quod idea non est ipsorum sensibilibus, sicut Platonicus dicitur.

**h** Ponit tertium inconueniens dicens, quod vterius ex prædictis sequitur, quod omnia illa, ex quibus est homo, superiora genera & differentie sunt idem: quod est contra positionem Platonicorum; qui ponebant solas species esse ideas particularium, genera vero & differentias non esse ideas specierum. Et hoc ideo quia idea est proprie exemplar idearū. Formam suam formā. Formæ autem generis non est propria formis specierum, sicut forma speciei est propria in diuisiuis, quæ conueniunt in formam, & differunt in materia. Sed, si sunt diuersa animalia secundum diuersas species, vni cuique speciei respondet aliquid de substantia sui generis, sicut propria idea. Et ita etiam erunt genera idea, & similiter differentie. Non ergo alteri vniuersali erit quod sit idea, & alteri quod sit substantia, sicut Platonicus ponent dicentes quidē genera esse substantias specierum, species vero ideas indiuiduorum. Impossibile namque est ita esse, vt ostensum est. Sequitur igitur ex prædictis quod ipsum animal, i. substantia animalis vniuersalis sit vnumquodque; corūque sunt in animalibus. i. quæ continentur inter species animalis. Quartū ponit ibi.

**Sed diuersum in vnoquoque est. Infinita igitur ut ita dicam, erunt, quorum substantia animal est, non enim secundum accidens ex animali homo est.**

**Item multa erit ipsum animal, nam, & substantia animal est, quod in vnoquoque est: non enim secundum aliud dicitur. Quod si non, ex illo erit homo, & genus eius illud.**

**Ac idem omnia, ex quibus homo, idea, non igitur alterius quidem idea erit, alterius vero substantia. impossibile namque est: ipsum ergo animal erit vnumquodque eorum, quæ in animalibus sunt.**

**Item ex aliquo hoc ipso erit, & quomodo est ex ipso animali, aut quomodo est possibile esse animal, quod hoc ipsum substantia est, præter ipsum animal.**

**Item in sensibilibus & hæc accidunt, & his absurdiora. Quod si impossibile est ita se habere, patet quod non est eorum idea ita, ut quidam aiunt.**

LECTIO XV.

**V**m autem substantia altera sit, ipsum scilicet totum, & ratio. dico autem quod illa quidem ita substantia est cum materia simul accepta ratio, hæc vero ratio simpliciter. Quæcūque igitur illo modo dicuntur, eorum quidem est corruptio: nam, & generatio rationis autem non est, ita ut corrumpatur. nec enim generatio est ( non enim sit do-

dam substantia per se existens, & tñ animal sit hoc ipsum quod est homo. Hæc enim videtur esse opposita, q homo sit præter aial, & tñ animal sit hoc ipsum, quod est homo. Deinde cum dicitur. **k** Improbatur prædictam positionem per comparisonem generum ad singularia dicens, quod hæc eadem inconuenientia, quæ accidunt ponentibus genera, & vniuersalia esse substantias in speciebus, accidunt & insensibilibus singularibus, & etiam multa his absurdiora, in quantum natura generis magis remota est a singularibus sensibilibus, & materialibus, quam a speciebus intelligibilibus & immaterialibus. Si itaque impossibile sit esse, palam est, quod idea non est ipsorum sensibilibus, sicut Platonicus dicitur.

LECTIO XV.

**N** hoc loco Philosophus ostendit, quod idem, quæ ponuntur separatæ a Platonicis, non possunt diffiniri. Et hoc ideo, quia Platonicus ad hoc seipsum ponebat ideas, vt eis adaptarentur & diffinitiones, & demonstrationes, quæ sunt de necessarijs, cum ista sensibilia videretur oia in motu consistere. & circa hoc duo facit. Primo ostendit rationes quod ideas non possunt diffiniri. Secundo per signum ibi. Quoniam

**Q**uoniam propter quid nullus. Circa primum ponit tres rationes, quarum primam ponit sic dicens, quod substantiarū alia est scilicet ratio idest sicut quod dicitur esse & forma, & alia est sicut compositum ex materia, & forma, quod est totum simul coniunctum ex materia, & forma. Dico autem eas esse alteras

quia hoc quidem scilicet substantia, que est totum, sic est substantia, sicut habens rationem conceptam cum materia. Illa vero, quæ est sicut forma, & ratio, & quod dicitur esse, est totaliter ratio, & forma non habens materiā indiuidualem adiunctā. Quæcūque igitur dicuntur substantiæ hoc modo sicut composita, eorum potest esse corruptio. ostensum est enim supra, quod eorum solum est generatio, quæ ex materia, & forma componitur. Corruptio autem & generatio sunt circa idem. Ipsius autem substantiæ, que est sicut ratio, vel quod dicitur non est ita corruptio, quod ipsa per se corrumpatur. Ostensum est enim supra, quod non est eius generatio, sed solum compositi. non enim sit quod dicitur esse domui, vt supra ostensum est, sed sit quod est propriū huic domui. Generat enim hæc domus particularis, non autem ipsa species domus. Sed tamē huiusmodi formæ, & quidditates aliquando sunt, & aliquando non sunt, sine generatione, & corruptione idest sine hoc, quod ipsa generentur, vel corrumpantur per se, sed incipiunt esse, & non esse alijs generatis, & corruptis. Ostensum est enim supra, quod nullus in naturalibus generat hæc scilicet formas, & quidditates, nec etiam in artificialibus, sed hoc agens singularia generantur, & corrumpuntur, substantiarum sensibilibus singularium non potest esse, nec diffinitio, nec demonstratio. Habet enim materiam indiuidualem, cuius natura est talis, vt id, quod ex ea constituitur, contingat esse, & non esse, quia ipsa materia quantum est in se, est in potentia ad formam, per quā realis est, & ad priuationem, per quam res materialis non est. Et ideo omnia singularia de numero ipsorum sensibilibus, quorum materia est in potentia ad esse, & non esse, sunt corruptibilia. Corpora tamen cælestia non habent materiam huiusmodi, que sit in potentia ad esse, & non esse, sed solum ad vbi. & ideo non sunt corruptibilia. Si ergo demonstratio est necessarium, vt probatum est in Posterioribus, & diffinitio etiam est scientifica idest faciens scire, quæ est quasi medium demonstrationis, que est syllogismus faciens scire, sicut non contingit quæ sit scitiam, & quæ ignorantiā, quia quod scitur, semper oportet esse verū, sed id quod est tale idest quod quæ sit, potest esse verum, quæ falsum, est opinio, ita etiam non contingit demonstrationem, nec diffinitionem esse eorum, quæ possunt se

Tex. c. 27.

Tex. c. 27.

T. cōm. 54. p. 11.

Primo posteriorum. Tex. c. 6. 16.

aliter habere, sed solum opinio est huiusmodi contingentium. Si in quā, ita est, palam est, quod non erit nec diffinitio, nec demonstratio ipsorum singularium corruptibilium sensibilibus, non enim huiusmodi corruptibilia possunt esse manifesta, scientiam habentibus de eis, sicut recesserunt a sensu, per quam cognoscuntur. Et ideo saluatis eisdem rationibus in anima singularium idest speciebus, per quas cognoscitur, non erit de eis nec diffinitio, nec demonstratio. Et propter hoc, oportet cum aliquis eorum, qui student, sed assignandum terminum idest diffinitionem alicuius rei, diffiniri aliquid singulare, quod non ignoret, quia semper contingit auferre singulare, manente, tali ratione, quæ ipse fugit in anima. Et hoc ideo, quia non contingit vere diffinire singulare. In his enim, quæ vere diffiniuntur, manet cognitio diffinitæ, quando manet cognitio diffinitionis in anima. Si igitur singulare diffinitum non potest, ita nec idea possibile est diffinire. Ideam enim oportet esse singularem secundum eam, quæ ponuntur de idea. Ponunt enim quod idea est quoddam per se existens ab omnibus alijs separatam. Hæc autem est ratio singularis. Deinde cum dicitur.

**part. 16.** **¶** Ponit quartum inconueniens, quod eis sequitur dicens, qd necesse est Philosophis ponentibus principia esse contraria, qd sapientia prima, & honoratissima scientia, sit aliquid contrarium, quia sapientia est de primo principio, vt in Primo ostensum est. Vnde, si primo principio non est aliquid contrarium, quia omnia contraria habent naturam, quæ est in potentia ad vtrūq; contrariorū: Primum autem principium secundū nos est immateriale, vt ex dictis patet: vnde relinquitur, quod primo principio nō sit contrarium aliquid, & quod Prima scientia non sit contraria aliqua scientia, sed solum ignorantia. Deinde cum dicit. **¶** Descendit ad opinionem ponentium substantias separatas, & primo ostendit, qd inconueniens sequitur non ponentibus eas, & dicit quod si non sint alia entia, præter sensibilia, non erit primum principium, sicut ostensum est, nec ordo rerum qualis assignatus est, nec generatio perpetua, nec principia, qualia supra posuimus, sed semper erit principium principium infinitum, vt pote qd Socrates generetur a Platone, & ille ab illo, & sic in infinitum, vt visum est omnibus antiquis Philosophis naturalibus. nō enim ponebant aliquod principium vniuersale primum, præter ista principia particularia & sensibilia. **¶** Ostendit quod inconueniens sequitur ponentibus naturas quasdam separatas, & primo quantum ad eos, qui ponebant in huiusmodi naturis connexionē quædam originis. Secundo quantum ad eos, qui hoc non ponebant, ibi. **¶** Dicitur autem numerum. **¶** Circa primum ducit ad quatuor inconuenientia, quorum primum est, quod species & numeri, quæ ponebant quidam præter sensibilia, nullius causæ videntur esse. Sed si sint alicuius causæ, non videbitur aliquid esse causam motus, quia huiusmodi non videntur habere rationem principiorū motuum. Secundo ibi. **¶** Ducit ad aliud inconueniens. numerus enim non est magnitudo. magnitudo autem non est nisi ex magnitudinibus, vnde impossibile videtur assignare, quomodo magnitudo, & continuum sunt ex numeris, qui non sunt continui. Non enim potest dici, quod numerus causat continuum, sicut principium motuum & formale. Tertium ponit ibi. **¶** Dicens, quod si species & numeri sunt prima principia, cum in speciebus & numeris non inueniatur contrarietas, sequitur, qd non erunt cōtraria principia prima, quia non ponuntur facti

ua & motua. & sic continget non esse generationem & motum. **A** Quia si prima principia non sunt mouentia, sed potentia causantur ex primis principijs, sequitur, quod sunt in potentia priorum principiorum. Quod autem potest esse, potest & non esse. Vnde sequitur, quod generatio & motus, non sunt sempiterna, sed sunt sempiterna, vt supra positum est. Interim dicitur est igitur aliud præmissorū, scilicet quod ponebantur prima principia non esse mouentia. Et hoc dictū est, scilicet in Primo libro, quomodo prima principia sunt mouentia. Quartum ponit ibi. **¶** Dicens, quod nullus istorum dicere potest, quid faciat vni, esse numerum, aut animam & corpus, aut vniuersaliter formam, & id cuius est forma, nisi dicat, quod mouēs hoc facit, sicut nos supra diximus in octauo. Species autē & numeri non habent rationem causæ mouentis. Deinde cum dicit. **¶** Ostendit quod inconueniens sequitur secundum illos, qui ponunt huiusmodi naturas esse inconexas, dicens, quod ponentes primum in rebus esse numerum mathematicum, vt Pythagorici posuerunt, & sic consequenter semper aliam naturam habitam, sicut est consequens, videlicet, quod post numerum magnitudinem: nempe post magnitudinem, sensibilia, & dicentes cuiuslibet nature esse alia, & alia principia, sicut qd alia sunt principia, numerorum, & alia magnitudinum, & alia sensibilibus, ista, inquam, sic dicentes, faciunt substantiam vniuersalem esse, inconexam, sicut sine ordine, ita quod vna pars nihil conferat ad aliam, vel ad alterā, sive sit, sive nō sit. & similitur facit multa principia inconnexa. & hoc non potest esse, quia entia non volunt male disponi. Dispositio enim entium naturalium est qualis optima potest esse. Et hoc videmus in singulis, quod vniuersum quod est, optima dispositio in sua natura. Vnde multo magis oportet hoc existimare in toto vniuerso. Sed pluralitas principiorum non est bonum. Sicut non esset bonum, quod essent diuersæ familiæ in vna domo, quæ inuicem non communicarent. Vnde relinquitur, quod totum vniuersum, est sicut vnus principatus, & vnus regnum. Et ita oportet quod ordinetur ab vno gubernatore. Et hoc est, quod concludit, quod est vnus princeps totius vniuersi, scilicet primum mouens, & primum intelligibile, & primum bonum, quod supra dixit Deum, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Leet. 6.

Tex. cō. 12. & ind.

Commentariorum S. Thomæ Aquinatis super duodecim libros Metaphysicorum Aristotelis finis.



D I V I  
T H O M A E A Q V I N A T I S,  
D O C T O R I S A N G E L I C I,  
L I B E R D E E N T E, E T E S S E N T I A,

*Cum commentariis*

R E V E R E N D I S S. I N C H R I S T O P A T R I S

D. D. T H O M A E D E V I O, C A I E T A N I,

O r d i n i s P r a e d i c a t o r u m S. R. E. t i t u l i S. X y s t i P r e s b y t e r i C a r d i n a l i s,  
a r t i u m, & s a c r a e T h e o l o g i a e D o c t o r i s c e l e b e r r i m i.

S E R I E S C A R T A R V M  
A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X.  
O m n e s s u n t Q u a t e r n i o n e s, p r a e t e r X T e r n i o n e m.



R O M A E,

A p u d h a e r e d e s A n t o n i i B l a d i, & I o a n n e m O s m a r i n u m L i l i o t u m s o c i o s.

M D L X X.

**P** vs t s r v d insigne in duas partes diuiditur principales, in proemium scilicet, & tractatum incipientem ibi, Sciendum est &c. In proemio artem Rhetoricam seruando tria agit. Primo reddit auditores beneuolos, utilitatem & necessitatem dicendorum ostendens taliratione. Omnis errans circa principia omnium intelligibilium magis errabit circa alia omnis errans circa essentiam & ens errat circa principia omnium intelligibilium, ergo omnis errans circa essentiam & ens magis errabit circa alia. velle igitur & necessarium est tradere notitiam de essentia & ente ad vitandos multiplices errores, qui ex eorum ignorantia accidunt. Huius rationis Maioris subintellecta probatio ponitur in litera sumpta ex primo caeli, text. Comment. 33. Minor aut probatur auctoritate Auicennae primo suae Meta. capite 5.

P R O E M I V M  
S. T H O.



**Q** V I A P A R V S error in principio, magnus est in fine, secundum Philosophum primo Caeli & Mundi, ens autem & essentia sunt, quae primo

Ita. 33.

ente ad vitandos multiplices errores, qui ex eorum ignorantia accidunt. Huius rationis Maioris subintellecta probatio ponitur in litera sumpta ex primo caeli, text. Comment. 33. Minor aut probatur auctoritate Auicennae primo suae Meta. capite 5. ¶ Ad euentiam Maioris & suae probationis scito, quod quia principium est paruum in quantitate, ideo error in principio parvus appellatur: & quia principium est magnum in virtute, utpote virtualiter continens omnia principia, ideo error in principio parvus, in fine efficitur magnus. Crescit enim error, sicut & dilatur principium in suis principiatibus, ut manifeste patet in principio biui, in quo modica deuiatio ad magnam distantiam deducit in procellu.

Q V A E S T I O I.

Quaest. 1.

**A** D E V I D E N T I A M minoris occurrit dubitatio in hoc studio crita, An scilicet ens sit primo cognitum ordine originis ab intellectu nostro.

¶ In hac quaestione quinque agam. Primo declarabitur in quo stat difficultas quaestionis: secundo ponetur opinio Scoti cum fundamentis suis: tertio ponetur opinio S. Tho. & impugnabitur simul opinio Scoti: quarto arguetur contra dicta Sancti Thomae, & respondebitur: quinto satisfiet argumentis principalibus.

¶ Q u o a d p r i m u m n o t a n d u m e s t, q u o d v n i u e r s a l e, q u o d t a n t u m a b i n t e l l e c t u d i r e c t e c o g n o s c i s u p p o n i m u s, d u p l i c e m h a b e t t o t a l i t a t e m: e s t e n i m t o t u m d i s t i n c t i b i l e, & e s t t o t u m v n i u e r s a l e. D i f f e r u n t a u t e m h a e t o t a l i t a t e s t r i p l i c i t e r. P r i m o, q u i a t o t a l i t a s d i s t i n c t i u a f u n d a t u r s u p r a a c t u a l i t a t e s r e i: t o t a l i t a s a t t r e m v n i u e r s a l i s s u p r a v i r t u t e m, s e u p o t e s t a t e m. S e c u n d o, q u i a i l l a e s t i n o r d i n e a d s u p e r i o r a, s i h a b e t e a: i s t a v e r o e s t i n o r d i n e a d i n f e r i o r a. T e r t i o, q u i a i l l a n a t u r a l i t e r e s t i s t a p r i o r. E t s i c u t h a b e t d u p l i c e m t o t a l i t a t e m i p s u m v n i u e r s a l e, i t a h a b e t d u p l i c e m c o g n i t i o n e m, c o n f u s a m, & d u p l i c e m d i s t i n c t a m. P r i m a c o g n i t i o c o n f u s a, e s t q u a c o g n o s c i t u r v t t o t u m d i s t i n c t i b i l e, n o n r e s o l u e n d o i n p a r t e s d i s t i n c t i u a s. S e c u n d a c o g n i t i o c o n f u s a, e s t q u a c o g n o s c i t u r v t t o t u m v n i u e r s a l e, n o n c o m p o n e n d o i p s u m c u m p a r t i b u s s u b i e c t i u i s. P r i m a d i s t i n c t a, e s t q u a c o g n o s c i t u r t o t u m d i s t i n c t u m, r e s o l u e n d o i p s u m i n s i n g u l a s p a r t e s d i s t i n c t i o-

nis, & haec respondet primae confusae. Secunda distincta, est qua cognoscitur totum vniuersale, componendo ipsum cum suis partibus subiectiuis: & haec respondet secundae confusae. Differunt aut illae duae cognitiones confusae inter se tripliciter. Primo, quia prima cognitio respicit obiectum, vt totum distinctibile. Secunda vero totum vniuersale. Tertio, quia prima nulla notitia distincta eiusdem obiecti secum comparatur. Secunda vero comparatur secum notitia distincta eiusdem obiecti in eo quod totum distinctibile, vt potentia sibi opposita. Similiter, n. ignoro animal in suis speciebus, & noui qd sit animal.

Cap. 5. in princip.

in intellectu concipiuntur, vt dicit Auicenna in Metaphysica: ideo primo, ne ex eorum ignorantia errare contingat, ad horum difficultatem aperienda dicendum est, quid nomine Essentiae, & Entis significet, & quomodo in diuersis inueniatur, & quomodo se habeant ad intentiones logicas, scilicet genera, species, & differentias.

turaliter est prior secunda: ex quibus pono verbalis differentia. Et prima vocetur cognitio confusa actualis: secunda vero notitia virtualis confusa. Ite merito, eo quod prima cognitione cognoscitur confusa id, qd actualiter in obiecto reperitur: secunda vero cognoscitur confusa id, quod virtualiter in obiecto includitur.

¶ Ille uero duae distincte cognitiones differunt etiam tripliciter. Primo, quia prima cognitione penetrat res, vt totum distinctibile: secunda vero, vt totum vniuersale. Secundo, quia prima comparatur secum eiusdem obiecti aliqua cognitione confusam vniuersalem. Ite vt pote sibi non opposita: secunda vero nulla confusam secum comparatur. Cum notitia enim animalis cum suis speciebus non fiat ignorantia animalis in se: & ex hac sequitur tertia differentia, quod secunda distincta infert primam, & non e conuerso. Ex quibus pono et hic verbalis differentia, & prima quidem vocetur notitia distincta actualis: secunda vero notitia distincta virtualis. & merito: quia prima penetrat res secundum id quod actualiter in ea inuenitur: secunda autem cognoscitur res secundum id, quod virtualiter in ea includitur.

¶ Ex his elicio primo definitiones istarum quatuor cognitionum: deinde coordinationes quatuor earundem. Et quia priuatio cognoscitur & diffinitur per suum habitum, ideo a distinctis incipiendo, dicitur quod cognitio distincta actualis est, qua penetratur id, quod actualiter in obiecto inuenitur. Cognitio confusa actualis est, qua circa penetrationem cognoscitur id, quod actualiter in obiecto inuenitur. Cognitio distincta virtualis est, qua obiectum penetratur secundum id quod virtualiter in ipso includitur. Cognitio confusa virtualis est, qua obiectum secundum id quod virtualiter in ipso includitur, non perfecte cognoscitur.

¶ C O O R D I N A T I O N E S Harum cognitionum sunt istae. Prima est cognitio confusam actualium: secunda confusam virtualium: tertia distinctarum actualium: quarta distinctarum virtualium. In prima est cognitio, qua cognoscitur substantia in seipsa non penetrando tamen, & cognitio, qua cognoscitur corpus ut corpus: & qua corpus animatum vt sic, & qua animal vt sic, & qua homo vt sic, semp absque penetratione. I. absque hoc quod habeatur ratio formalis clara & resoluta. In secunda sunt cognitiones oppositae supradictis, scilicet qua substantia, & qua corpus, & qua Tho. de Ente & essen. A animal,

animal, & qua homo quidditatiue cognoscuntur. In secunda sunt cognitiones, quibus substantia, corpus, corpus animatum & anima cognoscuntur, non componendo cum inferioribus suis. In quarta sunt cognitiones his oppositae, scilicet qua substantia iam cum suis inferioribus perfecta cognitione componitur totum vniuersale, scilicet cum suis partibus, & qua corpus similiter cum suis partibus subiectiuis penetratur: & sic de aliis.

infra q. 85. artic. 3.

Cum autem, vt ex dictis patet,ordo cognitionum confusorum actualium sit via originis prior ceteris, primum cognitum in ordine cognitionis confusa actualis, erit primum cognitum simpliciter: & sic cum hic queramus, quid sit primum cognitum simpliciter ab intellectu nostro via originis, nihil aliud dubitamus, nisi quid sit primum cognitum in ordine cognitionis confusa actualis. Stat ergo inter nos, & Scotum difficultas in hoc, an in ordine cognitionis confusa actualis via originis, primum cognitum sit ens, an species specialissima. Ex quo patet defectus Antonii Trombetae, qui hanc questionem mouendo, adducit opinionem Sancti Thomae ex prima parte, q. 85, artic. 3, etenim a Sancto Thoma nulla ibi facta est comparatio inter cognitiones confusas actuales, de quibus est hic tota quaestio: sed comparauit ibi cognitiones distinctas actuales inter se, comparauit quoque distinctam actualem superioris distinctae virtutis eiusdem, comparauit & confusam virtuale superioris distinctae virtuali eiusdem, comparauit & confusam actualem distinctae actuali eiusdem obiecti, vt patet intuitu. Et hoc de primo.

¶ Quid ad secundum Scotus primo sen. dist. 3. q. 2. ponit hanc conclusionem. Primum cognitum cognitione confusa actuali est species specialissima, cuius singulare efficacius primo mouet sensum. Et probat tribus rationibus.

¶ Prima est. Causae naturales non impeditae producunt primo perfectissimum effectum, quem possunt primo producere. patet ista, quia agunt secundum vltimum potentiae suae: sed agentia ad primum actum intellectus sunt causae naturales non impeditae: ergo producunt primo perfectissimum effectum, quem possunt primo producere. talis effectus non est nisi conceptus actualis confusus speciei specialissimae, ergo &c. Probatur hoc vltimo assumptum, quia si talis conceptus, scilicet perfectissimus, sit conceptus communioris, sequitur quod nunquam illa agentia poterunt producere conceptum speciei specialissimae. Teneat consequentia, quia nunquam aliqua potentia potest in effectum perfectiorem suo perfectissimo effectu: conceptus autem speciei specialissimae est perfectior conceptu communiori, sicut totum sua parte. Et confirmatur, inquit Anto. Trombeta. Quandoque sunt aliqua duo naturalia agentia aequae approximata passo debite disposito, id quod est actualius, praueit id quod est minus actuale in agendo erga passum: sed rationes obiectivae speciei specialissimae, & cuiuscunque superioris sunt huiusmodi, scilicet quod species specialissima est actualior, ergo species specialissima prius producit effectum suum, quam genus.

ca. 3. circa medium.

¶ Secunda ratio est ista. Termini metaphysicis, vel vniuersalissimi sunt vltimo actualiter noti via doctrinae. Patet ista ex Auicena. 1. Meta. c. 3. dicente, quod Metaphysica est vltimo ordine doctrinae: sed termini illi sunt vniuersalissimi, ergo vniuersaliora non sunt prius nota actualiter. Et confirmatur, ait Anto. Trombeta, quia ordo scientiarum quo ad nos, attenditur penes ordinem cognoscibilem quo ad nos: si ergo Metaphysica est vltima quo ad nos, ergo termini sui erunt etiam vltimo noti quo ad nos.

¶ Tertia ratio est ista. Si oporteret ante speciei conceptum concipere vniuersaliora, tunc supposito sensu in actu & intellectu soluto, magnum temporis interuallum accideret, antequam intellectus cognosceret speciem. Teneat consequentia, quia multa sunt praedicata media inter supremum & infimum.

¶ Quarto, ad idem arguit Anto. Trombeta sic. Id prius cognoscitur, quod est facilius abstractionis: sed species specialissima est facillime abstractionis, ergo species specialissima prius cognoscitur. Probatur Maior, quia cum intellectus non intelligat nisi abstrahendo, sicut se habet ad abstrahendum, ita se habet ad intelligendum. Minor patet, quia a similibus facilius est abstractio, quam a dissimilibus: individua autem vnius speciei, a quibus abstrahitur genus, seu quod vis superius.

¶ Quinto. Id vniuersale prius cognoscitur ab intellectu, cuius singulare fortius mouet sensum: sed singulare speciei specialissimae fortius mouet sensum, quam cuiuscunque superioris singulare, ergo species specialissima primo cognoscitur ab intellectu. Maior patet: quia nostra cognitio intellectiva nascitur ex sensitiua. Minor probatur dupliciter. Primo, Sensus mouetur a singulari, ergo maxime mouetur a maxime singulari, per regulam Topicam, sicut simpliciter ad simpliciter: sed maxime singulare est singulare speciei specialissimae, quia est de terminatum non solum determinatione singularitatis, sed etiam

Primo Topicam.

naturae determinatae, non amplius determinabilis per aliam naturam, quod indiuiduis superiorum non conuenit, ergo &c. Secundo probatur eadem Minor sic. Singulare actualius fortius mouet sensum: sed singulare speciei specialissimae est actualius, cum sit perfectius, cum ad alia singularia addat, ergo singulare speciei specialissimae fortius mouet.

¶ Sexto sic. Compositius est prius notum: species specialissima est compositior omnibus superioribus, ergo species specialissima est prius nota omnibus superioribus. Maior habetur a Compositore primo Physic. comm. 3. Minor a Prophyrio dicente, quod species abundat a genere. Et hoc de secundo.

¶ Quid ad Tertium, ponuntur duae conclusiones. Prima est, Ens concretum quidditatiu sensibile est primum cognitum cognitione confusa actuali.

¶ Antequam haec conclusio probetur, duo praemitam. Primo declarabo quid nominis subiecti conclusionis, scilicet, quid sit dicere, Ens concretum quidditatiu sensibile. Secundo declarabo quiddam, quod praesupponit ipsa conclusio.

¶ Circa primum scito, quod ens sub triplici conditione potest terminare actum intellectus. Primo, vt habet conditionem istam, quae est abstractio totalis, non dico a singularibus, sed a speciebus & a generibus. Secundo modo, vt habet conditionem istam quae est abstractio formalis similiter a speciebus & generibus. Tertio modo, vt neutram istarum conditionum habens: abstractum tamen a singularibus. Primo modo, ens non est pertinens ad hanc questionem: quia ipsum vt sic, est totum vniuersale: nos autem loquimur de cognitione confusa actuali, non virtuali. Secundo modo, ens est terminus metaphysicis: & forte adhuc viris doctissimis non innotuit. Tertio modo, ens est primum cognitum, & nuncupatum est ens concretum quidditatiu sensibile: quia non est separatim aliqua dictarum abstractionum a quidditate specifica, vel generica.

¶ Ad horum plenorem intelligentiam nota, quod sicut est duplex compositio, scilicet, forma cum materia, & totum cum partibus: ita duplex est abstractio per intellectum, scilicet, qua formaliter abstrahitur a materiali, & qua totum vniuersale abstrahitur a partibus subiectiuis, secundum primam, quantitas abstrahitur a materia sensibili: iuxta secundam, animal abstrahitur a boue & leone. Primam voco abstractionem formalem, secundam vero voco abstractionem totalem, eo quia quod abstrahitur prima abstractione, est vt forma eius a quo abstrahitur: quod vero abstrahitur secundam abstractione, est vt totum vniuersale respectu eius, a quo abstrahitur.

¶ Differunt autem haec duae abstractiones quadrupliciter. Primo, quia in abstractione formali seorsum vterque conceptus completus habetur, eius scilicet quod abstrahitur, & eius a quo abstrahitur, id est, formalis & materialis, ita quod conceptus alter alterum non includit. Linea enim in eo quod linea, habet complete suam definitionem non includentem materiam sensibilem: & e conuerso, materia sensibilis linea habet complete suam definitionem non includentem alicuius lineae, in eo quod linea: alter distinctiones naturales abstrahent a materia sensibili. In abstractione vero totali non remanet seorsum vterque conceptus completus, ita quod alter alterum non includit, sed vnus tantum, eius scilicet quod abstrahitur. Quando enim abstrahitur animal ab homine, non praecedunt se inuicem conceptus hominis & animalis, sed tantum conceptus animalis non includit conceptum hominis. homo enim non est intelligibilis sine animali. Fundamentum huius differentiae est, quod illa abstractio fit per considerationem alicuius, quod est de ratione inferioris, & per remotionem, id est, non considerationem alicuius, quod est de ratione illius inferioris, abstrahitur enim animal ab homine per hoc, quod intellectus considerat in homine animal & non rationale, quorum vtrunque est de ratione hominis. Illa autem abstractio non fit per considerationem alicuius quod sit de illius ratione materiae, & per non considerationem alicuius, quod sit de illius ratione: sed potius fit per separationem eorum, quae sunt de ratione formalis ab his, quae sunt de ratione materialis, & e conuerso, vt exemplum datum ostendit.

¶ Secundo differunt, quia per abstractionem formalem oritur in eo quod abstrahitur actualitas, distinctio, & intelligibilitas. In abstractione vero totali oritur in eo, quod abstrahitur potentialitatis confusio, & minor intelligibilitas. Tertio differunt, quia in abstractione formali, quato aliquid est abstractius, tanto est notius naturae. In abstractione vero totali, quato est abstractius, tato est notius nobis. Fundamentum harum differentiarum est, quia abstractio formalis fit per separationem a materialibus potestialibus, & huiusmodi. Abstractio autem totalis fit per separationem a specificis actualitatibus, a quibus quato aliquid est abstractius, tanto est potentialius, tamen genus potestale continetur inferiora: & tato est minus intelligibile, cum actus secundum se sit notior potentia, sexto Meta. text.

Comm. 2.

c. 9. de differentia.

Comm. 2. Quarto differunt, quia penes diuersos modos abstractionis formalis scientiae speculativae differunt, vt patet sexto Meta. in principio. Abstractio autem totalis communis est omni scientiae. Propter quod metaphysica, vt sic, non comparatur ad naturalia per modum totius vniuersalis ad partes subiectiuis, sed vt formalia ad materialia, sicut & mathematica. Licet enim gradus metaphysicales sint vniuersaliores aliis, & comparari possint ad alia, vt ad partes subiectiuis, eo quod eidem potest vtraque abstractio conuenire, tamen in quantum stant sub consideratione metaphysicali, non sunt vniuersalia respectu naturalium, sed forma, & naturalia sunt earum materia: hoc est valde notandum. Patet ergo quomodo ens quodammodo habet abstractionem formalem, quando scilicet cum praecisione ceterarum rationum genericarum & specificarum accipitur: & quomodo quandoque habet abstractionem totalem, quando scilicet vt totum vniuersale potest includens cetera genera & species, consideratur. Patere etiam potest quod nunc incedimus, quomodo ens fit concretum quidditatiu sensibile, cum scilicet neutra illarum abstractionum subsistet, sed in quidditate sensibili abstracta a singularibus absque aliqua separationem inspicitur: & sic est manifestum quid significet nomine Entis concreti quidditatiu sensibili.

¶ Id vero quod praesupponit conclusio est, Ens posse cognosci cognitione actuali confusa, quod Scotus negat, tenentes ens non posse cognosci cognitione actuali confusa, sed distincta tantum: et probant sic. Id quod habet conceptum simpliciter simplicem, non potest cognosci cognitione confusa actuali: ens habet conceptum simplicem, ergo. Maior patet ex eo, quod cognitio confusa actualis sit, cum intellectus fertur in obiectum secundum id quod actualiter in eo includitur, nesciens resoluere in partes rationis illius obiecti. In id autem quod habet conceptum simpliciter simplicem, non contingit intellectus ferri secundum aliquid, & secundum aliquid non aliter conceptus eius esse compositus. Minor patet, quia conceptus entis est irresolubilis. Vt autem videatur quod conclusio non praesupponit aliquod falsum, & patet insufficientia huius rationis, aduertat quod sicut de ratione cognitionis distinctae actualis non est, quod obiectum cognoscatur per resolutionem in partes rationis, vt patet, cum distincte cognoscitur ens: sed eius ratio stat in hoc, quod obiectum penetratur ab intellectu secundum omne quod actualiter in illo inuenitur, siue hoc fiat per resolutionem obiecti in partes rationis, siue fiat ex claro intuitu obiecti simplicis: ita non est de ratione cognitionis confusae actualis, quod intellectus intelligat obiectum secundum aliquid, & secundum aliquid ignorat, sed sufficit quod intellectus referatur in obiectum ipsum actualiter, & non penetrat eius actualitatem, ita quod in hoc stat ratio cognitionis confusae actualis, quod intellectus feratur in obiectum secundum id quod actualiter in eo est, non penetrando ipsum. Siue autem id contingat ex eo, quod obiectum est resolubile in plures conceptus, siue ex alio per accidens, hoc se habet ad cognitionem confusam actualem: & sic ratio Scoti assumit maiorem falsam, & probationem peccantem, falsam consequentis ab inferiori ad suum superius negatiue, a negatiua vnius modi cognitionis confusae ad negatiua vnius modi.

¶ Et quod ita sit, & quod ens & quodlibet simpliciter simplex possit cognosci cognitione confusa actuali, probat sic. Quandoquidem intellectus fertur in ens, actualiter ipsum concipiendo, & nesciendo separare ens a substantia & accidente, habet de cute cognitionem confusam actualem: sed in multorum hominum intellectus est huiusmodi, ergo &c. Maior sic manifestatur, quia cum intellectus actualiter fertur in ens, & tamen nescit separare propriam eius rationem a rationibus propriis substantiae & accidentis, aut habet cognitionem confusam, aut distinctam. Non distinctam, quia effectus inseparabilis cognitionis distinctae, est scire illius obiecti differentiam ab aliis, ergo confusam. & cum positum sit quod sit cognitio actualis, sequitur quod sit cognitio confusa actualis. Minorem experientia docet: videmus enim multos per plures annos exercitatos in studiis, adhuc nescire distinguere rationem propriam entis a substantia & accidente, quos nescire habere conceptum actualis entis fatuum est dicere, & contra sensum, considerant enim ens secundum id quod actualiter in se habet, & totum attingunt, sed quia non totaliter comprehendunt, ideo nesciunt ipsum ab aliis separare. restat igitur praesuppositum in nostra conclusione solidum, & falsum esse quod ens sola cognitione actuali distincta cognoscatur. Nunc superest probare conclusionem, quam habes quo ad primam partem a San. Tho. & Auicena. dicentibus, quod ens est id quod intellectui nostro primo imprimitur. probatur ergo sic conclusio. Conceptus imperfectissimus omnium est primus via originis: sed conceptus

actualis confusus entis est conceptus imperfectissimus omnium, ergo est primus via originis. Maior patet, quia imperfectiora sunt priora via generationis, q. Meta. text. com. 15. Minor est de se euidens, quia omnis alius conceptus cum addat ad entis conceptum, est perfectior illo, sicut totum sua parte.

Text. c. 15.

¶ Respondet Antonius Trombeta, quod perfectio conceptus est duplex, perfectio obiectalis, & perfectio euidentiis. Ille conceptus est perfectior obiectalis, qui habet obiectum perfectius potest: ille autem est perfectior euidenter, qui habet obiectum pauciora includens ex Arist. in proo. Meta. unde si in argumento sit sermo de perfectione obiectalis, maior est falsa, & minor vera: si de perfectione euidentiis, maior est vera, & minor falsa.

¶ Contra, & probo quod minor sit vera de perfectione euidentiis loquendo, ita quod conceptus actualis confusus entis sit imperfectissimus, quo ad euidentiis. Ille conceptus est omnium imperfectissimus, sub quo intellectus positus magis remotus est a cognitione aliorum, quae sunt quocunque alio conceptu: conceptus actualis confusus entis est huiusmodi, scilicet quod intellectus habens ipsum, magis distat ab aliorum cognitione, quam habens quemcunque alium conceptum. ergo conceptus actualis confusus entis est imperfectissimus omnium. Maior patet ex eo, quod euidentiis conceptus, cum sit propria perfectio intellectus, quanto maior est, tanto intellectus magis propinquum reddit ad aliorum cognitionem, praesertim cum intellectus ex euidentiis ad inuidentia naturaliter procedat. Minor vero probatur sic. Quandoquidem sunt aliqui duo conceptus, quorum vnus actualiter alterum includit, & non e conuerso, intellectus habens illum, qui actualiter includit alterum, est in proximiori dispositione ad cognoscendum reliquum, quam e conuerso: modo conceptus entis ita se habet ad alios, quod ipse alios non includit, alii vero actualiter ipsum includunt, ergo intellectus habens conceptum entis magis distat ab aliorum cognitione, quam habens quemcunque alium conceptum. Et confirmatur per Sco. dicentem, quod pars rationis actualiter intellecte est facta proxima intellectui, adeo vt proximius esse non possit. Illud autem quod adducitur ex proo. Meta. quod euidentiis attenditur penes obiectum pauciora actu includens, ad propositum non est: quoniam certitudo illa est certitudo obiectalis, sermo autem noster est de euidentiis se tenente ex parte intellectus. ex talibus enim euidentiis & certis procedit intellectus ad sibi inuidentia & incerta.

Lect. 1.

¶ Secundo probatur eadem conclusio sic. Cognitio primorum principiorum est prima cognitio complexa, ergo cognitio entis est prima cognitio incompleta. Antecedens patet ex eo quod cognitio, quae est a natura, debet praecedere eam, quae est ex industria, & ex eo quod in omnium sunt notitia etiam in pueritia, & ex eo quod praesupponuntur ad quodlibet discere, vt habetur primo Poste. Consequentia vero probatur, quia cum ens sit terminus ille, ex quo conficitur principium primum: si ens non esset primum cognitum, sed aliquid aliud, postea tunc fieri alia complexio ab intellectu, adhuc non habita notitia principii &c.

Tex. com. 9.

¶ Contra ipsam positionem Scoti arguitur. Species specialissima non est obiectum confusissimum simpliciter. ergo cognitio eius actualis confusa non est prima simpliciter, & consequenter ipsa non est primum cognitum. Consequentia tenet ex positione aduersa dicente, quod ideo species specialissima est primum cognitum, quia est confusissima. Antecedens probatur sic. Genus est confusius specie, ergo ipsa non est confusissima. Consequentia iterum est nota. Antecedens probatur. Quod plura continet, est confusius: genus plura continet quam species, animal enim continet plura, quam homo, ergo &c.

¶ Respondet, quod continentia est duplex, quaedam actualis, quaedam potentialis: & quod id est confusius, quod plura continet actualiter, non potentialiter. modo genus continet plura in potentia: species autem in actu, & ideo species est confusior. Contra, Confusius est quod continet plura sine ordine, quae continet plura cu ordine: sed continens actualiter continet plura ordinate, spes. n. ordinate continet partes distinctas: continet autem in potentia continet plura sine ordine, ergo continet plura potestialiter est confusius.

¶ Respondet Anto. Trombeta, quod genus continet species ordinate, & non sine ordine, eo quod non respicit eas nisi medijs differentijs, quae sunt valde ordinate.

¶ Contra, Genus continet spes & distas non in actu, sed in potentia, vt dicit Porphyrius. ergo continet eas indistincte. Teneat consequentia: quia a actus est quod distinguit. 7. Meta. text. c. 49. tunc vltima continet indistincte, ergo non ordinate. Teneat consequentia: quia ordo absque distinctioe non est imaginabilis, et si fingatur de se licetia. Quod autem dicit, genus. non respicere species nisi medijs differentijs ordinate, non iuuat, eo quod non solum species, sed etiam differentijs inter se ordinate genus absque ordine continet, vt probatum est.

c. de differentia.

Tho. de Ente & essen. A 2

¶ Aduertat hic, quod confusio non sequitur continentiam plu- rium, vt Scotista fingunt: sic enim vniuersum esset maxime con- fusum, sed continentiam plurimum sine ordine. Vnde prouerbium est. Vbi pluralitas sine ordine, ibi confusio &c.

¶ Secunda conclusio est ista. Inter conceptus actuales confusos pradicatorum quidditatorum no est essentialis ordo originis. probatur sic. Quandoquocumque sunt aliqui conceptus essentialiter ordinati ordine originis, impossibile est extremos generari, non genitis intermediis. Ista patet de se, alioquin non esset ordo essentialis originis inter illos: sed de facto habemus concep- tus confusos actuales extremorum absque intermediarum con- ceptibus, ergo non est inter eos essentialis ordo originis. Mino- rem experientia declarat: experimur namque nos concipere homi- nem, & substantiam, & tamen intermedia ignoramus non solum distincte, sed confuse. caremus enim conceptibus propriis eorum, quibus actualiter in ipsa dirigatur intellectus acies: & no solum ignoramus resolueri ipsa in partes distinctas, et quia haec ratio conuincit me, ideo solum adduco. Ex hoc patet defe- ctus Scotistarum dicentium, quod est ordo essentialis inter con- ceptus confusos: non enim possunt soluere hanc rationem.

¶ Sed immediate contra haec obicitur sic. Inter conceptus con- fusos actuales superioris & inferioris, non est ordo essentialis ori- ginis, ergo ita potest generari conceptus speciei specialiffi- mae, sicut entis: quod est contra primam conclusionem. Tenet consequentia: quia ordo non essentialis non est necessarius, & variari potest.

¶ Ad hoc dico negando consequentiam. Licet enim non sit or- do essentialis inter omnes conceptus confusos, est tamen talis or- do inter conceptus entis, & quemcumque alium. Nec hoc est vo- luntarium, eo quod conceptus entis est quaedam forma genera- lissima ipsius intellectus: sicut forma corporeitatis est forma gene- ralissima ipsius materiae. Vnde sicut inter formas corporeitatis & alias, est ordo essentialis, non autem inter alias formas inter se: ita inter conceptum entis & alios, non autem inter alios inter se: potest enim post conceptum entis quodcumque aliud concipi, siue substantia, siue accidens, siue speciei, siue genus. Est etiam conceptus entis quasi naturalis ipsi intellectui, sicut & cog- nitio primi principii. statim enim praesentatur ens ab omnibus cognoscitur, & ideo ipsum oportet esse prius aliis essentialiter: si- cut vniuersaliter actus naturalis praecedat ceteros, qui penitus ab extra sunt: non est autem similis ratio de aliis conceptibus in- ter se. Et haec de tertio.

¶ Quarto ad Quartum, quia Anto. Trombeta impugnat quaedam dicta S. Doc. in prima parte, quae st. 85. ar. 3. ubi tradit ordi- nem intellectus cognitionis secundum viam peripateticam, ideo adduco eius impugnationes, & soluo. Quinquae autem sunt dicta, contra quae arguit. Primum est. Intellectus est vniuersali- sum, & prius magis vniuersalium. Secundum. Intellectus noster procedit de potentia ad actum. Tertium. Notitia rerum in vni- uersali est notitia incompleta. Quartum. Notitia in vniuersali est notitia secundum quid, & in potentia. Quintum. Sen- sus exiens de potentia ad actum prius communis, quam minus commune cognoscit.

¶ Contra primum arguit sic. S. Tho. tenet, quod quicquid est in re & ex natura rei sit singulare. addo huic aliam propositionem, scilicet. Illud quod praecedit actu intelligendi est reale, tunc sic, quicquid est in re est singulare: quicquid prima intellectione in- telligitur, est in re, ergo quicquid prima intellectione intelligit, est singulare, ergo non potest intelligere magis vniuersaliter. Ma- ior est. S. Tho. Minor ex secundo supposito patet, quod quadri- pliciter probatur. Tum quia ens rationis est posterius actu colla- tionis intellectus: Tum quia tale obiectum est causa entis realis. s. primi actus intelligendi: Tum quia talis primus actus refertur ad obiectum relatione reali, quae non est nisi ad terminum rea- lem: Tum quia talis primus actus dependet ab obiecto, vt a men- sura, ens autem reale non dependet ab ente rationis.

¶ Ad haec, responsio, quod Maior potest habere duplicem sen- sum. Primus est, quod quicquid est in re, est singulare, id est, quicquid est in re est singularitas, & sic est falsa. est enim in Sorte non solum singularitas, sed humanitas & animalitas. Secundus sensus est, quicquid est in re, est singulare, id est, quicquid est in re, habet ei se singularitatem: & hoc modo est apud Peripateticos verissima, vnde argumentum, si debet esse tribus terminis, Maior est falsa in primo sensu. In secundo autem conceditur totum argumentum. Ens si quidem primo cognoscitur non habet esse reale nisi in singulari bus. Quae aut addit, quantum veritatem habeant, infra patebit.

¶ Contra secundum dictum, scilicet. Intellectus noster procedit de potentia ad actum, arguitur sic. Ista propositio assumitur a S. Tho. ad probandum illam conclusionem, scilicet. Magis vni- uersale prius intelligitur: aut ista propositio concludit, nihil ad propositum: aut ipsa est simpliciter falsa, quia si intelligit quod

intellectus prius intelligat aliquid in potentia, quam in actu, ipse est vera, sed non ad propositum. Concedo enim quod intellectus prius intelligit speciem specialiffimam in potentia, quam in actu: sed hoc non habetur, quod prius genus quam specie intelligat. Si autem intelligat, quod intellectus procedit de potentia ad actum, id est, de notitia imperfecta ad perfectam, ipsa non est vni- uersaliter vera, vt patet cum proceditur a notitia praemissarum ad conclusiones, & a notitia causae ad effectus notitiam: & per hoc patet etiam illud esse falsum, scilicet quod intellectus prius peruenit ad actum imperfectum, quam perfectum. Nam aer illa- minatus non prius imperfecte, deinde perfecte illuminatur a So- le: similiter intellectus prius recipit actum quam habitum, & tamen actus est perfectior habitu. vnde ad hoc quod propositio sit vera, oportet probare ordinem essentialium actus incompleti ad actum completum.

¶ Ad hoc respondeo, quod Sanctus Thomas intelligit illam pro- positionem neuro illorum modorum praecise, sed hoc modo. In- tellectus exiens de potentia ad actum vltimate perfectum tran- sicutur per multos actus medios, prius peruenit ad actum imper- fectum, quam perfectum. & habetur ista propositio ex octauo Phy. tex. com. 8. & nono Meta. tex. comment. 15. & in libro se- cundo de Partibus animalium, quod priora, via generationis sunt imperfectiora. Sub illa ergo Maiore substatimatur Minor, scilicet, Intellectus noster est exiens de potentia ad actum vltimate per- fectum, puta cognitionem distinctam speciei specialiffimae, tran- sicutur per multos actus intermedios, ergo prius peruenit ad actum imperfectum, quam perfectum. Minor est euidens, eo quod cognitiones generum ab omnibus conceduntur actus in- termediis: & sic ratio concludit quod prius magis vniuersale, quam minus vniuersale distincte cognoscitur, quod intendebat bea- tus Thomas: sed ille deceptus est, quia credit sanctum Thomam loqui de cognitionibus confusis actualibus, cum, sicut supra di- ctum est, loquatur de cognitione confusa virtuali ipsius speciei, & distincta eiusdem & generis. Cognitio enim distincta actualis generis appellatur ibi confusa ipsius generis & specierum, eo quod confusa in illa species, & generis potestas cognoscantur. Ad id quod addit contra hanc propositionem, Intellectus proce- dit de notitia imperfecta ad perfectam, dico quod haec propositio est vera, vniuersalissime si intelligatur.

¶ Pro cuius intellectu, & omnium instantiarum solutione ad- uerte primo, quod processus naturae & intellectus est duplex, Alter secundum ordinem generationis tantum: alter secundum ordinem generationis & causalitatis effectus, vel finalis. Primus processus est, quando inter terminos & media non cadit nisi pri- ritas, & posterioritas secundum generationem. Secundus est, quan- do vltra istam prioritatem inuenitur in illo quod est prius, etiam prioritas causae effectus, vel finalis.

¶ Secundo aduerte, quod aliud est perfectius altero dupliciter, scilicet simpliciter, vel secundum quid: Stat enim quod aliquid sit simpliciter, id est, secundum suam naturam altero perfectius, quod tamen secundum aliquam conditionem est imperfectius il- lo: sicut substantia materialis est simpliciter perfectior accidente, quo tamen est imperfectior secundum quid, inquantum actuatur per illud. Dicit ergo, quod tam natura, quam intellectus in pro- cessu generationis tantum, semper procedit de imperfecto sim- pliciter ad perfectum simpliciter, eo quod ordo generationis at- tenditur penes genus causae materialis: sicut animal prius gene- ratur quam homo, vt dicitur in libro de animalibus. In pro- cessu autem secundo, proceditur de imperfecto non simpliciter, sed secundum quid, ad perfectius secundum quid: sicut substan- tia est prior generatione accidente, & vltra hoc est prior causa- litate finali, eo quod est finis eius, & quandoque agens. Con- stat autem ipsam esse secundum quid imperfectiorem accidente, inquantum est in potentia respectu eius, & causalitatem ma- terialem participat.

¶ Ad primam igitur instantiarum dicitur, quod praemissa non sunt priores conclusione via generationis tantum, sed etiam or- dine causalitatis effectus, vt dicitur secundo Phy. tex. com- men. 31. in alia litera, vt testatur ibi San. Tho. & colligi po- test ex primo Posteriorum: & ideo sufficit quod notitia earum sit imperfectior secundum quid: vnde etiam in genere causae ma- terialis collocantur, secundo Physi. ibidem, & quinto Metaph. tex. comen. 32. Idem dico ad secundam de processu notitiae causae ad effectum. De aere illuminato non est ad propositum, quia illuminatio non est successiva: conceptus vero generis & speciei sibi succedunt. Falsum quoque est, quod actus praecedens habitum sit simpliciter habitu perfectior, licet hoc sit uerum de actu elicito ab ipso habitu, vt habes primo Ethicorum, talis autem est posterior habitu. Ordo quoque essentialis conceptus ge- nerici ad speciem satis sufficienter notus in notitia distincta est ex dictis ibidem: vnde non oportet aliter laborare.

¶ Contra

¶ Contra tertium, scilicet quod notitia in vniuersali est notitia incompleta, arguit sic. Demonstratio vniuersalis est potius demonstratio particulari, ergo notitia in vniuersali, q acquiri- tur per demonstrationem vniuersalem, est potius notitia particulari. ¶ Ad haec dico, quod argumentum peccat per fallaciam aequiuo- cationis illius termini, vniuersale. Arbitror enim vocat demon- strationem vniuersalem illam, qua passio de suo proprio subie- cto scitur, & hoc tam in passioibus genericis, quam specificis: & vult dicere quod potius est notitia illa, quam acquirimus per demonstrationem demonstrantem passionem de suo subie- cto primo, quam illa quae fit per demonstrationem, qua illa passio demonstratur de parte subiecti primi subiecti. Nos autem dici- mus, quod cognoscere hominem in animali est cognoscere homi- nem imperfectius, quam cognoscere hominem in seipso, & hanc vocamus cognitionem in vniuersali. Manifestum igitur est om- ni habenti ingenium, quod nostra dicta Ar. st. non repugnant. Aliud est enim dicere, A cognoscitur in vniuersali, & A demon- stratur demonstratione vniuersali. primo modo, A non cogno- scitur in semetipso, sed in suo superiori: secundo modo, A in se- metipso cognoscitur inesse suo primo subiecto.

¶ Contra quartum, scilicet notitia in vniuersali est notitia se- cundum quid & in potentia, propterea quod in ipso vniuersali intelliguntur particularia sub quadam confusione, ex quo in- fertur, ergo notitia in vniuersali est notitia confusa.

¶ Contra, Illa probatio nulla est, quae procedit secundum fal- laciam aequiuocationis: ista est huiusmodi, ergo &c. Declaratur Minor, quia aliud est loqui de notitia actuali obiecti, & aliud de notitia virtuali eorum, quae in ipso includuntur. Li- cet enim notitia virtualis particularium in vniuersali sit confu- sa, tamen notitia actualis ipsius vniuersalis est distincta: & quia ab his, quae actualiter confunduntur in obiecto, attenditur con- fusio notitiae, cu notitia specificetur ab obiecto, & his, quae sunt in trinitate non debet dici notitia confusa, sed distincta.

¶ Ad haec dico, quod iste non intelligit. San. Tho. qui vult, quod notitia distincta animalis, ut est totum distinctibile, sit notitia confusa animalis, ut est totum vniuersale, & consequenter no- titia confusa specierum, & ideo non accidit aequiuocatio. Kate- mur enim quod notitia qua actualiter fertur intellectus in ip- sum animal, vt vniuersale, & non in suas species, est notitia con- fusa animalis, ut totum vniuersale est, & non solum specierum eius, vt expresse dicitur ibi San. Tho. vnde contingit animal simul esse notum distincte & confuse duae simod, vt supra dictum est.

¶ Nec oportet quod si ista duae notitiae simul inueniantur, sint eadem cum etiam separantur, puta, cum & actualiter & virtuali- ter animal distincte cognoscitur. Quod autem addit, quod talis notitia non debet dici confusa, talium esse ostenditur ex eo, quod minor est confusio actualis, quam potentialis. Quod ultimo additur, quod notitia specificatur ab obiecto & eius intrin- secis, ad propositum non est. confusio, & distinctio non sunt species cognitionis, alioquin cognitio confusa & distincta eiusdem obiecti non essent eiusdem speciei, & sic notitia non specificaretur ab obie- cto: vnde assumptum eius implicat contradictionem in proposito.

¶ Contra quintum, scilicet quod sensus exiens de potentia ad actum prius communis quam minus commune cognoscit, ar- guitur sic. Sensus non cognoscit nisi singulare. ergo non prius cognoscit magis commune. Quod si dicas, sensum non cogno- scere magis commune in se, sed praecognoscere singulare magis commune, contra. A ut cognoscit singulare magis commune, ita quod singularitas est ratio cognoscendi: aut ita quod natura communis sit ratio cognoscendi. primum non est dicendum, vt de se patet: nec secundum potest dici a Thomistis, quia hoc ideo esset, quia natura illa esset ratio mouendi sensum.

¶ Contra quod arguitur sic. Illud non est ratio mouendi, quod est idem re & ratione ei, cui repugnat ratio mouendi: sed natu- ra communis est eadem re & ratione singularitati, cui repugnat ratio mouendi, ergo &c. Probatur minor, quia natura & singula- re non distinguuntur realiter, non ex natura rei apud te, nec ratione: quod proba, quia distinctio rationis sequitur actum intellectus: in illo autem priori nullus actus est intellectus. Et confirmatur, quia actus realis non dependet ab ente rationis: sed sensatio est actus realis, ergo non dependet ab ente rationis: sed obiectum sensibile habens in se distinctionem rationis est ens rationis, vel aggregatum ex ente reali & rationis. ergo &c. Et confirmatur ratio principalis sic. Quaecumque sunt indistincta omnino secundum rem, si vnum terminat ad aliquam actionem realem, & reliquum terminabit eandem: sed natura magis com- munis & minus communis sunt hmoi. ergo &c. & hoc propo- sita debita approximatione ad sensum. Confirmatur secun- do. Idem sensus primo cognoscit quod species sensibilis primo repraesentat: sed species sensibilis primo repraesentat singulare speciei specialiffimae posita debita distantia, ergo &c. Minor pro- batur, Species sensibilis primo repraesentat obiectum sub ea ra-

atione, qua imprimitur sensui: sed imprimitur ab obiecto sub ra- tione naturae specificae, tum quia est actualior: & perfectior: tum quia species sensibilis est naturalis similitudo causata ab obiecto repraesentans ipsam adaequate secundum rationem sibi es- sentialis competentem. ergo magis repraesentat ipsam ratio- nem, quae sibi essentialis & perfectius compeit, quam sub ea ra- tione, quae sibi remotore & minus principaliter compeit.

¶ Ad haec respondetur, quod responsio ibi recitata est bona & recta. Ad impugnationem dico, quod natura talis, puta, color, & non natura communis, id est, color, communis est ratio mouendi. Ad improbationem, negatur Minor pro vtraque sui par- te. nam apud S. Thom. in prima parte, quaestio 3. artic. 3. in rebus materialibus natura & singularitas distinguuntur reali- ter, & distinctio rationis, licet actualiter sit post sensationem, fundamentaliter tamen praenit ipsam, & hoc sufficit. Ad confirmationem dicitur primo, quod obiectum sensibile habens distinctionem rationis fundamentaliter, non est ens rationis, nec aggregatum ex ente reali & ente rationis. Distinctio enim rationis fundamentaliter nihil addit supra rem. Dicitur secun- do, quod sensatio non causatur a distinctione naturae, sed a na- tura ipsa habente talem conditionem: & ideo dato quod distinc- tio illa esset ens rationis, adhuc nihil concludit: non enim color inquantum distinctus a sua singularitate mouet, sed hic color inquantum color, de cuius ratione nec distinctio, nec adu- natio est. Ad aliam confirmationem dicitur, quod maior est fal- sa quo ad actiones nihil reale ponentes in suis terminis, quales sunt actiones immanentes: postum enim intelligere Dei sapien- tiam non intelligendo eius bonitatem. Ad alias confirmationes praemitto, quod non dicit S. Tho. quod semper sensus prius cog- noscat magis commune, quam minus commune, verba enim sua sunt ista. Et quia sensus exit de potentia ad actum, sicut & intellectus: idem etiam ordo cognitionis apparet in sensu, nam primo secundum sensum diiudicamus magis commune, quam minus commune & secundum locum, & secundum tempus.

¶ Ex quibus uerbis non habetur nisi, quod sensus primo secun- dum locum & tempus cognoscit singulare magis commune, & non habetur, quod semper ita sit: vnde argumenta illa non sunt contra S. Tho. licet non concludant: saltem enim est, quod spe- cies sensibilis primo repraesentat singulare speciei specialiffimae, & eius probatio falsa est, scilicet quod species sensibilis sit pri- mo impressa a natura specificata: nam species sensibilis primo im- primitur a per se primo obiecto sensus, nullius autem sensus obie- ctum primum est species specialiffimae, vt patet discurrendo, propterea species sensibilis imprimitur primo a visibili in eo, quod coloratum, & non ab ipso, in eo quod est album vel nigrum. Nec obstat, quod albedo sit actualior colore, quia hoc non suffi- cit, sed requiritur quod sit primum obiectum potentiae. Nec est verum quod assumit, scilicet quod essentialius in se sensibili na- tura specialiffimae, quam natura generis: imo huic visibili, vt sic, essentialior est color, quam albedo, siue nigredo, quod pa- ter ex hoc, quod sublata albedine, siue nigredine visibile reman- et, non autem e conuerso. Et haec de quarto.

¶ Quintum, respondetur ordinate argumentis fa- ctis, & ad primum negatur illud vltimo assumptum, scilicet quod perfectissimus effectus, quem possunt primo producere agentia ad intellectionem, sit conceptus specificus. Dico enim, quod perfectissimus, quem pro tunc possunt, est conceptus entis, imo nullum alium possunt pro tunc. Et cum contra hoc arguitur, quia sic nunquam produceretur conceptus specificus, non valet consequentia. Ad cuius probationem dicitur, quod nulla vir- tus potest in perfectionem effectus sui effectum perfectissimo sim- pliciter: quilibet tamen virtus potest in effectum perfectiore suo perfectissimo effectum, in quem potest pro aliquo priori, quia ille non est perfectissimus, nisi secundum quid. exemplum. Virtus gene- rativa leonis non potest in perfectiorem effectum, quam sit leo, quia huiusmodi est eius effectus perfectissimus simpliciter, potest tamen in effectum perfectiore illo, quae producit in principio actionis: quia tamen effectus fuit perfectissimus, quae pro tunc potest producere. Ad confirmationem dicitur, quod Minor est falsa: nam intellectus exi- stens in pura potentia non est aequae dispositus ad conceptum spe- cificum, sicut entis, non per positionem alicuius contrariae dispo- sitionis, sed propter ordinem conceptus generalissimi ad specia- les, sicut materia prima omni contraria dispositione inconsiderata, non est aequae disposita ad formas specificas, & ad formam corporeitatis: sed oportet primo recipi formam corporeitatis pro- pter ordinem formae generalis ad speciales: propter quod confuevit dici, quod est indifpositus priuatiue & non contrarie.

¶ Ad secundum patet responsio ex dictis: nam termini me- taphysicales vt sic, non ponuntur a nobis primo cognosci. sunt enim termini metaphysicales abstracti abstractione forma- li: sed dicimus quod significatum huius termini, ens concretum quidditatis sensibilis, est primo cognitum. ¶ Ad tertium, respondetur, quod notitia in vniuersali est notitia incompleta, arguit sic. Demonstratio vniuersalis est potius demonstratio particulari, ergo notitia in vniuersali, q acquiri- tur per demonstrationem vniuersalem, est potius notitia particulari. ¶ Ad haec dico, quod argumentum peccat per fallaciam aequiuo- cationis illius termini, vniuersale. Arbitror enim vocat demon- strationem vniuersalem illam, qua passio de suo proprio subie- cto scitur, & hoc tam in passioibus genericis, quam specificis: & vult dicere quod potius est notitia illa, quam acquirimus per demonstrationem demonstrantem passionem de suo subie- cto primo, quam illa quae fit per demonstrationem, qua illa passio demonstratur de parte subiecti primi subiecti. Nos autem dici- mus, quod cognoscere hominem in animali est cognoscere homi- nem imperfectius, quam cognoscere hominem in seipso, & hanc vocamus cognitionem in vniuersali. Manifestum igitur est om- ni habenti ingenium, quod nostra dicta Ar. st. non repugnant. Aliud est enim dicere, A cognoscitur in vniuersali, & A demon- stratur demonstratione vniuersali. primo modo, A non cogno- scitur in semetipso, sed in suo superiori: secundo modo, A in se- metipso cognoscitur inesse suo primo subiecto.

¶ Contra quartum, scilicet notitia in vniuersali est notitia se- cundum quid & in potentia, propterea quod in ipso vniuersali intelliguntur particularia sub quadam confusione, ex quo in- fertur, ergo notitia in vniuersali est notitia confusa.

¶ q. 3. ar. 3.

¶ Ad

Ad tertium dico, quod non oportet in quacumque formatione conceptus speciei semper singillatim praeformare conceptum...

Quia uero ex compositis cognitione simplicium accipere debemus, & ex posterioribus deuenire in priora...

CAPVT I.

CIENDVM est, quod sicut in quinto Metaphisice Philosophus dicit, Ens per se dicitur dupliciter. Uno modo, quod diuiditur per decem genera...

Prima est a particularibus, quae quidem sit, cum species quaecumque abstrahitur ab intellectu agente: altera sit ab intellectu possibili per hoc, quod in quidditate quacumque sibi primo praesentata...

Ad quintum dico, quod Minor est falsa: & ad eius probationem negatur consequentia, eo quod sensus non mouetur a singulari, in eo quod singulare. Ille enim modus arguendi conuenit...

Ad sextum dicitur, quod Maior simpliciter est falsa. Ad autoritatem Philosophi dicitur primo, quod tex. Commentatoris est corruptus, debet enim legi confusa, & non composita. Dicitur secundo, ut saluemus Commentatorem, quod compositum est notius suis componentibus, ut sic non autem absolute. unde prius confuse cognosco hominem, quam partes eius distinctiuas ut sic: absolute tamen prius cognosco magis uniuersale. Ex his apparet ueritas Minoris autoritate Auicennae approbatae.

Deinde reddit auditores attentos, dicendorum difficultatem aperiens, tria proponendo, quid nomine Essentiae & Entis significetur: & quomodo in diuersis diuersimode inueniatur, & quomodo se habeant ad intentiones logicas. Horum enim difficultas non modica est, ut diuersitas opinionum circa ipsa testatur. sunt enim maxime uniuersalia, quae sunt difficilissima ad cognoscendum, ut dicitur primo Metaphysicorum.

Circa hanc particulam nota, quod sicut quid rei est quidditas rei: ita quid nominis, est quidditatis nominis. Nomen autem cum essentialiter sit nota earum, quae sunt obiectiue in animo...

ma passionum, ex primo Perihermenias, non habet aliam quidditatem nisi hanc, quod est signum alicuius rei intellectae, seu cogitatae. signum autem ut sic, relatum est ad signatum: unde cognoscere quid nominis, nihil est aliud, quam cognoscere ad quid tale nomen habet relationem, ut signum ad signatum.

affirmatiua propositio formari potest, etiam si illud in re nihil ponatur, per quem modum priuationes & negationes entia dicuntur. dicimus enim quod affirmatio est opposita negationi, & quod caecitas est in oculo. Sed primo modo uon potest dici aliquid quod sit ens, nisi quod in re aliquid ponatur. Vnde primo modo caecitas & huiusmodi non sunt entia. Nomen igitur Essentiae non sumitur ab ente secundo modo dicto: aliqua enim dicuntur hoc modo entia, quae essentia non habent, ut patet in priuationibus: sed sumitur essentia ab ente primo modo dicto. Vnde Com. in eodam loco dicit, Ens primo modo dictum est, quod significat substantiam rei.

rei relate, seu significatae essentia. & ex hac dicitur sequuntur oes aliae quae dici solent, puta, quod quid nominis sit non entium complexorum per accidentalitatem, per communiam, per extraneam: quid rei uero est entium incomplexorum per propria, & essentialitatem. Relatio enim uocis potest terminari ad non entia in rerum natura, & complexa, & declarari per accidentalitatem, & huiusmodi: essentia autem rei non nisi per propria essentialitatem habetur de entibus incomplexis.

In hac tertia parte proemii reddit auditores dociles, ordinem dicendorum proponens tali conclusione. Ab ente ad essentiam procedendum est: quam probat duplici medio. Primo scilicet, Ex compositis ad simplicia procedendum est: sed ens est uelut compositum, & essentia uelut simplex. ergo ab ente ad essentiam procedendum est. Secundo scilicet, Ex posterioribus in priora procedendum est: sed ens est posterius essentiae. ergo ab ente ad essentiam procedendum est. Maior utriusque rationis probatur: quia ex facilius est inchoandum. composita autem & posteriora sunt facilius nobis simplicibus.

Circa minorem primae rationis nota, quod ens, ut infra dicitur, significat id quod habet esse: id autem quod habet esse, comprehendit in se essentiam. essentia uero significat id quod importat distinctio, ut dicitur, quae non dicit esse, uel non esse, ex primo Posteriorum. Ens ergo ita se habet ad essentiam, quod complectitur in se utrunque, essentia scilicet & esse: essentia uero alterum tantum, & ideo ens appellatur compositum respectu essentiae.

Circa maiorem secundae rationis scito, quod quando dicimus, Ex posterioribus procedendum est, intelligitur ex posterioribus secundum naturam, prioribus quo ad nos. Innata enim est nobis natura ex notioribus nobis in ignotiora natura, ut dicitur primo Phys. tex. com. 2. Minor secundae rationis probatur ex eo, quod compositum est posterius componentibus: & ens, ut dictum est, compositum est respectu essentiae.

Super Caput primum.

Incipit tractatus diuinus in duas partes. In quarum prima declaratur quid nomine entis & essentiae significetur. In secunda uero quo essentia in diuersis diuersimode inueniatur. Pars prima unico absolute utitur capitulo: pars secunda sex, & sic totum integratur tractatum capitula septem. Quorum primum, quod praemanibus habemus, tres partes continet. In prima declaratur quid nomine entis significetur: in secunda quid nomine essentiae: in tertia differentia nominum ipsius essentiae designatur. Primum tali diuisione declaratur, Ens per se dupliciter dicitur: uno modo, ut diuiditur per decem genera: alio modo ut significat ueritatem propositionum, quemadmodum dicit Arist. 5. Me. tex. com. 14. Dixit ens per se ad differentiam entis per accidens aggregari ex rebus diuersorum generum, ut homo albus, de quo habet 5. Meta. tex. com. 13. Et inuuit, quod tripliciter differunt ens primo modo, & ens secundo modo. Primo, quia ens primo modo praedicatur non nisi de rebus existentibus in decem generibus: ens autem secundo...

l. com. 1. 4. ca. quae. 2. in fin. c. 4. circa medium

cap. 1. in princ. cap. 1. q. 1. in fin.

cundo modo praedicatur de omni eo, quod potest esse subiectum propositionis affirmatiuae. Secundo differunt, quia ens primo modo est illud compositum, de quo supra diximus, quod aliqua liter complectitur in se essentiam & esse: ens autem secundo modo non est huiusmodi, quoniam aliquid est hoc modo ens, puta negatio, aut chimera, quod non habet essentiam aliquam. Et ex hoc sequitur tertia differentia, quod ab ente primo modo tanquam a composito notiori, essentiae nomen sumitur, non autem secundo modo.

Circa primam differentiam aduerte primo, quod ueritas propositionis, quae est entis secundo modo significat, nihil aliud est quam compositio facta in secunda operatione intellectus obiecto conformis uerbi gratia. Sortes est caecus, ly est, non significat inhaerentiam caecitatis in Sorte, eo quod caecitas omni inhaerentia caret, cum inhaerere realem accidentium sit: sed significat compositionem factam ab intellectu ad adequatam seipsum per illam obiecto, Sorti scilicet, carente uirtute uisua. unde, 5. Meta. in alia litera dicitur, quod ens significans ueritatem propositionis, significat quoniam propositio est uera. Prima autem significatio entis quid sit, infra uidebitur. Aduerte secundo, quod licet nullo intellectu considerante Sortes sit caecus, & per considerationem intellectus non fiat magis, uel minus caecus: tamen caecitas nullo intellectu considerante nullum habet esse in Sorte, stant enim ista duo simul. Quod sic declaratur, Sortem esse caecum, ut sic, non est Sortem habere aliquid esse substantiale, ut patet: nec accidentale, quia Sortes sit caecus sola absentia uisuae uirtutis, quae nihil supra Sortem addit: unde caecitas nullum esse omnino ponit in Sorte, ac per hoc quod absque omni consideratione intellectus uirtus uisua Sorti non inest, oportet Sortem nullo intellectu considerante esse caecum. Dubitatio autem in hac re accidit, quia non recte inspicitur quod esse caecum, non est esse aliquid, sed carere uirtute uisua. exemplum. Nautis caret gubernatore nullo intellectu considerante: absentia tamen gubernantis nullum esse substantiale, aut accidentale ponit in naue. unde nauem esse sine gubernatore, extra animam, non est esse aliquid, sed non esse gubernatorem. Acquirunt autem esse, & sunt entia priuationes & negationes ex hoc, quod intellectus intelligens priuationes per habitus, & negationes per affirmationes format in seipso rei carentis aliquo modo idolum quoddam. uerbi gratia. Cum intellectus format in se idolum quoddam nauis gubernatore carentis, quod est ista propositio mentalis. Nauis est sine gubernatore, non praesentia gubernatoris, quae extra animam nihil ponit in anima, sit ens per hoc, quod intellectus fecit ipsam propositionis terminum aliquem: & cum hoc esse sit in anima, & nullum aliud esse habeat, consequens est quod negationes huiusmodi & priuationes non sint entia nisi in anima obiectiue, & sic earum esse nihil aliud est, quam intelligi, quo modo tantum omnia entia rationis habent esse.

Circa tertiam differentiam aduertendum est, quod cum nomina sint signa conceptuum, secundum ordinem concipiendi est ordo nominandi: propterea sicut ab ente primo modo tanquam a composito nobis notiori, essentiae notitia sumptissima: sic essentiae nomen ab ente originem habet.

In hac secunda particula declaratur quid nomine essentiae importetur, tali conclusione. Essentia significat quoddam commune omnibus naturis omnium entium. Cuius talem declarationem insinuat: Sicut ens significat aliquid commune omnibus existentibus, ita essentia, cum ab illo sumatur, significat aliquid commune omnibus generibus & speciebus: & sicut ens significat id quod est in quolibet genere, & qualiter specie, ita essentia oportet quod significet id quo aliquid est in quocumque genere, & quouis specie. habent enim ens & essentia, ut quod & quo. cum autem naturae rerum sint illae, quibus res reponuntur in generibus & speciebus, sequitur quod essentia significat aliquid commune omnibus naturis rerum. Vnde quemadmodum ens praedicatur de homine, boue, & similibus, quae sunt in generibus: ita essentia praedicatur de humanitate, & bonitate, quibus in generibus reponuntur. per nomen ergo essentiae intelligitur natura rei, sicut per nomen entis, id quod habet naturam illam.

QUESTIO II.

Circa hanc particulam insurgit dubitatio ualde difficilis, an ens & essentia significant immediate ipsa praedicamenta, seu naturas eorum, an mediate. In hac dubitatione tria agam. Primo declarabitur ritulus quaestionis: secundo adducetur opinio Scoti, & impugnetur: tertio ponetur opinio S. Tho.

Pro primo scito, quod significare mediate in proposito, est significare aliquid mediante aliquo superiori: sicut animal significat species suas mediate, mediante scilicet natura sensibili. non enim animal significat hominem, nisi quia homo est substantia animata sensibilis. Significare immediate, est significare aliquid non per aliquam naturam, seu realitatem superiorem, sed per se ipsam primo: sicut animal significat gradum sensitiuum, seu realitatem sensitiuam immediate, ut patet. Vertitur ergo in dubium hoc, an ens significet aliquid gradum, seu aliquam realitatem abstrahibilem a naturis praedicamentibus communem eis, sicut superius essentiale suis inferioribus: & sic immediate significet praedicamenta, an immediate significet ipsas naturas praedicamentales. Haec de primo.

Secundo, ut dictum est, ens hoc modo dictum diuiditur per decem genera, oportet quod essentia significet aliquid commune omnibus naturis, per quas diuersa entia in diuersis generibus, & speciebus collocantur, sicut humanitas est essentia hominis: & sic de aliis.

Secundo, ut dictum est, ens hoc modo dictum diuiditur per decem genera, oportet quod essentia significet aliquid commune omnibus naturis, per quas diuersa entia in diuersis generibus, & speciebus collocantur, sicut humanitas est essentia hominis: & sic de aliis.

Secundo, ut dictum est, ens hoc modo dictum diuiditur per decem genera, oportet quod essentia significet aliquid commune omnibus naturis, per quas diuersa entia in diuersis generibus, & speciebus collocantur, sicut humanitas est essentia hominis: & sic de aliis.

Secundo, ut dictum est, ens hoc modo dictum diuiditur per decem genera, oportet quod essentia significet aliquid commune omnibus naturis, per quas diuersa entia in diuersis generibus, & speciebus collocantur, sicut humanitas est essentia hominis: & sic de aliis.

Secundo, ut dictum est, ens hoc modo dictum diuiditur per decem genera, oportet quod essentia significet aliquid commune omnibus naturis, per quas diuersa entia in diuersis generibus, & speciebus collocantur, sicut humanitas est essentia hominis: & sic de aliis.

Secundo, ut dictum est, ens hoc modo dictum diuiditur per decem genera, oportet quod essentia significet aliquid commune omnibus naturis, per quas diuersa entia in diuersis generibus, & speciebus collocantur, sicut humanitas est essentia hominis: & sic de aliis.

Secundo, ut dictum est, ens hoc modo dictum diuiditur per decem genera, oportet quod essentia significet aliquid commune omnibus naturis, per quas diuersa entia in diuersis generibus, & speciebus collocantur, sicut humanitas est essentia hominis: & sic de aliis.

Seco. 1. dist. 3. quaest. 1. & 3. dist. 8. q. 2.

ca. 2. q. 3. c. 1. circa medium in quodam dubio. T. c. 16. com. 18.



sicut apparet ex secundo de Anima, quod uisus est tenebre cognoscitius, quando lux non est praesens, eo quod tunc uisus non immutatur. Igitur si intellectus naturaliter immutatur a substantia immediate ad actum circa ipsam, sequeretur quod quando substantia non esset praesens, posset naturaliter cognosci non esse praesens, & ita naturaliter cognosci posset in hostia consecrata non esse substantiam panis, quod est manifeste falsum.

Auic.c. 20. circa med.

Algazel.

Prima ratio.

Vid ad hoc propositum comment. huius doct. secundo poste.c. 6. circa me. & uideas consequentiam Aristot. 1. dist. 3. q. 3. cap. 3.

2. dist. 3. q. 3. in solutio ne quinti contra uniuocationem entis.

Quinto arguitur auctoritatibus secundi Metaphysicorum. Probans Aristoteles causam entitatis & ueritatis, maxime entia & uera, assumit hanc propositionem. Vnumquodque maxime ipsum aliorum dicitur, secundum quod aliis inest uniuocatione. ens ergo uniuocum dicitur apud Aristotelem de causa entitatis, scilicet Deo, & aliis, aliter processus Aristotelis nullus esset: arguit enim sic. Causa uniuocum entitatis & ueritatis est maxime ens: & uere Deus est huiusmodi. ergo. Auicenna quoque primo Metaphysicorum capit. secundo dicit. Substantia & quantitas non habent intentionem communem nisi entis, cuius quaedam sunt quasi species, & quaedam quasi accidentia propria. Et capitulo quinto facit argumentum, quod adductum est de conceptu certo, & dubiis. Omnes, inquit, imaginantur certitudinem entis: dubitant autem utrum sit agens uel patiens. Algazel in Metaphysica sua tractatu primo habet, quod quidam homines putauerunt, quod ens non praedicatur alium conceptum a suis inferioribus, dicentes quod esse accidentis nihil aliud sit, quam esse substantia. Multa alia argumenta adducuntur ad hoc: sed quia, ut patet, non probant uniuocationem, sed aliectionem conceptus entis, omitto: & etiam quia ex dicendis, cuiuslibet ingenioso parebit responso ad omnia. Haec de secundo.

Quo ad tertium. Arguo primo sic. Nullum uniuocum in ratione sui uniuocum habet aliquid plus, quam reliquum uniuocum: substantia & accidens sunt uniuocata per te in ente. ergo accidens non habet aliquid plus in ratione sui uniuocum, scilicet entis, quam substantia. discursus bonus: conclusio uero est falsa. ergo altera praemissarum: non Maior, quia illa habetur ex ante praedicamentis: ergo Minor, quae est conclusio ad uerba patris. Falsitas conclusionis habetur septimo Metaphysicorum textibus & commentis secundo & tertio, ubi dicitur quod in ratione accidentis in quantum ens ponitur substantia, unde Comment. dicit in commento tertio, quod sedens & stans non dicitur esse entia sine substantia. patet autem quod in definitione substantiae, in quantum ens, non ponitur accidens, nec substantia, eo quod abstrahit apud eos ab illis. Patet secundo falsitas illius conclusionis ex dictis Anto. Trombetae, qui in hac quaestione facit in definitione accidentis, in quantum ens, cadere substantiam. Vnde est ratio posita a Scoto secundum apparentiam solui, glossando Aristotelem, glossa destruentem textum, nullo tamen pacto potest ab Anto. Trombeta solui, eo quod ab ipsa ueritate coactus, concessit in Quolibet suo falsitatem conclusionis, quam Scotus negaret.

Secundo arguitur sic. Ens est uniuocum praedicatum in quid de pluribus differentiis specie, in nulla differentia quidditatiue inclusum. ergo est genus. Tenet consequentia ex definitione generis, & conditione apposita a Scoto in primo sen. dist. 3. q. 3. ultimam enim particulam assumptam exigi dicit ad genus, & bene. & secundum Arist. 4. Topic. Antecedens quo ad primam partem, & secundam Scoto ibidem est. Quo ad tertiam autem probatur sic. Si ens esset inclusum in aliqua differentia non ultima, sequeretur quod addendo differentiam non ultimam generi, esset nugatio: hoc est falsum. ergo &c. Tenet consequentia, quia bis ens poneretur eodem modo, semel ratione generis, & semel ratione differentiae. uerbi gratia. Si ens includitur quidditatiue in ratione animalis, & rationalis, dicendo animal rationale, erit nugatio. cum enim prima pars rationis animalis sit ens, erit ratio propria animalis ens, A, B, C. Similiter cum prima pars rationis rationalis sit ens, erit ratio rationalis ens, D, E, F. & sic dicendo animal rationale, dices ens, A, B, C, ens, D, E, F, & consequenter ponens ens bis, & expresse negationem committes.

Nec est opus impugnare responsum Scoto ubi supra, ad hoc argumentum, quia non est ad propositum. Ait enim quod sicut dicitur animal albi absque negatione, eo quod ens clausum in ratione albedinis denominat accidentaliter ens clausum in ratione animalis: ita in proposito, dicimus animal rationale, eo quod ens clausum in rationali denominat essentialiter ens clausum in animalibus absque negatione. Hoc enim non est ad propositum. Aliud enim est loqui de ente in sua ratione communi, in qua indistincte uniuocantur supra dicta: & aliud est loqui de ente particulatim accepto. Licet enim pallari possit, quod ens particulatim ad album & rationale, denominet ens particulatim

tum ad animal, non tamen potest intelligi, quod prima pars rationis alibi formaliter sumpti, denominet primam partem rationis animalis. Ea enim est ens eodem modo sumptum, cum uniuocum sit, remanet ergo, quod nugatio est dicere apud Scotum, animal rationale: immo animal album, eodem modo arguendo, ut prius, utendo loco nominum, eorum rationibus quidditatiuis.

Quod si aliquis in rationali quidditatiue, & albo, sed in rationalitate & albedine: tunc interim sequitur principale intentum nostrum, quod scilicet ens in nulla differentia includatur quidditatiue: quia rationalitas non est differentia, sed differentiae principium, secundum ueram Auicennae doctrinam. differentia enim praedicatur de specie, rationalitas autem non. quare &c.

Tertio arguitur sic. Ens est uniuocum substantiae, & accidentis. ergo in ratione substantiae expresse cadit ens in definitione hominis expresse cadit ens: hoc est inconueniens, & contra Aristotelem, & uiam communem. ergo &c. Prima consequentia probatur ex eo, quod omne superius uniuocum expresse cadit in ratione sui essentialis inferioris: sicut animal cadit expresse in ratione hominis. Secunda consequentia probatur ex auctoritate Aristot. posita in secundo libro Topico. illa scilicet, Quando aliquid ponitur in definitione alicuius, loco illius, si ponatur eius ratio, clarior erit intellectus. Cum ergo substantia ponatur in definitione hominis, & loco substantiae liceat ponere eius rationem, in qua expresse cadit ens, ut clarior sit definitio, sequitur quod ens debeat poni in definitione hominis expresse, ut clarior reddatur. Nec prohibet hoc communissimus ambitus ipsius entis, aut carentia differentiarum. Sicut nec ex his prohibetur ens, tanquam praedicatum uniuocum, & quidditatiuum, cadere in ratione substantiae. Et confirmatur hoc per Scotum, qui in 1. sen. dist. 3. ponit ens esse primum cognitum cognitione distincta, eo quod ens cadat in conceptu quidditatiuo omnium, tanquam primum praedicatum quidditatiuum. Haec de tertio.

Quo ad quartum principale, praenoto differentiam inter uniuocum, & aequiuocum purum, & analogum. Vniuocata sunt, quorum nomen est commune, & ratio secundum illud nomen est eadem simpliciter. Puta aequiuocata sunt, quorum nomen est commune, & ratio secundum illud nomen est diuersa simpliciter. Analogata sunt, quorum nomen est commune, & ratio secundum illud nomen est aliquid modo eadem, & aliquid modo diuersa, seu secundum quid eadem, & secundum quid diuersa. uerbi gratia. Animal, & medicina sunt analogata sub sano: unde habent illud nomen commune. utrumque enim illorum dicimus sanum. definitio autem eorum in quantum sana sunt, est aliquid modo eadem, & aliquid modo diuersa. Animal enim, in quantum sanum, est habens sanitatem: medicina in quantum sana, est causa sanitatis. Sunt enim eadem al. quo modo istae definitiones, quia in omnibus includitur sanitas: & sunt diuersae alio modo, quia diuersis modis sanitatem respiciunt. unde analogum est medium inter purum aequiuocum, & uniuocum: sicut inter idem simpliciter, & diuersum simpliciter, cadit medium idem secundum quid, & diuersum secundum quid. & sicut medium sapit naturam utriusque extremi: dicit enim quodammodo plures rationes, & quodammodo unam: propter quod inuenitur quaedam apud illustres Philosophos, quod analogum dicit plures rationes, & quandoque quod dicit unam rationem.

Nota secundo, quod duplicia sunt analogata, quaedam secundum determinatam habitudinem unius ad alterum: quaedam secundum proportionalitatem. exemplum. Substantia & accidens sunt analogata primo modo sub ente: Deus autem & creatura secundo modo. infinita enim est distantia inter Deum & creaturam. Differant autem haec plurimum: quoniam analogata primo modo ita se habent, quod posterius secundum nomen analogum diffinitur per suum prius, puta, accidens in quantum ens per substantiam. Analogata uero secundo modo non. creatura enim in quantum ens, non diffinitur per Deum: unde analogata primo modo habent nomen commune, & rationem secundum illud nomen secundum quid eandem, & secundum quid diuersam per hoc, quod analogum illud simpliciter, id est, sine additione aliqua de primo dicitur: de alio uero non, nisi diuersimode respiciendo primum, quod cadit in eorum rationibus: sicut in exemplo de sano manifestum est. Analogata uero secundo modo, habent nomen commune, & rationem secundum illud nomen aliquo modo eandem, & aliquo modo diuersam, non propter hoc, quod illud simpliciter dicatur de primo, & de alio relatiue ad primum: sed habent

8. Meta. T. c. 16. cap. 5.

1. di. 3. q. 1.

In tract. de Analogia.

1. di. 3. q. 8.

ent rationem eandem secundum quid propter identitatem proportionis, quae in eis inuenitur, & secundum quid diuersam, propter diuersitatem naturarum suppositarum illis proportionibus. Exemplum, Forma & materia substantialis, & forma, & materia accidentium sunt analogata quaedam sub nominibus formae & materiae: habent enim nomen commune, puta, forma & materiam, & rationem secundum nomen formae, siue materiae eandem, & diuersam hoc modo: quia forma substantialis ita se habet ad substantiam, sicut forma accidentalis ad accidens. similiter materia substantiae ita se habet ad substantiam, sicut materia accidentis ad accidens: utrobique enim saluatur identitas proportionum cum diuersitate naturarum, & unitate nominis: hunc modum analogiae exprimit Commentator. 1. 2. Metaphysicorum. 28. & clarius cum Aristotele, primo Ethicorum. cap. 7.

Quibus sic prelibatis, pono duas conclusiones. Prima est, Ens analogice ueroque modo analogiae dicitur de substantia & accidente. Secunda conclusio, Ens dicitur de Deo, & creatura secundo modo tantum. Prima conclusio probari potest rationibus factis contra Scotum, & maxime prima. Auctoritates autem Arist. 4. Metaphysicorum. text. com. 3. & Comment. ibidem. expresse enim ibi dicitur, quod ens non est unum, sed ad unum. Duodecimo quoque Metaphysicorum. text. com. 28. expresse dicitur, quod principia praedicamentorum non sunt aliquo modo eadem, nisi secundum proportionem. Super qua auctoritate potest argui sic, Illa non sunt uniuocum, quia nullam identitatem habent nisi proportionis: sed principia propria substantiae, & accidentis sunt huiusmodi. ergo &c. Minor expresse est in litera Aristot. nota ex terminis. si enim nullam aliam identitatem habent nisi proportionis, oportet quod careant unitate uniuocata. Et haec auctoritas est notanda contra Scotistas: quia si concedant ens habere entitatem analogam, dicitur cum hoc, quod habet etiam identitatem uniuocam: cuius oppositum Aristoteles dicit, solam identitatem proportionis inter principia praedicamentorum ponens.

Secunda conclusio non aliter pro nunc probetur, quam auctoritate san. Thom. in quaestione de ueritate, quaest. 2. artic. 2. ubi examinauit quomodo scientia sit analogata scientiae diuinae, & scientiae creatae, expresse fatetur, quod secundo modo sit analogata, & non primo modo. Vnde cum ens dicitur de Deo, & creatura, hoc modo dicitur proportionaliter, qui exprimitur, quod sicut Deus se habet ad suum esse, ita creatura ad suum: sed de his alias, cum ex proposito tractabitur, diffusius loquere: modo sufficiant haec pauca dixisse, ex quibus innotescere potest, quod conceptus entis formalis est unus in quantum repraesentans esse substantiae & accidentis, Dei & creaturae: & quod conceptus obiectalis non habet nisi unitatem proportionis determinatam ex identitate termini, uel unitate proportionalitatis, & identitate proportionum. Ex quibus elici potest, quod cum talis unitas apud Arist. 4. Metaphysicorum. text. com. 2. sufficiat ad obiectum scientiae, ens non oportet poni uniuocum ad hoc, quod passionem habeat, & contradictionem fundet, & reliqua huiusmodi habeant sibi conuenientia. Haec de quarto.

Quo ad quintum. respondetur ordinate ad argumenta. Et ad primum dicitur, quod argumentum illud, si aliquid probat, alicuius conceptus non uniuocationem probat, sicut ipsemet Scotus dicit: & ideo gratis concedimus illud: sicut etiam Auic. qui tenet ens non esse praedicatum quidditatiuum, concedit ens dicere alium conceptum, non tamen uniuocum & quidditatiuum.

Ad secundum negatur consequentia. Ad cuius probationem dico, quod aliquid continere virtualiter aliud, potest intelligi dupliciter. Vno modo sicut causa uirtute sua continet effectum. Alio modo sicut effectus continet uirtutem cause, participando illam sic: hoc stante, Minor est falsa, etenim effectus uirtutem virtualiter continet secundo modo Deum: nec oportet quod continens isto modo sit prius, immo necessario est posterius. Quod si mihi dixeris, quod hoc est abuti uocabulis, quia apud omnes continere virtualiter non attribuitur nisi cause: dico quod si fiat uis in uerbo, falsa est Maior, eo quod datur triplex modus continendi, scilicet essentialiter, virtualiter, & participatiue, sicut effectus continet in se causam.

Ad tertium, concessio toto antecedente, negatur consequentia: sufficit enim analogia illius rationis formalis.

Ad quartum negatur consequentia. Ad probationem dicitur, quod aliquid supponit, scilicet quod substantia non immutetur intellectum per propriam speciem. Vnde ad eius probationem dico, quod quantitas & accidentia in Eucharistia agunt & patiuntur totum, quod ageret & pateretur substantia, si esset. sicut enim acceperunt modum essendi substantiae. i. abique subiecto: ita etiam agere & pati eius. & ideo ex multis hostiis sensatis generatur in intellectu species intelligibilis substantiae panis, & eius quidditatiua cognitio: sicut & ad nutritionem agit, ac si esset ibi panis. Non enim minus ex illis accidentibus nutri-mur, quam ex aliis hostiis non consecratis: sicut non minus ex consecratis generantur uermes & cineres, quam ex non consecratis. Vnde ad argumentum dico, quod panis absens immutat, quoniam non est omnino absens: remansit enim ibi accidens suum, quod est uice panis: quare non est simile de uisu respectu tenebrae. Nec est contra nos auctoritas Aristotele. quoniam haec omnia habent locum, ubi est simpliciter absentia obiecti, quam hic non concedimus quo ad operationes.

Ad quintum dico, quia mediū comparatū uni extremorū, ut oppositum, induit alterum extremū, ut dicitur quinto Philosophi. text. com. 6. ideo analogum comparatum aequiuoco, quod diuersas rationes simpliciter sonat uniuocum, appellatum est ab Aristotele. ibi, & merito, eo quod urebatur analogo secundum id, quod habet de unitate. oportet enim ad uerificationem illam maximam, quod causa & effectus non in sola uoce conueniant, sed in ratione aliqua formali, eadem aliquo modo in illis: unde textus ille non est contra nos. Ad Auic. & Algazelem dico, quod nihil contra nos dicunt: quia alicuiusmodi non uniuocationem conceptus entis insinuant.

Ad quintum dico, quia mediū comparatū uni extremorū, ut oppositum, induit alterum extremū, ut dicitur quinto Philosophi. text. com. 6. ideo analogum comparatum aequiuoco, quod diuersas rationes simpliciter sonat uniuocum, appellatum est ab Aristotele. ibi, & merito, eo quod urebatur analogo secundum id, quod habet de unitate. oportet enim ad uerificationem illam maximam, quod causa & effectus non in sola uoce conueniant, sed in ratione aliqua formali, eadem aliquo modo in illis: unde textus ille non est contra nos. Ad Auic. & Algazelem dico, quod nihil contra nos dicunt: quia alicuiusmodi non uniuocationem conceptus entis insinuant.

Hic ponitur secunda comparatio, qua substantias inter se comparat tali conclusione. Substantiae simplices nobiliori & ueriori modo habent essentiam, quam compositae, quam probat dupliciter: primo sic, Quorum esse est nobilior, eorum essentia est nobilior: substantiarum simplicium esse, est nobilior quam compositarum. ergo essentia substantiarum simplicium est nobilior. Secundo sic, Causa, supple, effectiua non uniuocata, habet nobiliorem essentiam suo effectui: substantia simplex saltē prima, est huiusmodi causa compositarum. ergo substantia simplex est perfectioris essentiae, quam composita.

Ad euidentiā huius partis nota, quod ut habes a San. Tho. quarto Sent. di. 11. q. 2. ar. 1. ad primum. Simplicitas nec perfectionem simpliciter, nec imperfectionem sonat. res enim ex eo quod simplex, non habet perfectionem maiorem, sed ex eo quod taliter simplex, id est, simplicitatem subsistentem habet. Vnde materia prima est simplicissima, & formae accidentales sunt simplices, & tamen non sunt perfectiores substantiis compositis. Et ideo cum dicimus substantias simplices esse perfectiores compositis, intelligas non de quibuscumque simplicibus substantiis, sed de simplicibus subsistentibus in sua simplicitate: quales sunt substantiae separatae oēs. Propterea caueo hic opinionem Scoto in primo sen. dist. 8. quaest. 1. dicentis simplicitatem esse perfectionem simpliciter. Ut autem ueritatem tutari, ac falsum impugnare scias, notato quid sit perfectio simpliciter.

Perfectio simpliciter, apud Anselmum Monologion 15. est, quae in unoquoque melior est ipsa, quam non ipsa. Glossa sic, In unoquoque, in quantum est indiuiduum entis, id est, hoc ens, non in quantum est indiuiduum huius, uel illius naturae, puta, hic homo, aut hic angelus, melior est &c. quia comparatum includit suum postituum: ideo melior est, id est, uirtutem, seu perfectionem meliorem ponit, quam non ipsa, id est, quam quodlibet sibi impossibile: ita quod, ly non ipsa, non teneatur co-tradictorie, sed impossibile. Vnde perfectio simpliciter exigit duas condiciones. Primo, quod dicat perfectionem, secundum, quod illa perfectio in indiuiduo entis sit melior, quam quodlibet sibi in eo impossibile. Propter defectum enim primae conditionis, tam relatio, quam negatio a perfectionibus simpliciter excluditur. Propter uero defectum secundae, ratiocinari, ridere, latrare, & huiusmodi, perfectiones simpliciter non sunt: quia ista est meliora in indiuiduo huius, uel illius naturae, non tamen entis. Diximus quod ly, non ipsa, teneatur impossibile, & non contradictorie: quia aliter omne postituum esset perfectio simpliciter: quia in indiuiduo entis melius est postituum quodlibet, quolibet contradictorio formaliter sumptum. Nec superfluetenus consideres primam conditionem, quoniam propter defectum eius simplicitas non dicit perfectionem simpliciter. Simplicitas enim nihil aliud est, quam negatio compositionis: unde non est perfectio, sed negatio imperfectionis. Propterea & deficit talis modus arguendi. In indiuiduo entis quodlibet impossibile simplicitati dicit imperfectionem. ergo ipsa simplicitas est melior in unoquoque, quam non ipsa, & consequenter perfectio simpliciter. Oportet. n. addere in antecedente, &

Scot. 1. d. 8. q. 1. ad primum quolibet. q. 5.

ipsa dicit perfectionem, quod falsum est: quia negativum praedicatum est.

Potes autem contra Scoti positionem arguere sic. Nulla perfectio simpliciter saluatur in relatione, vt relatio est: simplicitas autem saluatur in relatione, vt relatio est: Ad, siquidem est simplicissimam, nullam enim compositionem includit: & vniuersaliter secundum Scotum, omnis differetia vltima relationis. ergo &c. Maior patet ex eo, quod relatio, vt relatio, nec perfectionem, nec imperfectionem sonat apud nos & Scotum.

Præter. Quod dicitur per quantum, & non quantum, non est perfectio simpliciter. Patet ista, quia implicat quod aliquid sit non quantum, & perfectio simpliciter: sed simplicitas diuiditur per quantum, & non quantum, ergo, &c. Patet minor, quia diuiditur in simplicitatem relatiuam & absolutam: simplicitas autem relatiua est non quanta.

Si dicitur ad ista, quod relatio forma licet sumpta non est simplex, sed simplicitas praedicatur de ea denominatiue: hoc non euadit argumenta, quia simplicitas relatiua est passio relationis secundum hoc, aut modus intrinsecus. Impossibile est autem quod alterum horum sit perfectius eo, cuius est: vt arguat sic. Nulla passio est maioris entitatis subiecto suo: simplicitas denominans relationem est eius passio, sicut vniuersaliter passio superioris est passio inferioris, licet non primo. ergo simplicitas relationem denominans non est maioris entitatis relatiue: sed relatio non est quanta. ergo simplicitas relatiua non est quanta. ergo nec perfectio simpliciter. Stat ergo adsumptum verum, scilicet quod simplicitas diuiditur per quantum, & non quantum.

Similiter arguere potes, si dicat quod simplicitas sit modus, quod tamen minus consonum veritati videtur. Substantia ergo immateriales, non ratione simplicitatis sunt perfectiores essentis substantiarum compositarum, sed ratione simplicitatis substantentis, & adunatis in se tantam perfectionem ita indiuisse, qua gaudent.

In hac secunda parte capituli, quid sit essentia in substantiis compositis declaratur, quia a notioribus inchoandum est, conclusionem hanc negatiuam ponit. Materia sola non est essentia substantiae compositae: quam duplici ratione probat. Prima est, talis. Illud quod est essentia substantiae compositae est principium cognoscendi illam: sed materia sola non est principium cognoscendi illam. ergo materia sola non est essentia substantiae compositae. Maior patet ex eo, quod vnumquodque per suam essentiam cognoscitur quidditative, vnde omnes aliae cognitiones oriuntur. Minor habetur ex 9. Meta. tex. com. 20. vbi dicitur, quod principium cognoscendi est actus, & non potentia.

Secunda ratio est. Essentia substantiae compositae est id, quo res ponitur in genere & specie: sed materia sola non est id, quo res ponitur in genere & specie. ergo materia sola non est essentia substantiae compositae. Maior est evidens inducendo in singulis. Sortes enim per suam naturam in specie humana collocatur, similiter in genere animalis, & sic de aliis. Minor probatur: quia id, quo aliquid in specie reponitur, oportet quod actuale sit, eo quod est principium distinguendi ipsum ab aliis speciebus, & collocandi ipsum in tali gradu vniuersi, materia autem sola actualitatem non includit.

Hic ponitur secunda conclusio negatiua talis. Essentia substantiae compositae non est sola forma: quam vnica ratione probata sic. Illud est essentia substantiae compositae, quod per eius

diffinitionem significatur: sed sola forma per eius diffinitionem non significatur. ergo sola forma non est essentia substantiae compositae. Maior est de se nota, minor probatur: quia diffinitiones naturales per hoc differunt a Mathematicis, quia istae significant solam formam, id est formam absque materia sensibilibus naturalibus vero significant formam, & materiam sensibilem.

Sed adhuc ratione potest dici, quod cum significari per diffinitionem contingat dupliciter. Vno modo, vt pars rei diffinitur: alio modo, vt subiectum rei diffinitur, seu vt deferens rei diffinitur, p diffinitione naturalis significat sola forma vt res diffinitur: & id quidditas est sola forma, materia aut significat, vt quidditate deferens.

Contra hanc responsionem subiungitur in litera talis ratio. Illud quod est proprium accidentibus, ex imperfectione suae essentiae non conuenit specificis substantiis: sed recipere in diffinitione aliquid extra essentiam suam, est proprium accidentibus ex imperfectione suae essentiae. ergo hoc non conuenit substantiis specificis. Maior patet ex terminis: quod enim est proprium alicui ex sua imperfectione, non conuenit alteri habenti perfectionem oppositam illi imperfectioni. Minor habetur ex septimo Meta. tex. com. 14. 15. & 16.

Circa maior nota, quod licet formae partis, puta animae, conueniat etiam diffiniri per aliquid extra essentiam eius, ac p hoc istud videatur esse non proprium accidentibus, sed commune eis & formis partium: in rei tamē veritate proprium est accidentibus, eo quod diffinitio non est nisi rerū existentium in recta linea praedicamentali habentium specie completā, cui diffinitio componitur ex genere, & differetia, sola autē accidentibus inter entia, & specie completa, sunt per additamentum diffinibilia: & ideo proprium accidentibus dixit esse tali modo diffiniri: vnde & anima diffinitur per aliud extra essentiam suam, pro quanto participat de accidentis natura esse in alio.

Hic ponitur tertia conclusio negatiua. Essentia substantiae compositae non est aliqua relatio inter materiam & formam, aut aliquid additū compositū ex materia, & forma: quam probat ex duabus rationibus. Primo sic. Omnis relatio media inter materiam & formam, & similiter omne additū compositū ex materia & forma est accidens extraneū substantiae: nulla essentia substantiae compositae est accidens extraneum. ergo Minor est de se nota: Maior vero probatur. Omne adueniens enti simpliciter facies formaliter ens tale, est accidens extraneum naturae a substantia: ois relatio media inter materiam & formam, & omne additū compositū adueniunt enti simpliciter, & faciunt ens tale. ergo oia hmoi sunt accidentia extraneae naturae a substantia composita. Huius profligissimi Minor declaratur primo ex eo, quod forma substantialis adueniens materiae facit esse simpliciter, & hoc aliquid, vt dicitur secundo de Anima tex. com. 2. Declaratur secundo ex eo, quod generatio terminata ad formam substantialem est generatio simpliciter: terminata vero ad formam accidentalem, est generatio secundum quid, vt dicitur 5. Phy. tex. c. 7. Cum enim materia Sortis acquirat formam substantialem, tunc sine additione dicitur Sortes fieri: acquisita autem forma substantiali, cum magnitudinem acquirat, non dicitur Sortes fieri simpliciter, & sine additione, sed fieri magnus.

Secunda ratio est ista. Nullum additum vt relatio illa media, aut vt quomodolibet sequens compositum ex materia & forma, est proprium principium a priori perfectae notitiae substantiae compositae: essentia substantiae compositae est proprium principium a priori completae notitiae eius. ergo &c.

Relinquitur

Hic ponitur quarta conclusio affirmatiua. Essentia in substantiis compositis significat compositum ex materia & forma, quam per locum a diuisione concludit ex autoritate Boetii, Auicennae, & Commentatoris, septimo Meta. com. 27. & ratione tali probat. Id quo tanquam principio completo denominante, substantia composita est ens, est compositum: sed essentia ipsius substantiae compositae est id, quo tanquam principio completo denominante, substantia composita est ens. ergo essentia ipsius substantiae compositae est composita. Minor de se est clara. dicitur enim, & est Sortes ens propter suam essentiam, quam habet: Maior vero declaratur sic. Quia docet quod aliquid res ex pluribus principii constituitur, non est talis ex altero eorum, vt completo principio, sed ex componente vtriusque: sed substantia composita est ens ex pluribus principii constitutum, scilicet materia & forma. ergo non ex altero tanquam completo principio, sed ex utroque vtrumque est compositum. ergo id quo substantia composita tanquam completo principio denominante esse, oportet esse compositum: quod erat probandum. Maior huius profligissimi exemplariter in saporibus declaratur in litera tanquam ex notioribus: & declaratio est manifesta per se. quod autē dicitur, quod sola forma, & causa essendi, infra parebit.

QUESTIO III.

In hac praedicta dubitatur, an materia sit pars quidditatis naturalis. In hac dubitatione tria facia. Primo ponitur opinio Commentatoris: secundo ponitur opinio S. Thome: tertio respondebitur argumentis oppositis.

Secundo sic. Id quod est pars humanae naturae, est pars quidditatis humanae, quia natura & quidditas sunt idem: sed materia est pars naturae humanae. ergo &c. probatur Minor ex eo, quod materia est natura, secundo Phys. tex. com. 21. Et si non est pars, oportet quod in Sorte sint duae naturae non partiales: quia non sunt partes alicuius naturae, quod est impossibile. Tertio declaratur hanc fuisse mentem Arist. primo ex octauo Meta. tex. com. 15. & 16. vbi assignat causam, quare diffinitio compositorum est vna: quia ex actu & potentia naturam esse fieri vniū. Quidditates autem simplices seipsas, inquit, habent vnitatem statim, eo quod formae tantum sint: ex quibus habetur, quod si essentia substantiae compositae esset sola forma, non oportet Arist. assignare causam propter quid sit vna. forma enim seipsa est vna: sed quia est composita, ideo dixit quod vnitatem habet, ex eo quod altera pars est actus, altera potentia. Similiter. 9. Metaph. textu vltimorum commentorum dicit, quod in quidditatibus compositorum accidit error, non autem in quidditatibus simplicium propter multitudinem partium, ex quibus sunt compositae illae quidditates, vnde ex earum compositione error accidere potest, qui in simplicibus, cum careant partibus, locum non habet: ex quibus apparet ipsum opinari essentiam compositi esse compositam, & non simplicem: & quod quidditas substantiae materialis differt a quidditate separata ex eo, quod ista est essentialiter simplex: illa vero est essentialiter composita. Haec de secundo.

Tertium, dicitur est ad rationes in oppositum. Ad quartum primum negatur Minor: licet enim materia secundum se, id est, solitarie sumpta sit ignota, adiuncta tamen & substrata tali formae specificae siue genericae, declaratiua est alterius.

Ad secundum negatur consequentia: ad cuius probationem dicitur, quod Maior illa potest intelligi dupliciter. Vno modo sic. Quaecunque sunt idem realiter, quicquid realiter coniunctum est vni, est & realiter coniunctum alteri: & sic conceditur, sed non est contra nos. Alio modo sic. Quaecunque sunt idem realiter, quicquid praedicatur de vno, praedicatur de altero: & hoc modo

non praedicaret essentialiter totam essentiam in diuidui: sed materia est de essentia omnium indiuiduorum naturalium, ergo materia vniuersaliter accepta, est de essentia speciei, & sic non cadit in speciem, vt deferens ipsam, sed vt pars essentialis.

Ad primam rationem in litera factam dicunt aduersarii, quod propriū est accidentibus diffiniri per additamentū alterius generis: & hoc non conuenit substantiis, sed diffinuntur substantiae per additum sui generis: materia enim est in eo genere, in quo est quidditas delata.

Contra. Ergo nulla est differentia inter diffinitionem formae partis, & diffinitionem formae totius, nisi forte secundum modum significandi, cum vtraque per additum sui generis diffiniatur: & sic eadem erit diffinitio animae & viui: & tunc sicut nullū genus praedicantū substantiae ponitur in diffinitione animae: ita nullum ponetur in diffinitione viui, & sic de aliis: quod est manifeste falsum.

Confirmatur S. Thome. positio adhuc tripliciter, primo sic. In omni obiecto quidditatie sumpto, cui conuenit aliqua passio adaequata, oportet inueniri intrinsece causam illius passionis: sed corpus contrarietati subiectum quidditatie sumpti, est subiectum, cui conuenit corruptibilitas per modum passionis adaequata. ergo in corpore contrarietati subiecto quidditatie sumpto, oportet intrinsece inueniri causam corruptibilitatis: & talis causa non est nisi materia. ergo &c. Maior est de se nota: quia passio fuit ab intrinsecis principii quidditatis, aliter non conueniret ei secundum quod ipsa. Minor ex eo manifestatur, quod corruptibilitas primo concluditur de corpore contrarietati subiecto. Quod autem causa corruptibilitatis sit materia, clarum est, apud Comment. maxime.

**C**onuenire autem haec omnia in hoc quod quolibet eorum significat totum qd est in specie, quod ex praedictis immediate sequitur. Si. n. genus significat totum, quia vere & proprie predicatur de specie, & confundit in se omnia ad quae se extendit: pari ratione differentia cu vere & proprie praedicatur de specie, & confundit in se omnia ad quae se extendit, vt praedicabile, totum significabit. Differentiam autem duplicem ponit inter ea. Differunt primo quo ad formalia significata eorum, quia formale significatum generis est perfectio materialis: formale autem significatum differentiae est perfectio formalis: forma vero significatum speciei est aggregatum ex vtraque perfectione, non distinguendo eas: formale autem significatum differentiae est similiter aggregatum ex vtraque perfectione, sed distinguendo eas: formale autem significatum differentiae est similiter aggregatum ex vtraque perfectione, sed distinguendo in singulis. v. g. formale significatum animalis est natura sensitiva, quae se habet vt materialis ad perfectionem intellectualem, quae formaliter importatur per rationale: & consequenter perfectio intellectus habet vt formalis. similiter formale significatum hominis, & animalis rationale, est aggregatum ex natura sensitiva & intellectu: sed animal rationale separatim explicat vtrumque, homo vero non.

**P**ro intellectu horum nota, quod significatum formale nominis ad sensum est perfectio, seu forma determinate, & primo explicata p illud nomen. Materiale vero est illud qd sub nominis significatione cadit no primo: vn considerato omni eo qd tam formaliter, qd materialiter importatur p genus, speciem, differentiam, & differentionem, dicit qd id significat, & qd conueniunt: consideratis autem formalibus eorum significatis, dicimus, qd differunt, & qd no significant idē. Sed ne vageris quare differentia inter significatum formale speciei, & differentionem, quonia nulla est: sed in modo tantum exprimeret idē formale significatum differunt. species. n. individualis, ita n. explicat totum differentio vero diuidit in singula, vt dicit. i. Phy. tex. 66. 9. Generico ergo nomen, puta animal, formaliter & determinate explicat materiale hominis perfectionem. f. sensitivam: & ideo genus sumitur a materia. 8. Met. tex. 66. 9. Differentia vero nomen, puta, rationale, formaliter & determinate explicat formale rei perfectionem: ideo dicitur ibidem sumi a forma. Et sicut in formali significato generis no cadit perfectio per differentiam importata, quia indeterminate in illo includitur: ita in formali conceptu differentiae no cadit genus eade ratione, quia. f. perfectio generica indeterminate cadit in nomine differentiae. Sicut. n. ex eo qd animal significat habens naturam sensitivam, duo significat, naturam sensitivam formaliter & primo, & qd habet illam indeterminate: no. n. explicat, an id sit homo, vel bos: sic rationale, ex eo qd significat habens rationalitatem, duo significat. f. rationalitatem formaliter & primo, & habens illam secundario & indeterminate. non. n. determinat quid sit id habens, an homo, vel animal: & ideo dicit Auic. qd genus no est in differentia, sicut pars essentiae eius. i. sicut pars sui formalis significati, sed est extra formale significatum eius: sicut subiectum est extra formale significatum suae passionis. Alibi enim pura qualitate significat, vt dicitur in Praedicamentis. Et licet genus no sit de intellectu differentiae tali modo. f. vt formaliter significatum per illam, est tamen de intellectu eius alio modo, vt subiectum. f. est de intellectu passionis. Dupliciter. n. vt supra dictum est, aliquid cadit in ratione alicuius. Vno modo vt pars quidditatis: alio modo vt subiectum eius, quomodo subiectum intrat definitionem passionis, vt habes. 7. Met. tex. com. 19. & ideo dicit Arist. 3. Met. tex. com. 10 & 4. Topic. c. 3. quod genus per se no predicatur de differentia, nisi forte sicut subiectum predicatur de passione. Ratio primi dicti est, quia genus in nullo modo dicendi per se predicatur de differentia: non quidem in quarto, quia differentia no explicat causam generis: nec in secundo, quia differentia no ponitur in generis definitione: nec etiam in primo proprie, quia praedicata primi modi in recto, quae proprie praedicatur, sunt ea quae intrinsece in ratione cadunt, & no ea quae per additamentum in ea sunt. Homo. n. no predicatur proprie de sensibili i primo modo

Meta. c. 6

praedicamentum substantiae

**A**do, quod patet ex eo qd ista. R. sibile est homo, est per accidens, vt dicitur. i. Post. ca. 8. Ratio secundi est, quia si genus est de intellectu differentiae, sicut subiectum est de intellectu passionis, consequens est quod genus praedicatur de differentia, sicut subiectum de passione. Quod dicit, Forte, no dubitatis est, sed no determinatis.

**D**ifferentia sicut pars essentiae eius, sed solum sicut ens extra quidditatem, siue essentiam: sicut etiam subiectum est de intellectu passionis, & ideo gen<sup>o</sup> no predicatur de differentia per se loquendo, vt dicit Arist. in tertio de Anima, & quarto Topicorum, nisi forte sicut subiectum praedicatur de passione. Sed diffinitio, siue species comprehendit vtrumque. f. determinatam materiam, quam designat nomen generis, & determinatam formam, quam designat nomen differentiae. Et ex hoc patet ratio, quare genus, & species, & differentia se habeat proportionaliter ad materiam, formam, & compositum in natura, quamuis non sint idem cum

**C**iem, & differentiam: quia. f. genus proportionaliter se habet ad materiam, quae est pars compositi, & no significat ipsam. Differentia proportionaliter se habet ad formam, & no significat ipsam. Species proportionaliter se habet ad compositum ex materia & forma, & vt sic non significat compositum ex materia & forma, sed aliquid complexens genus & differentiam. In assignatione huius differentiae secundum quodlibet membrum ponuntur duae particulae, puta, in primo membro, prima particula est, qd genus proportionaliter se habet ad materiam: secunda vero est, qd genus non significat materiam, similiter in secundo & tertio membrum. Prima particula omnium sequitur ex supradictis. Si. n. perfectio generica, quae formaliter importatur per genus, est materialis respectu perfectionis differentialis, quae formaliter importatur per differentiam, oportet qd sicut se habet materia respectu formae in composito naturali, puta, Sorte: ita genus respectu differentiae in composito rationali. f. speciei: vt sicut materia est potentia, & perficitur ac specificatur per formam: sic generica perfectio est potentia perfectibilis & specificabilis per differentiam. Secunda vero particula, licet sequatur etiam ex supradictis, quia ex eo qd genus, differentia, & species significat totum, sequitur immediate, qd genus no significat materiam, quia materia no est totum: & qd differentia no significat formam, quia forma no est totum: & qd species vt sic, no dicat compositum ex materia & forma, eo qd partes eius vt sic, no sunt materia & forma, sed genus, & differentia. At tamen S. Tho. pbat ea tali ratione. Materia & forma sunt partes sui totius, sicut duae res tertiae rei: genus & differentia no sunt partes sui totius. f. speciei, vt duae res tertiae rei. ergo genus & differentia no sunt materia & forma speciei. Maior patet ex se, homo. n. est alia res a materia sua, & alia a sua forma. Nec est eadem modo, vt si sit res distincta realiter, vel fm ratione ab illis duabus coniunctis: sufficit. n. nobis, qd sit tertia res realiter distincta a quolibet parte. Minor vero declaratur hoc modo: Si genus & differentia componerent speciem, vt duae res tertiae, tunc homo esset compositus ex animali & rationali: hoc est falsum. ergo a destructione consequentis, genus & differentia no componunt speciem, vt duae res tertiae, quod erat probandum. Consequentia patet ex se: falsitas vero consequentis probatur ex eo, quod nulla pars praedicatur de suo toto, vt supra dictum est, & habetur quarto Topicorum cap. 1. Animal autem praedicatur de homine, similiter rationale: dicimus enim quod homo est animal, & quod est rationale.

**A**duertendum est quod S. Tho. in textu explanando Maiorem, exemplariter dicit, quod homo dicitur esse ex anima & corpore, sicut ex duabus rebus tertia res. Circa quae verba dubitatur, quomodo hoc sit verum, eius doctrinam sustinendo, ponentis vnicam formam substantialem in composito, quancumque enim sunt idē realiter, no constituunt aliquod, vt duae res tertiae: perfectio autem corporea, & anima sunt idē realiter, si vnica forma ponatur, quomodo ergo constituant hominem, vt duae res tertiae?

**H**ac dubitatione, p eius magna difficultate, diuersi diuersimode solunt. Quidam dicunt qd corpus & anima no sunt secundum rem partes hominis, sed secundum rationem tantum. licet enim? Tho. de Ente & essen. B 2 anima

Vide Auic. cen. 5. met. c. 5.

animā sit vere pars, corpus autem secundum re est totum. dicit enim compositum ex materia & forma quae est anima: ideo nō est cōpositus ex anima & corpore tanquam ex duab⁹ partibus secundum rem, sed secundum rationem: sed bene est compositus ex eis tanquam ex duabus rebus, eo modo quo totum & pars sunt duae res, vt tertia res fm rationem distinctā ab altera, s. corpore, & secundū re ab altera. anima. ¶ Alii dicunt, & in idem redit, quod homo est compositū ex anima & corpore, sicut ex causa formali, & eo cuius est causa formalis. Diverſe enim res sunt secundū Avic. causa formalis, & id cuius est causa formalis: sicut lucidum est compositum ex luce & lucido. vnde & isti dicunt, qd est cōpositus homo ex duabus rebus, scilicet ex toto, & ex parte, sed non ex duabus partibus secundum rem. ¶ Alii dicunt, quod locutio ista est intelligēda per synecdochen, Homo est cōpositus ex anima & corpore ratione suae partis, scilicet materiae. Mihi autē pro nunc videtur dicendum, qd homo est cōpositus ex anima & corpore non solum tanquam ex duabus rebus tertia res, sed tanquam ex duabus partibus secundū re totū, accipiendo corpus nō vt ē genus, sed vt significat partē: & accipiendo animam praeſe, vt diffinitur secūdo de Anima. Significat autē corpus sic acceptum, compositum ex materia & perfectione corporea praeſe: anima vero perfectionē vitalē praeſe. Probatur intentū sic. Corpus differt realiter ab anima, & non vt totū a parte, ergo vt pars a parte, probatur mediā: quia totū confuſe salte includit partem. corpus autē sic acceptū excludit animā: vnde in diffinitione animae ponitur corpus, vt subiectū defrens animam, vt ibi dicit S. Tho. Prima propositio est ex se evidens, & ab omnibus concessa. Conſequentia autē ex ſufficiēti diuisione robur trahit: Oportet n. vel vt totū a parte, vel vt pars a parte, corpus realiter differe ab animalī realiter differūt. homo igitur est cōpositus ex corpore & anima tanquam ex partib⁹ realiter distinctis, quod erat intentū. Et aduerte quod corpus pars, cum im portat corporeitatē praeſe extra ipſum, est idē perfectionis corporeae ad animā, seu perfectionē vitalē. accidit. n. accidente extraneo corpori praeſe, quod eius perfectio sit idē cum anima: per se. n. praecendit animam: & ideo per se loquēdo, subtiliter dictū est, hominē componi realiter ex anima & corpore. Vnde secundum hoc, ad obiectionem deductā dic, quod licet perfectio corporea, seu forma corporeitatis sit eadē realiter aīa, corpus tñ aliud est realiter ab anima, & ipsa perfectio corporea, per se loquēdo, nō est eadē realiter ipsi animae, immo ipsam excludit praeſe accepta: & ideo corpus & anima cum praecisione, per se loquēdo, realiter partes ipsius hominis concedit esse. Huic responsioni fauēt verba text. vbi assignatur pro causa dicti, praecisio animae a significatione corporis. Quod dicimus de corpore est anima respectu animalis, dicere poteris de animalī & aīa intellectiua, respectu hominis: de corpore & forma lapidis, respectu lapidis, & sic de aliis, semper accipiendo terminos praecise pro partibus, licet nō cōſuetū sit dici inanimata cōponi ex corpore & forma specificā, sicut animata ex aīa & corpore, pp latentē differentia inter corporeitatē & formā inanimatorū: & et qd forma animatorū eleuat cōpositum ad hoc, qd moueat ſeipſum, oportuit in ipſo diſtinguere partē mouentem, & partē motā, animam. s. & corpus: quod non inuenitur in formis inanimatorum. ¶ Aduerte ſecundo, qd S. Tho. ad clarificandū minorem dicit, quod homo non est ex animalī & rationali, sicut ex duabus rebus tertia res, sed sicut intellectus tertius ex duobus intellectib⁹. Vbi sciendū qd genus, species, & differentia poſſunt accipi tripliter. Primo modo, p re ſignificata per nomē genericū, ſpecificū, & differentiale primae intentionis. Secūdo modo, pro cōceptu formali taliū nominū. Tertio modo, pro re ſignificata per eorū nomina ſecundē intentionis. v. g. Animal, homo, & rationale poſſunt accipi primo, pro re ſignificata p hęc nomina: ſecundo, pro conceptibus eorū formalibus: tertio, pro relationibus generis, ſpeciei, & differentiae. Primo modo nec ſpecies, nec diffinitio ē cōposita ex genere & differentia, eo qd res ſignificata per ſpeciē &

diffinitionem est eadē realiter, cū re ſignificata per genus & differentia: idem. n. non componitur ex ſeipſo. Tertio modo ſimiliter nec ſpecies, nec diffinitio est composita ex genere & differentia, eo quod relatio ſpeciei relatiuae apponitur relationi generis, vt dicitur a Porphyrio. Nullum autē correlatiuum componitur ex ſuo correlatiuo, & vniuerſaliter non apparet, quomodo relatio poſſit cōponi ex aliis relationib⁹. vñ ſicut relatio, quā ſignificat hoc nomē, Propositio, non est cōposita ex relatione praedicti ad ſubiectū: ſed est relatio attributa ab intellectu ipſi complexo ex praedicto & ſubiecto: ita relatio diffinitiois est relatio attributa tali formato conceptui in prima operatione intellectus, explicanti diſtincte genus & differentiam. ¶ Secundo vero modo tam ſpecies, quā diffinitio, est composita ex genere & differentia: conceptus enim formalis ſpeciei integratur ex conceptu formali generis, & cōceptu formali differentiae, tanquam ex duabus partibus. v. g. Conceptus formalis hominis, est aggregatum quid ex conceptu formali animalis, & conceptu formali rationalis. Quod ex ſupradictis ſic deducitur: ex eo enim quod ostendimus genus, & differentiam, & ſpeciem differe in ſignificato formali liquet, quod conceptus formalis animalis est conceptus perfectionis ſenſitiuae, & conceptus formalis rationalis est conceptus perfectionis intellectiuae, & conceptus formalis hominis est conceptus vtriusq; perfectionem complectens ex illis, tanquam conceptus tertius illorum adunatione formatus: & ſic homo est ex animalī & rationali, tanquam intellectus tertius ex duobus conceptibus, & non tanquam res ex duabus rebus: & quia nulla pars vt pars, praedicitur in recto de ſuo toto, ideo intellectus, ſive conceptus formalis animalis, nō praedicitur in recto de intellectu. i. conceptu formali hoīs. Iſta. n. est falſa. Conceptus formalis hoīs est conceptus formalis animalis: qd cōceptus formalis hominis, aggregat totū ex intellectiua & ſenſitiua perfectionis coniunctū: conceptus vero formalis animalis, non niſi partē. ſ. perfectionē ſenſitiua dicit, licet vt ſupra dictū est, fm cōceptū ſeu ſignificatū materiale & formale, ſimul totū dicat. homo ergo ſecūdū ſuū formale intellectū, ſeu conceptum acceptum non est animal, neque rationale, ſed ex animalī & rationali. Et ſicut dictū est de homine, qui est ſpecies ita dicitur de animalī, quod est diffinitio. Animal enim rationale ſecundum ſuū formale conceptum, non est animal, neque rationale, ſed ex animalī & rationali. differt, nāque formalis conceptus animalis rationalis a cōceptu formali animalis, & a conceptu rationalis, licet totum a partibus. ¶ Hoc autem quod dictum est, conceptum formalem. ſ. ſpeciem & diffinitionis componi ex conceptibus formalibus generis, & differentiae, poſſet dupliciter intelligi. vno modo de cōceptu mentalibus generis & differentiae, fm id quod ſunt, eo quod omnes ſunt qualitates ſimplices, nec poſſunt diſtingui in plures partes componentes. Nō enim est imaginandū, cum intellectus format conceptum diffinitionis hoīs. ſ. animal rationale, qd format plures cōceptus, ſed vñ tantū, qui est quaedam ſimplex qualitas, diſtincte ſingulas repraeſentatē, ſicut & in re extra, re diſtincta est habens re gnis & differentiae abſq; cōpoſitione reali: vñ hoc primo modo dictū noſtrū non est verū. conceptus vero metalis ſpeciei ſecūdū eē repraeſentatiuū formaliter acceptus, est cōpositus ex cōceptibus metalibus generis & differentiae: fm eſſe repraeſentatiuū formaliter acceptis: ſicut idolū repraeſentans totū ex idolis partiuū. Homo. n. in mēte repraeſentat aggregatū ex perfectione ſenſitiua & intellectiua: animal vero in mente formaliter nō repraeſentat niſi perfectionē ſenſitiua: rationale autē nō niſi intellectiua. vnde hoc modo verificatur dictū noſtrū. Conceptus autē obiectalis ſpeciei formaliter ſumptus, cū nihil aliud ſit, quā ſignificatum

ſignificatū formale cōceptus metalis eiufdē, est cōpositus fm rationē ex cōceptibus obiectalibus generis & differentiae formaliter acceptis: ſicut ſignificatū formale ſpeciei est cōpositū fm rōnem ex ſignificatis formalibus gnis & differentiae, vt ſupra oſteſum est. Vnde homo acceptus vt est obiectus cōceptui metalī ſuo. ſ. ſpecie ſic non est animal, neq; rationale, ſed ex aīali & rōnali, accipiedo ē animal & rationale, fm qd obiecta ſunt ſuis metalibus cōceptibus, vt oſteſit falſitas huius poſitiōis, Obiectū formale ſpecificū est obiectū formale genericū, ſive differentiale: dicit. n. homo vt ſic, aggregatū ex perfectione ſenſitiua & intellectiua: animal vero vt ſic, nō niſi vñ partē aggregatū. ſ. ſenſitiua naturā: & rationale vt ſic, non niſi alterā partē. ſ. intellectiua perfectionē. Maniſteſtum eſt autē qd aggregatū nō eſt aliud aggregatum: vñ & hoc modo dictum noſtrū veritatē continet, & eſt maxime ad propoſitum. Et ſic animal quo ad rem importatā nec eſt pars, nec totū respectu hoīs & animalis rationalis: quo ad ſignificatū vero materiale & formale ſimul eſt totum: quo ad ſignificatū formale autē eſt pars tam obiectaliter, quā repraeſentatiue ſumptum. Vnde cum dico, Homo eſt animal rationale, ſi res ipſa ſolū attendatur, nec partē, nec totū nō ſaluabitur. ſi vero res ipſa ſic ſignificata: ſimpliciter includens inferiora inſpicitur, totius rationem habet. ſi autem res ipſa ſic ſignificata attendatur ſecundū id, quod explicite includit vt ſic, partē rationem ſortitur, propter quod animal ponitur in diffinitione hoīs, vt res: res enim de re praedicitur vt totum, quia praedicitur in recto, & vt pars, quia additur differentia, quae aliud explicat &c. ¶ Quod ſupra dicim⁹ de ſpecie, dicitur de diffinitione, ſeruatō ſemper eo qd dicitur. i. Phyſ. text. com. 5. qd diffinitio diuidit in ſingula, non autē ſpecies. Nec falſaris, noſtra dicta in hac materia legens, & ſupra: quoniam ſupra per conceptum formalem, conceptum mentalē diſtinctum contra obiectalē accipimus: in hac materia vero per intellectū, ſeu conceptū formale, tam mentalē conceptū qd obiectalem formaliter ſumptum intelligi volumus. ¶ In hac quarta parte capituli hui⁹ itēdit excludere talē obiectionē. Quaeque habet vñ genus, habet vñ eſſentia: diuerſae ſpecies habet vñ gen⁹, ergo diuerſae ſpecies habet vñ eſſentia: qd eſt falſum, quia ſpecies differt eſſentialiter. Maior probatur, ex eo, qd genus ſecūdū praedicta dicit totā eſſentia ſpecierū. Ecce licet ita obiecto ſolui poſſet dicēdo, qd ſpecies habent eandē eſſentia generice, non tñ ſpecificae: quia tñ argumentū aliorū difficultatē petit, ex aliori principio reſpondere oportuit. Inducta eſt. n. haec obiectione ad concludendū diuerſas ſpecies habere eandē eſſentia ſimpliciter, non generice, vt patet ex medio aſſumpto ſic arguendo. Ea quorum tota eſſentia eſt vna, habent eandem eſſentiam ſimpliciter: diuerſarū ſpecierū eſt vna, habent eandem eſſentiam ſimpliciter: ergo diuerſae ſpecies eiufdem generis habent eandē eſſentiam ſimpliciter. Minor patet ex eo, quod genus dicit totam eſſentiam ſpecierum, & eſt vnum in eis. ¶ Ad huius obiectionis excluſionē declarat qd genus eſt vñ, & innuit talē diſtinctionē. Aliquid ſignificat vñ dupliciter, vno modo p poſitionē vnius determinatae rei ſignificatae: alio modo per indifferentiā, ſeu indeterminatōē pluriū rerū importatarū. Primo modo genus non ſignificat vnum, ſed ſecundo modo. Illud. n. primo modo ſignificat vnum, cuius ſignificatū ſecundū ſe acceptum eſt vna aliqua natura & determinata: ſicut homo ſignificat humanitatem, quae eſt certa & determinata natura. ſ. humana. Illud autem qd ſignificat vñ ſecundo modo, habet ſignificatum, non aliquam determinatam naturam, ſed plures naturas indeterminatas: ſicut animal ſignificans perfectionē, ſeu naturā ſenſitiua, non ſignificat aliquā certā & determinatā naturā ſue formā. Nulla. n. eſt in vniuerſo forma, quae ſit anima ſenſitiua, ſed qualibet eſt vel bouina, vel leonina, vel humana &c. vñ de dicitur 7. Phy. text. com. 3. qd iuxta genus latet multa. & 10. Meta. text. com. 24. qd natura generis diuerſa eſt in ſpeciebus: & primo de Anima. text. com. 9. qd ratio animalis fm vñ quodq; animal eſt altera. Eſt igitur genus vñ ſecundo modo: vnde ad formā rōnis dicit fm pmiſſam diſtinctionē, qd quorū eſt tota eſſentia vna primo modo, eorū eſt eſſentia eadē ſimpliciter: nō autē quorū

tota eſſentia eſt vna ſecundo modo, ſicut eſt in poſſito. ſpecierū. n. totā eſſentiam nō adunat genus, niſi vnitate indeterminatōis. ¶ Aduertendum autē eſt in litera appoſita fuiſſe differentia inter vnitate generis, & vnitate materis primae, ad maiorē praedictorū euidentiā: quā eū differentia ponit Cō. 12. Meta. Com. 14. vbi nota qd de materia contingit loqui dupliciter. Vno modo, vt eſt quoddam totum vniuerſale reſpicens hanc materiam vel illam, vt partes ſubiectas: & ſic de ipſa modo nō eſt ſermo: idem. n. eſt iudiciū de ei⁹ vnitate, & de vnitate cuiusque vniuerſalis. Alio modo contingit loqui de ea ſolitarie ſumpta ſecundū ſe, non prout eſt vniuerſalis, aut particularis: neque prout eſt i hac ſpecie, vel illa, & ſic de ea loquitur Com. ibi, & S. Tho. hic. Differūt ergo vnitas materiae ſic acceptae, & vnitas generis in hoc, qd vnitas materiae eſt vnitas numeralis fundata ſuper determinatā rem: vnitas vero generica eſt vnitas non numeralis, ſed indeterminatōis fundata ſupra diuerſas naturas indeterminatas. Cum autem audis vnitatem materiae primae eſſe vnitatem numeralem, intellige negatiue, nō poſitiue. Dicitur. n. aliquid unū numero dupliciter, poſitiue. ſ. & negatiue. Illud eſt numero poſitiue, quod eſt unum per poſitionem proprietatis, ſeu differentiae numeralis, ſicut Sor. & hoc modo materia prima ſecundum ſe non eſt uno numero, quia nullam proprietatem indiuidualem includit. Illud eſt unum numero negatiue, quod vniuerſale eſt non ſic, eſt non plura numero, hoc autem eſt illud, quod nullū diſtinctum includit in ſe, unde pluralitatem & numerum habere queat: & hoc modo materia prima ſecundum ſe eſt una numero: & talis vnitas numeralis fundatur ſupra determinatam entitatem, illam. ſ. quae eſt materia, quae nullum diſtinctum includit, cum ab omni denudata ſit actū, cuius eſt diſtinguere. & ideo dicit Com. quod materia eſt una per remotionem omnium formarum: quia unitatem ſuam negatiue habet ex hoc, quod nō habet diſtinctas formas. Genus autem non eſt unum numero neq; poſitiue, neque negatiue proprie loquendo, ex eo patet, quia vnitas numeralis tam poſitiue, quā negatiue fundatur ſupra certā & determinatā rem, qd in genere nō inuenitur. dicit. n. genus ſit unum unitate indeterminatōis: ex eo patet, qd naturae plures per genus imperatae non adunantur in eius ſignificatione, niſi ppter hoc, quod indeterminatē ſignificat eas. Animal enim ideo adunat in ſe equum, bouem, leonem &c. quia nō determinatē ſignificat quos eorum ſit habens perfectionē ſenſitiua. & ideo dicit Com. ibi, qd genus eſt unū per cōmunitatem formae ſignatae, id eſt, ex eo quod communiter & non determinatē formas ſignificat. Vnde & patet quomodo propoſito S. Tho. deſeruit inducta autoritas. Si enim materia & genus in hoc differūt, quod materiae vnitas eſt per negatiōem formarum ſuper entitate determinatā fundatā, & genus non eſt unū niſi propter hoc, quod ſignificat communiter plura, conſequent eſt quod genus non ſit unum niſi ex indeterminatōe: quod erat propoſitum. ¶ In H A C quinta & vltima parte huius capituli comparat eſſentiam ſpecificam ad indiuiduum ſecundum totalitatē, partialitatem, praedictabilitatem, & formalitatem. ¶ Ad quorū euidentiā aduertendū eſt, qd ſicut ſupra de eſſentia generica dictum eſt, qd poſſet ſignificari per modū totius, & per modū partis: ita nūc dicitur, quod eſſentia ſpecifica poſſet accipi vt ſignificata nomine primae intentionis per modum totius, & per modum partis. Per modum quidem totius, ſicut eſſentia humana ſignificatur per ly homo: per modum vero partis, ſicut illam eſt ſignificatur per ly humanitas. Differūt autē ipſa a ſe altero modo ſignificata in hoc, quod ſignificata per modum totius implicite includit indiuidua: ſignificata vero per modum partis excludit illa a ſui ſignificatione. Quod ſic declaratur exemplariter. Homo cum ſignificet habens naturam humanam, implicite includit ſub ly habēs, omnia indiuidua humana, ſ. humanitas autē cū ſignificet quo homo eſt homo, oē aliud ab humanitate excludit a ly quonullū. n. aliud ab humanitate eſt, quo homo eſt homo. & ideo cum principia indiuiduantur ſunt alia ab humanitate To. de Ente & eſſen. B 2 tate

tate, vt supra dictu est, sequitur qd humanitas excludit principia indiuiduata a sui significatione: & consequenter indiuidua que sine indiuiduatione intelligibilia no sunt: sicut nec species absq; differentia intelligi pot. & cu pars vt pars non predicatur de suo toto, no autē predicatur i recto habet rōnem totius, ideo essentia primo modo...

est genus, prout predicatur de specie implicite in sua significatione, quāuis indistincte, totū id quod determinate est in specie: ita id qd est species secundum quod predicatur de indiuiduo, oportet quod significet totum quod essentialiter est in indiuiduo licet indistincte: & hoc modo essentia speciei significatur nomine hominis, vnde homo de Sorte predicatur. Si autem significatur natura speciei cum precisione materiae signata, q est principium indiuiduationis, sic se habebit per modū partis: & hoc modo significat nomen humanitatis. humanitas enim significat id vnde homo est homo. Materia autem signata non est illud, vnde homo est homo: & ita nullo modo continetur inter illa, ex quibus homo habet quod sit homo. Cum igitur humanitas in suo intellectu includat tantum ea, ex quibus homo habet quod sit homo, patet quod a significatione eius excluditur, vel praedicatur materia determinata, vel signata. Et quia pars non predicatur de toto, inde est quod humanitas nec de homine, nec de Sorte predicatur. vnde dicit Auic. quod quidditas compositi non est ipsum compositum, cuius est quidditas, quāuis etiā ipsa quidditas sit composita: sicut humanitas, licet sit composita, non tamen est homo, immo oportet quod sit recepta i aliquo, quod est materia signata. Sed quia, vt dictum est, designatio speciei respectu generis est per formas, designatio autem indiuidui respectu speciei est per materiam: ideo oportet vt nomen significans id, vnde natura generis sumitur cum precisione formae, determinate praecisione formae, significet partē materialē totius: sicut corpus est pars materialis hominis, nomen autem significans id, vnde sumitur natura speciei cum precisione materiae designatae, significat partē formale: & ideo humanitas significatur vt forma quaedam. Et dicitur quod...

est forma totius, no quidem quasi superaddita partibus essentialibus materiae & formae, sicut forma domus superadditur partibus integralibus eius: sed magis e forma, quae est totum, scilicet formam complectens & materiam cum precisione tamen eorum, per que materia est nata designari. Sic ergo patet, quod essentia hominis significatur hoc nomine, homo, & hoc nomine, humanitas, vt diuersimode, vt dictu est: quia hoc nomen, homo, significat eam vt totum, inquantum scilicet non pretendit designationem materiae, sed implicite continet eam & indistincte, sicut dictum est quod genus continet differentiam: & ideo predicatur hoc nomen, homo, de indiuiduis: sed hoc nomen, humanitas, significat eam vt partem, nec continet in sua significatione nisi id, quod est hominis inquantum homo, & praecidit omnem designationem materiae, vnde de indiuiduis hominis non praedicaretur: & propter hoc quandoq; hoc nomen, essentia, inuenitur praedicatum de re. dicitur enim, Sortis essentia quaedam, & quandoq; negatur, sicut dicimus quod essentia Sortis non est Sortes. CAPVT IIII.

distinctionum, & determinationum: haec enim sunt conditiones formae. Et residuum sermonis epilogus per se patens est.

IN hoc quarto cap. intendis determinare, quo essentia substantiarū compositarum se habeat ad intentiones logicas. In genere, specie, differentia, quatuor facit. Primo sex conclusionibus determinat intentionem secundo excludit quaedam Auerrorem: tertio excludit quandam aliam obiectionem: quarto respondet euidam tacite obiectioni. Pro intellectu prima pars notanda sunt duae distinctiones. Prima est ista. Natura, seu essentia substantiae compositae tripliciter accipi, primo ut significata per modū partis secundo vt per se existens separata a singularibus: tertio, ut significata per modū totius. Secunda distinctio, quae est subdiuisio tertiū membri est ista. Natura substantiae compositae significata per modū totius, potest accipi tripliciter. primo secundū se secundo in eo quod habet in singularibus: tertio, in eo quod habet in intellectu. His praehabitis, scias quod secundū singula membra harum diuisionum ponit singulas conclusiones: secundum prima quidem duo membra utriusq; diuisionis ponit quatuor negatiuas: secundū vero vltima utriusq; ponit duas affirmatiuas, ita quod fecundum quamlibet diuisionem primo ponit duas negatiuas, deinde tertiam affirmatiuam: & sic sunt sex conclusiones. Prima ergo conclusio negatiua est. Essentia substantiae compositae significata per modū partis, sicut animalitas, humanitas, rationalitas, non est genus, neq; species, neq; differentia. Quam probat sic. Tam genus quam species, quam differentia praedicat in recto de hoc particulari supposito, puta Sortes: essentia substantiae compositae significata per modū partis non praedicatur i recto de hoc particulari supposito, ergo essentia taliter significata non est genus, nec species, nec differentia. Omnes propositiones patet ex precedenti ca. & id dicit Auic. qd rationalitas, q significat per modū partis, non est differentia, sed principium differentiae: & similiter animalitas non est genus, sed generis principium: & humanitas non est species, sed speciei principium, sicut albedo est principium albi, & pars est principium eius cuius est pars. HIC ponitur secunda conclusio negatiua. Essentia substantiae...

quod est quidditas, quāuis etiā ipsa quidditas sit composita: sicut humanitas, licet sit composita, non tamen est homo, immo oportet quod sit recepta i aliquo, quod est materia signata. Sed quia, vt dictum est, designatio speciei respectu generis est per formas, designatio autem indiuidui respectu speciei est per materiam: ideo oportet vt nomen significans id, vnde natura generis sumitur cum precisione formae, determinate praecisione formae, significet partē materialē totius: sicut corpus est pars materialis hominis, nomen autem significans id, vnde sumitur natura speciei cum precisione materiae designatae, significat partē formale: & ideo humanitas significatur vt forma quaedam. Et dicitur quod...

stantia composita per se non in singularibus existens, non est species, sive genus. Et probat ea duplici ratione. primo sic. Genus, seu species praedicatur de hoc particulari: essentia per se subsistens non in singularibus, non praedicatur de hoc particulari. ergo essentia per se subsistens, non in singularibus, non est genus, seu species. Maior patet: Minor probatur sic. Subiectum est id quod in recto de eo praedicatur: Sortes non est homo separatus. ergo Sortes non est subiectū respectu hominis se parati. ergo homo se parati. ergo homo se parati de Sorte qd erat assumptum i Minor. Secundo sic. Genus, seu species est id, quo indiuidua cognoscuntur: essentia per se subsistens non in singularibus, non est id quo indiuidua cognoscuntur. ergo essentia per se subsistens non est genus, neque species. Maior patet ex eo quod vniuersum quodque per suum genus, speciem, differentiam cognoscitur. Minor vero ex eo, quod vniuersum quodque cognoscitur quidditative per id quod est in eo, & non per id quod non est in eo. HIC ponitur tertia conclusio affirmatiua. Essentia substantiae compositae significata per modum totius est species, genus, vel differentia &c. probatur sic. Genus, species, seu differentia substantialiter continet & implicite totum, quod est in indiuiduis: essentia substantiae compositae non nisi significata per modum totius continet implicite totum esse indiuiduorum. ergo essentia substantiae compositae significata per modum totius est genus, vel species, vel differentia. Propositiones omnes ex praecedenti cap. patet, vbi dicimus genus, speciem, differentiam, conuenire in hoc, quod significant totum quod est in inferioribus, & sua abstracta excludere ea quae sunt in inferioribus. est igitur animal genus, homo species, rationale differentia. HIC antequam ponatur quarta conclusio, inchoatur secunda diuisio supra posita, cuius terminus oportet praedeclearari ad intellectum conclusionum. Natura per modum totius significata, secundum naturam, seu rationem propriam, vel secundum se, idem sonat quod natura considerata secundum eas condiciones, sive est praedicata, quae conueniunt sibi ex sua definitione, seu in primo modo dicendi per se. Natura vero secundum esse in singularibus, idem sonat quod natura considerata secundum eas condiciones, sive secundum ea praedicata, quae conueniunt sibi ex hoc, quod habet esse in intellectu. Differunt autem quadrupliciter, vt ex textu colligitur. condiciones conuenientes naturae secundum has diuersas acceptiones, eo quod condiciones debite naturae secundum se sumptae sunt praedicata essentialia. Homo enim secundū se non est nisi animal rationale: condiciones vero debite naturae reliquis duobus modis sunt praedicata denominatiua. Homo enim non est res illa, quae conuenit ei ex esse in singularibus, sed ab ea denominatur: non enim homo est albedo quae conuenit ei ex hoc, quod est in Sorte, sed ab ea denominatur albus. Similiter homo non est res illa, quae conuenit ei esse in intellectu, puta, relatio vniuersalitatis, aut speciei, sed nominatur ab ea vniuersalis, & species. Et licet haec duo vltima membra in hoc conueniant, quod attenduntur penes praedicata denominatiua: differunt tamen, quia praedicata denominatiua, quae conueniunt naturae secundum esse in singularibus, aliquid ponunt reale supra ipsam, sicut albus addit supra hominem naturam albedinis quae est ens reale: praedicata uera denominatiua quae conueniunt rei secundū esse in intellectu, nihil ponunt reale supra naturam ipsam, sed denominationem negatiuam, aut relatiuam secundum aliquam relationem rationis. Cum enim dico, Homo est species, ly species, nihil reale addit supra hominem, sed solum relationem rationis, quae respicit suum genus: species enim generis est species. Secundo, differunt istius diuisionis posita membra in hoc, qd natura absolute sumpta nec est vna numero, nec plures numero. Si enim esset una numero, non posset reperiri in pluribus numero: qd patet esse falsum, eo qd natura humana est in Sorte & Platone. Cōsequenter probatur sic. Natura em se est vna numero, ergo non potest esse disticta numero, ergo non potest reperiri i pluribus numero, qd erat intentū. Prima cōsequētia harū ex eo est clara: qd impossibile est alicui conuenire oppositū eius quod conuenit ei...

secundū esse in singularibus, idem sonat quod natura considerata secundum eas condiciones, sive secundum ea praedicata, quae conueniunt sibi ex hoc, quod habet esse in intellectu. Differunt autem quadrupliciter, vt ex textu colligitur. condiciones conuenientes naturae secundum has diuersas acceptiones, eo quod condiciones debite naturae secundum se sumptae sunt praedicata essentialia. Homo enim secundū se non est nisi animal rationale: condiciones vero debite naturae reliquis duobus modis sunt praedicata denominatiua. Homo enim non est res illa, quae conuenit ei ex esse in singularibus, sed ab ea denominatur: non enim homo est albedo quae conuenit ei ex hoc, quod est in Sorte, sed ab ea denominatur albus. Similiter homo non est res illa, quae conuenit ei esse in intellectu, puta, relatio vniuersalitatis, aut speciei, sed nominatur ab ea vniuersalis, & species. Et licet haec duo vltima membra in hoc conueniant, quod attenduntur penes praedicata denominatiua: differunt tamen, quia praedicata denominatiua, quae conueniunt naturae secundum esse in singularibus, aliquid ponunt reale supra ipsam, sicut albus addit supra hominem naturam albedinis quae est ens reale: praedicata uera denominatiua quae conueniunt rei secundū esse in intellectu, nihil ponunt reale supra naturam ipsam, sed denominationem negatiuam, aut relatiuam secundum aliquam relationem rationis. Cum enim dico, Homo est species, ly species, nihil reale addit supra hominem, sed solum relationem rationis, quae respicit suum genus: species enim generis est species. Secundo, differunt istius diuisionis posita membra in hoc, qd natura absolute sumpta nec est vna numero, nec plures numero. Si enim esset una numero, non posset reperiri in pluribus numero: qd patet esse falsum, eo qd natura humana est in Sorte & Platone. Cōsequenter probatur sic. Natura em se est vna numero, ergo non potest esse disticta numero, ergo non potest reperiri i pluribus numero, qd erat intentū. Prima cōsequētia harū ex eo est clara: qd impossibile est alicui conuenire oppositū eius quod conuenit ei...

conueniat essentiae, secundum quod significat per modum totius, vt nomine hominis, vel animalis, prout implicite & indistincte continet totum hoc quod in indiuiduo est. Natura autē vel essentia sic accepta potest dupliciter considerari. Vno modo secundū naturā & rationem propriam, & haec est absoluta consideratio ipsius: & hoc modo nihil est verum de ea dicere, nisi...

est forma totius, no quidem quasi superaddita partibus essentialibus materiae & formae, sicut forma domus superadditur partibus integralibus eius: sed magis e forma, quae est totum, scilicet formam complectens & materiam cum precisione tamen eorum, per que materia est nata designari. Sic ergo patet, quod essentia hominis significatur hoc nomine, homo, & hoc nomine, humanitas, vt diuersimode, vt dictu est: quia hoc nomen, homo, significat eam vt totum, inquantum scilicet non pretendit designationem materiae, sed implicite continet eam & indistincte, sicut dictum est quod genus continet differentiam: & ideo predicatur hoc nomen, homo, de indiuiduis: sed hoc nomen, humanitas, significat eam vt partem, nec continet in sua significatione nisi id, quod est hominis inquantum homo, & praecidit omnem designationem materiae, vnde de indiuiduis hominis non praedicaretur: & propter hoc quandoq; hoc nomen, essentia, inuenitur praedicatum de re. dicitur enim, Sortis essentia quaedam, & quandoq; negatur, sicut dicimus quod essentia Sortis non est Sortes. CAPVT IIII.

Ad horum dissolutionem considerandum est primo, quomodo transcendentia se habeant ad naturas rerum supra quas cadunt, ut autem supra in questione de significatione entis tactum fuit, nullum transcendentium importat alium gradum, seu aliam naturam a gradibus, seu naturis eorum, quibus apponuntur: cum enim dico, ens homo, vnus homo, res homo, verus homo, bonus homo, aliquid homo, nullum alium gradum ab humanitate significo, sed ipsam humanitatem diuersis modis. ly enim ens significat humanitatem, prout habet esse: ly vnus, illam, prout non est diuisa formaliter: ly res, illam prout latitudinem habet, utpote, non ex intellectu fabricata: ly vnus ipsam prout perfectiua est appetitus: ly verum, ipsam ut perfectiua est intellectus: ly aliquid, ipsam ut aliud quid est ab aliis. Simili modo est dicendum accepto quocunque gradu generico, ut facilius exemplo manifestari potest.

c. 1. q. 2.

quod conueniat sibi, secundum quod huiusmodi. Vnde quicquid aliorum sibi attribuitur, falsa est attributio, v. g. homini i eo quod est homo, conuenit rationale & animal, & alia quae in eius diffinitione cadunt: album vero, uel nigrum, uel quocunque huiusmodi, quod non est de ratione humanitatis, non conuenit homini in eo quod est homo. Ideo si quaeratur utrum ista natura possit dici una, uel plures: neutrum concedendum est; quia utrumque est extra intellectum humanitatis, & utrumque potest sibi accedere. Si enim pluralitas esset de ratione eius, nunquam posset esse una: cum tamen una sit sensus habere conceptum obiectionum vnium simpliciter, nihil concludit. Dicitur secundo ad secundum, quod argumentum a simili claudicat. licet enim sit similitudo quo ad aliquid inter compositum naturale & intellectuale: dissimilitudo tamen est magna in proposito, quia partes compositi naturalis mutuo se excludunt: quia quaedam res speciales sunt, partes autem compositi intellectuales non possunt mutuo se excludere, quia altera, puta ens, est adeo uniuersalis, ut nihil possit eam subterfugere.

Seco. r. d. 3. q. 3. fol. 9. 3. q. 3. vt ful. dictu est. c. 2. q. 3. prima ratio.

Considerandum est secundo, quod cum primum inter transcendentia sit ens, eo quod eius ratio ceterorum rationes praueuit, & omnia conuertantur cum ente, tanquam eius passionem, cum declaratum fuit: ita quomodo ens conueniat naturis rerum, planum erit de ceteris. Scotus ergo primo Sent. dist. 3. quaest. 3. opinatur ens esse vniuocum & predicari, in quid, de omnibus inferioribus, exceptis vltimis differentiis. Et, primum quidem horum tanquam per se notum supponens, secundi duplicem rationem reddit. Primo, quia si differentiae includant ens vniuocum dictum de eis, & non sunt omnino idem, oportet quod sint diuersa aliquid idem entia: & consequenter sequitur, quod differentiae vltimae sint proprie differentes, & sic habent alias differentias, & non sunt vltimae. Secundo, quia sicut ens compositum in re est compositum ex actu & potentia: ita conceptus compositus per se vnus est compositus ex conceptu actuali, & potentiali determinabili & determinate. Sicut ergo resolutio compositi in re stat ad simpliciter simplicia, scilicet actum vltimum & potentiam vltimam, ita quod actus nihil potentiae, & potentia nihil actus includat: ita resolutio conceptus, debet stare ad conceptus simpliciter simplices actuales & potentiam determinabilem tantum, ita quod nihil determinans includat, & determinans tantum, quod nihil determinabilis includat, tales sunt conceptus entis & vltimae differentiae: ergo vltima differentia non includit formaliter ens.

c. 1. c. 16.

Contra primum arguitur, quia sequeretur, quod ens noneretur in diffinitione, contra Arist. 8. Meta. tex. com. 16. Praeterea sequitur, quod esset negatio in diffinitione, ut supra in quaestio. de vniuocatione entis deduximus.

c. 2. q. 3. ratione. 2.

Contra secundum dictum arguo sic, Omne id, de quo formaliter sumptum praedicantur in secundo modo passionem entis, includit in se formaliter ens: sed de vltima differentia formaliter sumpta praedicantur in secundo modo passionem entis. ergo vltima differentia includit in se formaliter ens. Minor patet, quia vltima differentia est per se vna & intelligibilis. Maior probatur sic, Omne formaliter includens medium proprium a priori, per quod demonstratur passionem entis, includit in se formaliter ens. patet ista: quia entis conceptus est illud medium: sed omne id, de quo formaliter sumptum praedicantur in secundo modo passionem entis, includit in se formaliter medium, per quod tales passionem entis de eo sunt demonstrabiles, ergo omne tale includit formaliter ens. Patet ista Minor, quia implicat oppositum. Si enim A formaliter non includit proprium medium concludendi B, quo modo de A formaliter sumptum erit a priori demonstrabile B? Secundo arguo, & in idem redit. Omnis passio conueniens pluribus formaliter sumptis, conuenit eis ratione alicuius communis in eis formaliter inclusi, cui illa passio primo conuenit: sed vnitas uel intelligibilitas est passio conueniens omnibus vltimis differentiis formaliter sumptis, ergo conuenit eis ratione alicuius communis formaliter inclusi in eis, cui primo conuenit, tale autem est ens. ergo omnes differentiae vltimae includunt ens. Minor est per se nota. Maior est Aristot. 1. Post. Nec potest dici ad Maiorem, quod sufficit subiectum denominatiue includi in eis, quibus formaliter sumptis conuenit passio illius subiecti: quia cum tota ratio quare passio alicuius inest alteri, sit participatio illius subiecti primi, si alicui formaliter sumptum inest passio, eadem formaliter sumptum inest & subiectum: & si formaliter sumptum subiecti ex pers est, quomodo formaliter sumptum illius

c. 1. cap. 12.

passionem habere potest? Vt arguatur sic. Id quod formaliter sumptum a se subiectum excludit, etiam a se passionem excludit: sed vltimae differentiae formaliter sumptae non excludunt a se passionem entis in secundo modo. ergo nec excludunt ens in primo modo. Nec patiantur aures tuas audire responsum enim Francisci de Mayo nis dicentis, regulam adductam posteriori Arist. non tenere in transcendentibus, Voluntaria enim & de structura totius Metaphysicae glofa est.

Ad rationes autem Scoti dicitur, quod cum tam prima, quam secunda supponant vnium simpliciter, nihil concludit. Dicitur secundo ad secundum, quod argumentum a simili claudicat. licet enim sit similitudo quo ad aliquid inter compositum naturale & intellectuale: dissimilitudo tamen est magna in proposito, quia partes compositi naturalis mutuo se excludunt: quia quaedam res speciales sunt, partes autem compositi intellectuales non possunt mutuo se excludere, quia altera, puta ens, est adeo uniuersalis, ut nihil possit eam subterfugere.

AVICENNA autem Alpharabius, & Algazel, ut testatur Albertus in Postpraedicamentis, cap. 9. opinantur, quod ens non conueniat naturae absolute sumptae. Vnde dicunt hanc conuenientiam non valere. Homo est substantia, ergo homo est ens: eo quod ens significat aliquid ad. cum essentia rei, quod non est de eius ratione: quod expresse etiam de Avicenna refert Commentator. 4. Metaph. Com. 3. & 10. Meta. com. 8.

SA NCTVS THO. autem, cuius est opus, quod exponendum suscepimus super 4. Met. lectu. 2. super tex. Com. 3. & super 10. lect. 2. supra tex. Com. 8. expresse in hoc reprehendit Avicennam, unde sententia eius non est censenda eadem opinione Avicennae, licet difficile sit uidere, in quo differat ab ea, cum ipse teneat nullum aliud a Deo esse ens per suam essentiam, sed per aliquid ad dictum suae essentiae, & expresse dicat in quolibet 2. q. 2. art. 1. ens non esse praedicatum essentialiter, & in primo contra Gen. ca. 26. dicat, ens non cadere in conceptu substantiae, quod est genus generalissimum.

Propter quod a quibusdam dicitur, quod ens dupliciter sumitur, scilicet nominaliter, & participaliter. Et quod ens nominaliter quidditatiue & intrinsece de omnibus praedicatur: sic enim vnium quocunque ens per essentiam suam. Ens uero participaliter, cum idem sonet quod existens, non est praedicatum quidditatiue: sic enim nihil aliud a Deo est ens per essentiam suam, unde secundum istos, ens nominaliter conuenit naturae absolute, non autem ens participaliter. Ad dunt quocunque, quod ens nominaliter est diuinitum in decem praedicamentis, & est transcendens conuenit cum aliis, proprie loquendo, non ens secundum modo: & ideo reprehensibilis erat Avicenna, qui hanc distinctionem praetermisit.

Mihi autem aliter dicendum occurrit. Dico enim quod ens participaliter est id quod est transcendens, diuinitum in decem praedicamentis. Quod ex eo patere potest, quod S. Thomas prima parte 9. 5. & 6. & in quaestione de Veritate, quaestione vigesima prima ostendit bonum, quod etiam diuiditur in decem praedicamenta, ut dicitur 1. Ethico. conuenit cum ente participaliter, non nominaliter ut clare patet ex duobus.

Primo ex eo quod dicit, quod cum bonum & ens conuertantur, sicut res est ens, ita bona: sed non est ens per essentiam suam, ergo nec bona. In quo processu, ut fallacia equiuocationis uideatur, non nisi de ente participaliter est sermo. Secundo, ex eo quod dicit, id quo, res formaliter est bona, non esse ens: quod dictum de ente nominaliter, falsum est: quia esse actualis existentiis, quo res est ens & bona, est ens nominaliter. Ens igitur quod conuertitur cum bono, quod est transcendens, diuinitum in decem praedicamentis, est ens participaliter.

Sed in Entis nomine duo aspici possunt, scilicet id a quo nomen Entis sumitur: scilicet ipsum esse, quo res est. Et id ad quod nomen Entis impositum est, scilicet id quod est. Supra enim in principio operis dictum est, ens significare id quod est in quolibet praedicamento: & in hoc differre ab essentia, quae significat id, quo res in praedicamento reponitur. Vnde primo Physicorum, textu comment. decimitercii. Aristot. loco ly ens, ponit ly quod est. Avicenna, ergo attendens ad id, quo res est: unde nomen entis sumptum est dixit simpliciter ens esse praedicatum extra essentiam rei: sanctus Thomas uero intuens id quod est, ad quod nomen entis impositum est Avicenna non adhaesit. Nanque ipsum

Primo ten. q. 6. quaeritur utrum simpliciter possit abstrahi aliqui conceptus communis in fine.

Cap. 9. Cap. 7. Cap. 8. Circa T. com. 3. Circa T. Cap. 8.

Quolib. 2. q. 2. art. 1. contra Gen. cap. 26.

Prima parte. q. 5. art. 1. ad primum de ue. rita. q. 2. c. 7. uide cum huius doctrin. & poster. cap. 6. in princip. & circa medium.

Duo includuntur in praedicamento. Entis ca. 1. in pri. T. c. 13.

ipsum quod est, non praedicat aliquid extra essentiam rei. Insuper aduertens, quod ipsum quo res est, scilicet actualis existentia, non est extranea natura: ab ipso quod est: sed per principia propria ipsius, quod est, constituitur inter praedicata accidentalia, ens annuerare noluit: hoc enim potest asseri de quocunque alio extra essentiam rei.

Nihil enim extra essentiam rei per propria principia ipsius rei constituitur, nisi rei existentia. Quodcunque n. aliud per principia propria alterius generis constituitur. f. genus proprium, & differentia propria & vnuerfaliter propria illius praedicamenti principia. Ipsum autem existere, non nisi per genus & differentia & principia ipsius quod est, constituitur. Et haec est ratio, qua S. Tho. arguit Avicennam. quarto Metaphys. vbi supra, vnde ens praedicatur de aliquo, puta homine, cum non trahat hominem extra proprium genus & propria diuina, nec ratione ipsius quod est, nec ratione ipsius quod est substantiale, praedicatum esse relinquatur quod Aristotele & Commentatore, vbi supra, licet non sit omnino eodem modo substantiale, quo sunt praedicata illa, quae in diffinitione cadunt. His praedibatis, ad dubium dico quod transcendentia non sunt praedicata propria naturae secundum suam absolutam considerationem, neque secundum esse in singularibus, neque secundum esse in intellectu: sed sunt praedicata communia naturae quomodo libet accepta, conuenientia non solum concomitantia, sed & causaliter. Et de natura quidem tam secundo, quam tertio modo accepta, patet: ex hoc enim quod homo in singularibus inuenitur entis, vnus rei & reliquorum rationem habet. Similiter ex hoc quod habet esse in intellectu, ens est aliquo modo indiuisum & c. debetur enim sic sibi aliquid esse, licet rationis. De natura autem primo modo sumpta, ex dictis patere potest, & ex eo quod in quocunque inuenitur posterius transcendens, inuenitur & prius. Manifestum est autem de posterio ribus transcendentibus, quae sunt vnus, res, aliquid & c. quod conueniunt naturae absolute. Vnde de homine absolute loquendo, ista est vera. Homo est ens. Vnde & S. Tho. dicit super 10. Meta. vbi supra, quod ens praedicat naturas decem generum, secundum quod sunt actu, vel potentia, & non tantum secundum quod sunt actu.

Circa T. c. 3.

T. c. 3.

Circa T. c. 8.

Supra c. 1. q. 2. fin. T. c. 16.

Immediate supra. T. c. 10.

cundum quod est in Sorte. Similiter si vnitas esset de intellectu & ratione eius, tunc esset vna & eadem natura Sortis & Platonis, nec posset in pluribus pluralificari. Alio modo consideratur, secundum quod habet in se in hoc, vel in illo: & sic

Ad rationem in dubio tactam, qua dicebatur. Si sic ergo transcendentia essent ponenda in diffinitione, dicitur primo, quod non oportet omnia praedicata essentialia poni in diffinitione, sed ea tantum quae explicant alium gradum essentialium diffinitum: qualia non sunt transcendentia, de quibus dictum est, quod eundem gradum praedicant, quem genus, vel differentia importat. Vnde. 8. Meta. tex. com. 19. dicit Arist. quod ideo, nec ens ponitur in diffinitionibus, nec vnium: quia ens statim est vnium quodque, diffinitio enim completa tunc est, cum omnes rei gradus explicentur a prima potentia vsque ad vltimum actum intrinsecum, quod hinc transcendentibus, quae nullum gradum addunt, fit. Dicitur secundo de ente, quod quia ens importat aliquo modo ipsum esse, quod perinet ad quaestionem, An est: & non ad quaestionem, Quid est: ideo a praedicatis quidditatiuis aliquid declinat.

Ad dictum S. Tho. dicitur, quod transcendentia duo habet, & quod si nulla diffinitione ponatur ratio dicta, & quod in quolibet conceptu includantur, ut dicitur de ente. 3. Metaph. tex. Com. 10. quod secundum, ideo dictum arbitror: quia transcendentia quomodo libet gradum comitantur, & ideo conceptui nulli defunt. Et sic dico, quod ea quae naturae absolute conueniunt, in cuius ratione cadunt conueniunt rei, in eo quod talis homo enim in eo quod homo, est ens, res, aliquid & c. Ex his diligens lector, habet vnde diuersa dicta S. Tho. sane intelligere debeat.

Quo ad praedicata negativa vero dicitur breuiter, quod negationes illae possunt dupliciter accipi, formaliter scilicet, & fundamentaliter. Si formaliter falsum est, quod conueniant naturae absolute: per opus enim intellectus attribuuntur ei, cum negationes entia rationis sint. Si fundamentaliter, cum negatio sit per affirmationem fundetur, conceditur esse praedicata quidditatiua, sed sic sumpta nihil aliud sunt, quam genus & differentia propria. Fundamentum enim negationem naturarum disparaturu de homine nihil aliud est, quae natura hominis: ex hoc namque quod homo est animal rationale, non est leo, neque bos & c.

QVAESTIO VI.

DVIVM Secundo est circa dictum San. Thomae in littera in assignatione secundae differentiae, quod dicitur, quod na-

tura absolute sumpta, nec vnitatem, nec pluralitatem habet. Videtur enim hoc esse impossibile, cum id quod vnus non est diffinibile non sit, ut dicitur 7. Met. tex. com. 13. immo nec intelligibile, ut habetur quarto Meta. com. 10. Esti vnitas naturae absolute habere concedatur: qualis sit illa vnitas non est facile assignare, cum non numeralis sit, ut declaratum est, nec specifica, nec generica, cum haec ex intellectu fiat, nec analogica, ut de se patet: homo enim non est vnus analogice. Nec etiam facile quisquam dicit, an vnitas illa sit realis, an non.

T. c. 13. T. c. 10.

T. c. 3.

Ad euidenciam huius dubitationis quinque facienda sunt, primo videndum est quid sit vnitas qualibet. Secundo, unde habeat vnitas realitatem. Tertio, quomodo vnitas qualibet sit extra animam. Quarto, respondendum est dubitationi mota. Quinto, quaedam obiectiones excludendae sunt.

Quo ad primum sciendum est, quod cum vnium nihil addat supra ens, nisi priuationem diuisionis: ita quod vnium nihil aliud est, quam ens indiuisum, ut dicitur 4. Meta. tex. com. 3. Vnitas qualibet nihil aliud est, quam rei indiuisio. Et quia quae liber priuatio per suum habitum cognoscitur, ideo vnitas quae indiuisiorem sonat, ex natura diuisionis quam priuat, cognosci debet: & secundum diuisionis multipliciter, multipliciter vnitas accipere oportet.

Considerandum est igitur, quod diuisio est duplex, quaedam est materialis per principia indiuiduationis causata, quaedam est formalis, quae per essentialia principia fit. Haec habet latitudinem, quia quaedam est per essentialia principia propria, quaedam uero per principia essentialia communia. & hoc iterum habet latitudinem, secundum quod principia essentialia communia sunt magis & minus communia, v. g. Inter Sortem & Platonem est diuisio numeralis & non formalis: quia non cautur distinctio eorum ex essentialibus, sed indiuidualibus principijs. Inter Sortem uero & hunc leonem, dato quod leo & homo essent sub eodem genere proximo, est diuisio formalis per essentialia principia propria, vltimas, scilicet differentias tantum. Inter Sortem uero, & hanc plantam est maior diuisio formalis per principia, scilicet essentialia communia Sorti, & multis aliis speciebus, scilicet sensibile & insensibile. Inter Sortem uero & hunc lapidem, est diuisio formalis adhuc maior per communiora principia, scilicet per animatum & inanimatum. Et sic semper ascendendo intenditur diuisio formalis: adeo quod inter Sortem, & hanc albedinem est maxima diuisio formalis: utpote per propria & communissima principia essentialia, scilicet substantium & dispositiuum modos entis praedicamentorum constitutiuos.

Similiter per omnia de vnitate dicendum est. Vnitas enim est duplex. Quaedam numeralis, & quaedam formalis. Vnitas numeralis attenditur penes priuationem diuisionis numeralis. Vnitas autem formalis attenditur penes priuationem diuisionis formalis: & haec habet latitudinem. Quaedam enim priuat diuisionem formalem omnino causabili per principia propria & communia & haec est vnitas formalis simpliciter. Quaedam uero priuat diuisionem formalem non simpliciter, sed taliter causabili, scilicet per principia communia: & haec est vnitas formalis secundum quid, & habet latitudinem secundum quod diuisio priuata causabilis est a magis & minus communibus principijs essentialibus v. g. Sortes est vnus numero: quia non est per materiales differentias in se distinctus. Homo est simpliciter vnus formaliter: quia non compatitur secum diuisionem formalem quamcunque. Animal uero est vnium formaliter, in quantum non compatitur secum diuisionem per sensibile & insensibile: non tamen habet vnitatem simpliciter, quia compatitur secum diuisionem per rationale & irrationale. Corpus uero est minus vnium formaliter: est enim vnium, quia non est in se diuisum per corpus & incorporeu: est autem minus vnium, quia compatitur secum diuisionem formalem maiorem, scilicet per animatum & inanimatum. Ens autem minime est vnium: vnium quidem est, pro quanto non est in se diuisum proportionaliter: minime uero pro quanto tantam diuersitatem formalem cum sua vnitate compatitur. Ex his patet primum, quid scilicet sit vnitas qualibet: quia scilicet vnitas est indiuisio, & talis vnitas est talis indiuisio, id est diuisionis priuatio: ita quod nihil aliud est dicere, Sortes est vnus numero, nisi Sortes est ens carens diuisione numerali. Homo est vnus formaliter, id est homo est ens carens diuisione formali. Haec de primo.

Quo ad secundum est sciendum, quod ens reale dupliciter accipitur

accipitur. Vno modo vt distinguitur contra ens ab intellectu fabricatum. Alio modo vt distinguitur contra non existens actu. Primo modo omnis res predicamentalis est ens reale, siue sit, siue non. Secundo modo id tantum quod realiter existit extra causas suas, est ens reale. Et quia hoc proprie est ens reale apud sanctum Thomam dicentem in quaestione de potentia Dei, quaestione 3, articulo 5, ad secundum, quod res antequam existat, est nihil, & est sententia haec conformis Aristoteli in predicamentis dicenti, quod destructis primis substantiis, impossibile est aliquid remanere: ideo vnitas, sicut & caetera, realiter habet proprie loquendo, pro quanto ipsa existit extra animam & causas suas. Haec de se.

Potentia q. 3. art. 5. 2.

In predicamento substantiae.

Quo ad tertium propono tres propositiones. Prima est. Quilibet vnitas supradicta tam scilicet numeralis, quam formalis existit extra animam. Secunda est. Nulla vnitas communis extra animam pluribus suppositaliter distinctis existit in rerum natura. Tertia est. Omnis vnitas formalis existens extra animam multiplicatur realiter ad multiplicationem ipsarum rerum. Prima propositio est adeo manifesta, quod nullus sanae mentis potest eam negare. In Sorte enim praeter omnem intellectus operationem apparet vtraque vnitas. Caret enim in se ipso diuisione numerali & formali causabili per principia propria & communia: & sic in diuisionem numeralem & formalem habet. Vnde in Sorte non est sola vnitas numeralis, sed formalis, multiplex secundum multitudinem praedicatorum quidditatorum: & sicut non sola individualitas Sortis est extra animam, sed quodlibet eius praedicatum quidditatum: ita non sola vnitas numeralis, sed quodlibet eius vnitas formalis extra animam dicenda est esse.

¶ Ad intelligentiam vero secundae est notandum, quod res potest intelligi communis extra animam dupliciter. Vno modo potest: alio modo negatiue. Illa res est communis positue, quae indiuisa manens in pluribus suppositaliter distinctis inuenitur. Illa vero est communis negatiue, quae nulli supposito est propria. Primo modo rem communem nullam recolo asserentem dari extra animam, nisi essentiam diuinam secundum fidem Christianam. Secundo modo videtur a quibusdam poni res extra animam communis, de quibus sermo erit infra: & quia hoc alienum a veritate mihi videtur, ideo de tali communitate intelligendo, secundam propositionem proba dupliciter.

¶ Primo sic. Nulla res exigens quidditatem solitarie inueniri extra animam, existit in rerum natura: sed vnitas communis extra animam, negatiue pluribus suppositaliter distinctis est res exigens quidditatem solitarie inueniri extra animam. ergo nulla vnitas communis extra animam pluribus suppositaliter distinctis existit in rerum natura. Maior sic probatur. Nullum exigens ad se existere aliquid impossibile inuenitur: sed quidditatem extra animam solitarie inueniri est impossibile, oportet enim ipsam esse in aliquo supposito. ergo id quod exigit ipsam solitarie inueniri, nunquam existit in rerum natura. Minor autem probatur sic. Id quod exigit quidditatem non propriam alicui supposito extra animam, exigit ipsam solitarie existentem: sed vnitas communis extra animam pluribus suppositaliter distinctis exigit quidditatem non propriam alicui supposito. ergo vnitas communis extra animam pluribus suppositaliter distinctis exigit quidditatem solitarie inueniri in rerum natura. Huius praesallegati praemissa nota sunt ex terminis. Maior quidem, quia quidditas non proprie alicui supposito necessario est solitarie. si enim non est solitarie, est in aliquo supposito: & si est in aliquo supposito, est propria illi. Minor vero patet, quia commune & proprium sunt opposita: commune enim includit negationem proprii, & e conuerso. Statim enim vt res appropriata est alicui communis negatiue, esse definit, eo quod negatione appropriationis caret. & statim vt communis negatiue est appropriata alicui, non est: eo quod negationem appropriationis habet. Oppositum ergo praedicti inferit oppositum subiecti in vtraque praemissa.

In hac quaestione sic.

¶ Praeterea secundo proba sic. Omnis res existens in rerum natura, est res particularis: nulla vnitas communis extra animam pluribus suppositaliter distinctis est res particularis. ergo nulla vnitas est in rerum natura. Maior est nota ex communi Peripateticorum sententia. Minor probatur sic. Omnis res particularis est alicui vni supposito propria, aliter non esset particularis: nulla vnitas communis extra animam pluribus suppositaliter distinctis est alicui vni supposito propria, hoc patet ex terminis. ergo nulla talis vnitas est particularis.

¶ Tertia propositio probatur sic. Quotiescunque aliqua duo sunt conuertibiliter idem realiter, multiplicato realiter vno, multiplicatur & reliquum: sed res vna & vnum sunt conuertibiliter idem realiter. ergo multiplicata realiter, multiplicabitur realiter & eius vnitas. Sed pluralitas numeralis est realis, ergo pluralitas numeralis multiplicata re numeraliter, pluralisabitur & eius vnitas. vnde in Sorte & Platone si sit ut duae corporeitates, animalitates, & humanitates: ita sunt duae vnitates formales sequentes corporeitates, & humanitates.

¶ Ex his patet tertium, quomodo scilicet vnitates habeant esse extra animam: quia sunt non communes, sed particulae & multiplicatae numeraliter, iuxta numerum indiuiduorum, quorum sunt. Haec de tertio.

¶ Quo ad quartum dico, quod natura absolute sumpta habet vnitatem quandam, vt efficaciter concludit ratio adducta, quae est Sancti Thomae in tractatu de natura generis.

¶ Et quando quaeritur, aut illa vnitas est numeralis, aut specifica, dico quod est vnitas formalis, quae alia est a numerali sicut diuisio formalis alia est a materiali. Nec illa vnitas formalis est specifica, aut generica formaliter, sed est fundamentum vnitatis specifica, & vnitas generica. Haec enim vnitates formaliter ab intellectu sunt: illa vero omnem actum intellectus praerunt. Quod autem in litera dicitur, quod natura absolute sumpta nec est vna, nec est plures, intelligendum est de vnitate & pluralitate numerali.

¶ Ad id vero quod dubitationi additur, an ista vnitas sit realis, aut non: dico quod secundum se est realis primo illorum modorum, quos supra posuimus, accipiendo ens reale sicut & natura ipsa absolute sumpta: & sicut natura secundum esse in singularibus est ens reale secundo modo, ita vnitas illa quae semper naturam comitatur in particularibus potest, esse realis vere & proprie. Idem enim est iudicium de natura, & eius vnitate. Haec de quarto.

¶ Quo ad quintum duo dubia propria occurrunt. Primum est circa secundam propositionem, in qua dictum est, quod nulla est vnitas communis extra animam. Secundum est circa id quod nunc dictum est, quia scilicet aliter sit alia vnitas formalis a numerali in Sorte.

¶ Contra primum enim instatur sic. Quaecunque suppositaliter distincta, sunt vnum formaliter extra animam, habent aliquam vnitatem communem eis extra animam: Sortes & Plato sunt vnum formaliter extra animam. ergo Sortes & Plato habent aliquam vnitatem sibi communem extra animam. Maior ex eo videtur manifesta, quod si aliqua suppositaliter distincta sunt vnum, in eo in quo sunt vnum non distinguuntur: & sic illud vnum est commune vtrique extra animam, ex quo sic sunt vnum.

¶ Praeterea, Humanitas quae est in Sorte, quantum est ex se, non est determinata ad Sortem vel Platonem. ergo vnitas formalis humanitatis, quae est in Sorte, quantum est ex se, est communis negatiue Sorti & Platoni. Consequentia est nota: quia etiam vnitas formalis non est determinata quantum est ex se, ad Sortem & Platonem. Antecedens autem de se est manifestum. datur ergo extra animam aliqua vnitas communis negatiue pluribus suppositaliter distinctis.

¶ Circa secundum dubium, videtur quod inter vnitatem formalem, & vnitatem numeralem in Sorte existentem, sit alicuius realis: quia quarumcunque priuationum habitus distinguuntur realiter, ipsae quoque distinguuntur: sicut quia visus & auditus distinguuntur realiter, caecitas etiam & surditas realiter differunt: sed vnitas formalis & numeralis habitus distinguuntur realiter. ergo &c. Patet ista: quia diuisio formalis, & diuisio numeralis adeo distinguuntur, quod in rebus separatis a materia formalis sine numerali inueniuntur: & in istis inferioribus indiuidua eiusdem speciei numerali diuisionem absque formali habeant.

¶ Ad opposita uero respicienti apparebit, quod sit alicuius rationis tantum: quia sicut se habet natura formalis ad naturam indiuidualem, ita vnitas formalis ad vnitatem numeralem: sed natura formaliter sumpta est eadem natura numeraliter sumpta &

Tex. 63.

In hac quaestione sic.

¶ non nisi ratione ab eis distinguitur. ergo vnitas formalis est eadem realiter vnitati numerali, & non nisi ratione ab illa est alia.

¶ Pro dissolutione primi dubii nota, quod aliqua duo suppositaliter distincta, esse vnum formaliter contingit dupliciter. Vno modo per hoc, quod illa duo adueniunt in aliquo extra animam communi vtrique indiuiso vtrouque illorum. Alio modo per hoc, quod illa duo habent mutuam negationem inter se diuisionis formalis. Exemplum primi non inuenio in rerum natura nisi, vt dictum est, secundum fidem Christianam in Trinitate. Exemplum secundum inuenitur in omnibus indiuiduis eiusdem speciei. Sortes enim nullo intellectu considerante, habet hanc negationem, scilicet quod non est diuisus a Platone formaliter, & Plato similiter non est diuisus a Sorte formaliter. Et quia ad eos esse vnum formaliter, nihil aliud requiritur, quam esse indistinctos formaliter: ideo simpliciter verum est Sortem & Platonem esse vnum formaliter extra animam. Committitur ergo fallacia consequentis in argumento a superiori ad suum inferius affirmatiue. Esse enim vnum formaliter, est superius ad habentia aliquid commune indiuisum in eis extra animam, & ad habentia duas naturas cum mutua negatione diuisionis formalis. Non enim est imaginandum Sortem & Platonem esse vnum formaliter, quia conueniant in aliquo, in quo non distinguuntur extra animam: sed ideo, quia vtrique negatione diuisionis formalis ab altero gaudet. Vnum n. formaliter nihil aliud est, quam non diuisum formaliter. Et quod dicitur de vnitate formalis simpliciter inter Sortem & Platonem, intellige de vnitate formalis secundum quid inter Sortem, & hunc leonem, & hunc lapidem, & hanc intelligentiam &c. Sicut enim quia Sortes & Plato habent duas naturas, inter quas non cadit diuisio formalis, ideo sint indistincti formaliter simpliciter extra animam: ita quia inter Sortem & hunc leonem naturas non cadit diuisio formalis talis qualis nata est causari per sensibile & insensibile. ideo Sortes & hic leo sunt indistincti formaliter secundum quid. Ita etiam quia inter Sortem & hunc lapidem non est diuisio formalis per corporeum & incorporeum: ideo Sortes & hic lapis sunt indistincti formaliter secundum quid: ita quoque quia inter Sortem & Gabrielem non est diuisio formalis, quia nata est causari per modos entis, scilicet per se & in alio: ideo Sortes & Gabriel sunt indistincti formaliter secundum quid, & consequenter sunt vnum formaliter absque omni opere intellectus. iam enim plures dictum est, vnum idem sonare quod ens indiuisum.

In hac quaestione sic.

¶ Ad secundum dico, quod aliud est dicere, Natura humana existens extra animam secundum se, est communis pluribus negatiue, & aliud est dicere, Natura humana existens extra animam est communis pluribus, seu indifferens negatiue. prima enim est vera, secunda vero est falsa. Et veritas prima patet ex supradictis, vbi diximus quod natura quae est extra animam, puta natura Sortis secundum se, id est solitarie sumpta, non est determinata, neque appropriata alicui, & consequenter est indifferens, seu communis negatiue. Falsitas autem secundae patet ex eo, quod omnis propositio est simpliciter falsa, in qua praedicatum repugnet subiecto ratione conditionis vnitate importatae in illo: sicut ista est simpliciter falsa. Ignis non approximatus combustibili comburit, quia comburere repugnat igni non approximato passio. Sed illa propositio secunda, scilicet, Natura existens extra animam est communis pluribus negatiue, est huiusmodi. ergo ista est falsa.

¶ Ad euidentiam minoris scito, quod cum dico, Natura secundum se, seu natura absolute, dico duo, scilicet naturam & solitudinem, & eius conditionem. Similiter cum dico, natura existens extra animam, dico duo, scilicet, naturam, & particularem existentiam sibi coniunctam, & eius conditionem. Vnde aliquid conuenit, siue repugnat naturae absolute ratione naturae, & aliquid ratione solitudinis. Similiter aliquid conuenit, siue repugnat naturae existenti extra, ratione naturae: & aliquid ratione associationis eius ad particularem. Cum igitur communis negatiue, quae est praedicatum in propositione nostra, non conueniat naturae absolute ratione sui, scilicet naturae, quia non est eius praedicatum quidditatum, sed conueniat ei ratione explicitae conditionis per se, secundum se, seu ly, absolute, quae est solitudo: ex hoc enim natura est communis negatiue, quia solitarie accipitur absque determinatione ad hoc, vel illud, oportet quod repugnet naturae sub opposita conditione sumpta ratione illius opposita conditionis. Explicat autem conditionem oppositam

solitudini naturae existens extra, eo quod explicat conjunctionem eius ad particularem existentiam, quae solitudinem illius tollit. Et ideo communis negatiue repugnat naturae existenti extra, non ratione naturae, sed ratione conditionis explicitae per se, existenti extra animam: & consequenter propositio illa, in qua subiectum erat, Natura existens extra, & praedicatum erat, Communis negatiue, est simpliciter falsa. Statim enim, ut natura perdit solitudinem, communitatem quoque perdere cogitur: amittit autem solitudinem, quam proprium in alio est.

¶ Vnde apparet responsio ad argumentum, quod licet tam natura quam vnitas formalis, quantum est ex se, id est solitarie, sit communis negatiue: ipsa tamen existens extra, non est communis, sicut ipsa quantum est ex se, non est cum alio, ipsa tamen existens extra necessario est cum alio: & sic non licet inferre, Ipsa quantum est ex se non est cum alio, ergo ipsa existens extra non est cum alio: ita non licet inferre, Ipsa quantum est ex se, est communis negatiue, ergo ipsa existens extra, est communis negatiue. Vtrouque enim idem peccatum accidit, & est secundum fallaciam accidentis. Et si hoc intuitus fueris, videbis in quo disertus positio Scoti in secundo sententiae d. 3. q. 1. a positione nostra, & vnde in talem opinionem incidit. Dicit enim ipse naturam specificam, puta humanitatem, ratione sui sequi haec duo, scilicet vnitatem formalem, & communitatem negatiuam, seu indifferenciam ad plura numero. Dicit namque in fine illius quaestiones, quod non oportet querere causam, quare natura sit communis: quia natura ipsa est causa sufficientis suae communitatis, sed bene oportet querere causam, quare sit singularis, quia non ex se est singularis: & ideo sicut extra animam inuenitur natura vnita formaliter, ita inuenitur natura communis pluribus. Nos autem in primo non dissentimus, sed in secundo. Dicimus enim naturam ratione sui sequi vnitatem formalem, sed communitatem negatiuam fatemur non sequi eam ratione sui, sed ratione solitudinis suae: sicut singularitatem sequi eam diximus ratione associationis eius ad existentiam. Et quia conditio solitudinis non conuenit naturae ratione sui, nec ratione ipsius esse, quod habet extra animam, sed ratione intellectus, qui natus est aduenata diuidere: ideo ante omnem actum intellectus, nulla communis in natura inuenitur. Et sicut quarenda est causa, vnde habeat natura esse solitariam, & esse extra, quia de se neutrum habet: ita quarenda est causa, vnde habeat natura communitatem, & singularitatem: de se enim neutrum habet.

Seco. 2. dist. 3. quaest. 1.

¶ Causa autem vnde falsitas in hac Scotica processit opinio, videtur duplex. Prima est equiuocatio illius termini, ex se, scilicet se. Potest enim vtrunque eorum accipi dupliciter. Vno modo potest: & sic dicit aliquam habitudinem causae. Alio modo negatiue: & sic dicit solitudinem, id est, non cum alio, & primo modo intellexit naturam esse communem ex se, ita quod ipsa est sibi sufficientis causa suae communitatis, vt ex verbis eius ibi patet, cum tamen debuisset intelligere secundo modo. Natura enim ex se, id est non cum alio, est indifferens & communis: sicut quando dicitur, natura ex se est sola, ly ex se, non dicit aliquam causam solitatem, sed tantum negationem conjunctionis cum alio.

¶ Secunda causa est distantia inter propositionem negatiuam & affirmatiuam de praedicto infinito, reduplicatione addita. Licet enim ex affirmatiua de praedicto infinito, sequatur negatiua, & e conuerso, vt dicitur in secundo Perihermenias, quando non sunt replicatiue cum reduplicatione: tamen licet ex affirmatiua de praedicto infinito, sequatur negatiua de praedicto finito, non tamen e conuerso. Hanc enim, Homo in eo quod homo, non est albus, non sequitur ista, Homo in eo quod homo, est non albus. Si enim homo in eo quod homo esset non albus, nunquam homini coniungi posset albedo: quia quod conuenit alicui, secundum quod ipsum conuenit ei semper necessario & per se. Apparet autem in hoc defectisse manifeste processum Scoticum: cum enim commune negatiue idem sonet quod non proprium, argumentatus est sic, Natura, puta humanitas, in quantum talis non est propria alicui, ergo humanitas in quantum humanitas, est non propria: vbi expresse patet defectus praedictus. Et quod sic processerit, patet ex suo processu. Conclusio enim sua est affirmatiua de praedicto infinito, cum concludat, ergo natura ex se est communis, id est, non propria. Antecedens vero est negatiuum, scilicet, natura non est de se hic, id est, propria alicui. Similiter patet ex alio processu, quem ibi inducit, scilicet humanitati Sortis ratione sui non repugnat esse in alio, ergo humani-

Cap. 1. Lect. 3.

humanitas Sortis ex se est com. unis: ubi aperte patet predictus defectus. Reduplicationem enim in primo processu sonat ly, ex se, seu de se, in secundo ly, ratione sui &c. Et hoc est valde notandum in hac materia, & in materia de vniuersalibus, eo quod hinc omnia pendunt. Attentum ergo oportet esse, quod hac propositio, Natura ex se est communis, si debet esse vera; oportet quod ita ly ex se, quam ly communis, teneatur negatiue secundum via nostram, & veritate: & tunc idem est ac si dicatur, Natura non cum alio sumpta, est non propria alicui: quod patet esse verum. Secundum vero Scot. ly ex se, tenetur positue, & male: & sensus est, Natura ratione sui, sive in quantum talis, est non propria alicui: quod est manifeste falsum.

¶ Attenitior adhuc sit, quod aliud est dicere, Natura, puta humanitas in quantum huiusmodi, non est propria alicui. & aliud est dicere, Humanitas, in quantum huiusmodi, est non propria, seu communis, quod idem sonat in proposito. Prima enim est vera: quia humanitati in eo quod humanitas, non conuenit quod sit appropriata alicui. Secundum vero patet esse falsum ex eadem radice: quia humanitati in eo quod humanitas, non conuenit quod sit non appropriata alicui. Abstrahit enim ab utroque, scilicet ab esse proprio, & ab esse non proprio. Si enim humanitas in eo quod humanitas, esset non appropriata, nunquam humanitas esset appropriata alicui: quia, ut dictum est ex r. Postea, quod conuenit alicui secundum quod ipsum praesupponit de omni, necessarium, & per se. Quod autem naturae ratione sui non conueniat illa communitas, licet supra indistincte probatum fuerit, ubi duabus rationibus deducta est falsitas istius propositionis. Vnitas existens extra animam, est communis pluribus suppositaliter distinctis. ad falsitatem enim huius sequitur falsitas illius: quia quod non conuenit rei extra animam, non conuenit ei ratione sui: directe tamen nunc probetur sic. Omne quod sequitur aliquam naturam ratione sui, praedicatur simpliciter, id est, sine aliqua additione de supposito illius naturae: sed communitas sequitur naturam humanam per te ratione sui: ergo communitas praedicatur simpliciter, id est, sine aliqua additione de supposito naturae humane. Processus bonus in tertio prima: conclusio autem est falsa: ergo altera praemissarum: non Maior, ut declarabitur, ergo Minor, quae est positio tua. Falsitas conclusionis patet: quia ista est simpliciter falsa, Sortes est communis pluribus: & si addatur ly ex se, adhuc est falsum dicere, Sortes ex se est communis pluribus. Veritas Maioris declaratur sic. Quod sequitur naturam ratione sui aut est passio, aut modus, aut praedicabile per se, aut per accidens, aut separabile, aut inseparabile. Modo omnia ista, si comitantur naturam ratione sui, ita se habent, quod sicut natura praedicatur essentialiter de individuo, pura homo de Sorte: ita ista praedicatur denominatiue in suo ordine de ipso individuo, ut patet discurrendo.

¶ Et confirmatur hoc, quia in proposito nostro naturam humanam sequuntur vnitas formalis & communitas ratione sui secundum te. Vnde neutrius est alia causa querenda, nisi natura ipsa. ergo sicut vnitas formalis praedicatur simpliciter de Sorte, ista enim est simpliciter vera, Sortes est vnus formaliter: ita communitas praedicabitur de Sorte simpliciter dicendo, Sortes est communis. Hoc est falsum, ergo &c. Quenam est maior ratio de vnitate, quam de communitate? & quare eorum quae sequuntur naturam ratione sui, alia praedicentur de indiuiduis, alia non? Non enim erit facile fingere rationes. Scoti, quas ibi facit, quia non concludunt communitatem dari extra animam, sed vnitatem: ideo superfluum iudicauit adducere. Si quae autem ex eis, aut ex positu ab eodem in septimo Meta. ad communitatem probandam adducerentur, non erit difficile sumere responsionem ex dictis ad duas illarum hic inductas.

¶ Ad secundi dubii euidentiam sciendum, quod vni cum dicat ens indiuiduum, importat aliqd positiuum, & aliquid priuatiuum. Si loquamur de vnitate formali, & vnitate numeratiue substantiali, quo ad propositu quod importat, sic sunt idem realiter, & distinguuntur sola ratione. Sic idem realiter sunt Sortes & homo: & ratione distinguuntur, eo quod eadem res est quae est vna formaliter, & numeraliter. Si autem loquamur de his vnitatibus, quo ad priuationes diuisionu importatas, sic dico quod distinguuntur realiter, dum modo non fiat vis in hoc, quod distinctio realis sit passio entis realis, eo quod alia priuatio est priuatio diuisionis formalis, & alia est priuatio diuisionis numeralis: sicut alia est diuiso formalis, & alia est diuiso

numeralis. Nec inconueniunt uno esse plures unitates substantiales realiter distinctas, quo ad priuationes importatas. esset aut impossibile in uno esse plures unitates substantiales realiter distinctas quo ad res positivas, quas importat. Vn utriusque rationis adducte conclusio concedenda est diuersimode loquedo, nec aliter ridere est opus.

QVAESTIO.

¶ Vbi vnum est tertio circa assignatione quartae differentiae. Non enim videtur veru, quod natura absolute sit illa quae praedicatur de indiuiduis: quia natura absolute sumpta, non est vniuersalis, neque communis. In huiusmodi autem propositionibus, Sortes est homo, & Sortes est animal, & similibus praedicatur vniuersale, & superius de particulari & inferiori. Similiter etiam cum quaeritur, an ista praedicatio, Sortes est homo, sit aequalis de aequali, vel inferioris de inferiori, non videtur posse responderi, tenendo quod natura absolute praedicatur cum illa, nec aequalis, nec superior sit.

¶ Ad hoc dicendum est, quod sicut in natura extra est considerare ipsam rationem agendi, & est considerare conditionem eius sine qua non operatur, v.g. in colore consideratur natura eius, ex qua est visibilis: & consideratur particularitas quae est conditio, sine qua non est visibilis: ita in natura praedicabili est considerare duo, scilicet id quod praedicatur & attribuitur subiecto, & conditionem sine qua attribuitur illi. Sicut in hac propositione, Sortes est homo, id quod attribuitur subiecto, est ipsa natura humana, & nihil aliud. Condicio vero sine qua ly homo, non praedicatur de Sorte, est esse vniuersale superius commune, vel aliud huiusmodi. ut n. infra patebit, & habetur ab Arist. 7. Met. tex. com. 46. Nulla res praedicatur, nisi ut habet esse in intellectu, eo quod praedicatio ab intellectu dependit. Vnde ad dubium dico, quod natura secundum suam rationem est id quod praedicatur de ipso indiuiduo. est enim praedicatio rei de re. Superioritas tñ, & vniuersalitas, & cetera huiusmodi, sunt conditio eius. Et ideo ad interrogationem, an in illis praedicationibus sit praedicatio aequalis vel superioris, dico quod est praedicatio superioris.

¶ Nec obstat, quod superioritas non inest naturae absolute quae praedicatur: quoniam non dicit S. Tho. quod natura absolute, prout abstrahit ab omni esse, conueniat hac conditio, scilicet praedicatio de indiuiduis: sed dicit quod res cui conuenit illa conditio, est natura absolute, & non aggregatum ex natura & esse in intellectu, seu in singulari. Non enim cum dico, Sortes est homo, est sensus, Sortes est homo s'm esse in intellectu, aut in singulari, aut superiori, aut aequalis, sed, Sortes est habes humanitate.

¶ Vnde valde attendenda est distinctio inter id quod praedicatur, & conditionem praedicari, qua non attendit forte decepti sunt dicentes absolute ex hoc textu haberi, quod ista, Homo est animal, nec est praedicatio superioris, nec inferioris, nec aequalis. Sensus ergo litera est, Natura absolute quae est, praedicatur, id est, natura secundum conditiones sibi debitas ratione sui, est id quod attribuitur singularibus, & non secundum conditiones sibi debitas ex esse in intellectu, uel singulari. cu quo stat, quod esse in intellectu, vniuersalitas, & superioritas sint conditiones, sine quibus natura ipsa non praedicatur de singularibus.

¶ H I C iam ponitur quarta conclusio negatiua, Essentia substantiae compositae absolute sumpta non est vniuersalis, ut species &c. Probatur sic. Vniuersale est unum commune multis: essentia substantiae compositae secundum se non est una communis multis, ergo essentia substantiae compositae secundum se non est vniuersalis &c. Maior est Arist. secundo Posteriorum. Minor vero probatur ex eo, quod si secundum se essentia substantiae compositae esset una & communis, in quocunque inueniretur illa essentia, esset una & communis multis, quod est impossibile. Consequentia patet ex eo, quod omne quod conuenit alicui secundum se, conuenit ei in quocunque ponatur, ut ex primo Posteriorum apparet. Impossibilitas autem consequentis adeo est manifesta, ut Avicenna dicat secundo suae Metaphysicae, quod nullus sanae mentis potest oppositum illius opinari. Quis enim est adeo fatuus, qui dicat essentiam Sortis sibi communem esse & Platoni?

¶ S E D hic occurrit dubiu circa propositionem illam, supra quam fundatur totus processus, scilicet, Omne quod conuenit alicui secundum se, conuenit ei in quocunque ponatur: videtur enim, multas habere instantias. Motus enim secundum se est uelocitabilis in infinitum, ex sexto Physicorum tex. Com. 15. Motus autem in caelo positus, nequaquam, sed est uelocitas ut dicitur secundo

In fine huius capituli. T. cap. 46.

T. cap. 17.

T. cap. 11.

T. cap. 17.

secundo Caeli, tex. Com. 18. Similiter continuum secundum se est diuisibile in infinitum, ex sexto Physicorum tex. Com. 3. Continuum autem in re naturali positum non, cum omnium natura constantium determinata sit ratio magnitudinis, ut dicitur secundo de Anima tex. Com. 41. Similiter motus secundum se

¶ Similiter etiam non potest dici, quod ratio generis accidat naturae humanae secundum illud esse, quod habet in indiuiduis: quia non inuenitur in indiuiduis natura humana secundum vnitatem,

¶ Ad hoc, & similia dicitur praenotando, quod aliud est dicere, A conuenit aliquid secundum se: & aliud est dicere, A non repugnat aliquid secundum se. Ad veritatem enim primi exigitur, quod A vendicat sibi illud in primo, vel secundo, vel quarto modo perferatis. Ad veritatem secundi sufficit quod ipse A ut sic, non repugnat illud. Ad veritatem quoque primi, sequitur illud conuenire sibi in quocunque ponatur, ad veritatem secundum di, non. Multa enim sunt quae non repugnant animalis in eo quod animal, quae tamen non inueniuntur in quolibet animali. Quicquid autem conuenit animalis in primo, vel secundo, vel quarto modo dicendi per se, inuenitur in omni animali. Vnde in proposito dico, quod nulla instantiarum adductarum est contra propositionem assumptam, eo quod omnia quae in illis dicuntur, intelligenda sunt per non repugnantiam & p conuenientiam. Cu enim dicitur, motus esse uelocitabilem in infinitum, intelligitur motui ut sic, non repugnare uelocitatem in infinitum. Similiter cum dicitur, continuum esse diuisibile in infinitum, intelligitur continuum ut sic, non repugnare diuisibilitatem in infinitum. Similiter cum dicitur, motum habere contrarium, intelligitur motui ut sic, non repugnare habere contrarium.

¶ Quod si hoc non placet, dicitur, quod aliud est dicere, A in eo quod A, conuenit aliquid: & aliud est dicere, A in eo quod A, non conuenit aliquid, ut patet. Et quod quicquid conuenit A in eo quod A, conuenit omni A: quicquid autem non conuenit A in eo quod A, non oportet negari ab omni A. Rationabile enim non conuenit animalis in eo quod animal, & tamen non negatur ab omni animali. conuenit enim animalis in homine. Et subiungitur, quod omnes propositiones in instantiis adductae sunt intelligenda negatiue, ut sit sensus. Motus est uelocitabilis in infinitum, id est, motus ut sic, non est determinate uelocitabilis. Similiter continuum est diuisibile in infinitum, id est, continuum ut sic, non est determinate diuisibile. Similiter motus habet contrarium, id est, motus ut sic, non determinat sibi esse absque contrario: & sic secundum utrunque modum respondendi remanet propositio assumpta vniuersaliter vera.

¶ Possent tamen & aliter dici ad has instantias: sed quia magis ad formam propositionis attendo, quam ad materiam, ideo impraesertim pertranseo.

¶ H I C ponitur quinta conclusio negatiua, scilicet, Essentia substantiae compositae secundum se quod habet in singularibus, non est vniuersalis. Probatur sic. Vniuersale est vnu in multis: essentia substantiae compositae secundum se quod habet in indiuiduis, non est vna in multis, sed diuersa in multis. ergo essentia substantiae compositae, secundum se quod habet in indiuiduis, non est vniuersalis: & consequenter nec species, nec genus, nec differentia, quae vniuersaliter supponunt.

¶ H I C per locum a diuisione concluditur sexta conclusio affirmatiua determinatiua quae sit difficultatis, scilicet, Essentia secundum esse in intellectu est vniuersalis, genus, species, differentia &c. probatur sic. Vnum in multis & de multis est vniuersale: natura secundum esse in intellectu est vna in multis, & de multis. ergo est vniuersale. Probatio Minoris. Vniuersaliter se habens ad multa, ut essentialis eorum imago, est vnum in multis, & de multis: natura secundum esse in intellectu est huiusmodi, quia habet esse abstractum ab omni difformitate indiuiduorum, essentialiter eorum cognitionem gignens. ergo &c.

¶ Ad euidentiam huius conclusionis & rationis: quia termini multipliciter dicti, secundum Arist. doctrinam, distinguendi sunt. Nota primo distinctiones terminorum in conclusione positorum. Esse in intellectu conuenit dupliciter subiectiue, & obiectiue. Esse in intellectu subiectiue, est inherere ipsi, sicut accidens suo subiecto, ut albedo superfici. Esse in intellectu obiectiue, est terminare actum intellectus. Intellectus est duplex in nobis, agens & possibilis, ut dicitur tertio de Anima tex. Co. 17. Intellectus agens est ille, qui abstrahit speciem intelligibilem a phantasmatibus. Intellectus possibilis est ille, qui intellectum recipit in se. Vniuersale est duplex, in representando, & in praedicando. Vniuersale in representando in proposito est, quod re-

praesentat rem, non representando conditiones eius indiuiduales. Vniuersale in praedicando est illud, quod praedicatur de multis differentibus secundum esse.

¶ His visis scito conclusionem illam, scilicet, Natura secundum esse in intellectu est vniuersalis, trifariam verificari. Primo sic, Natura secundum esse obiectiuum in intellectu agente, est vniuersalis in praedicando. Secundo sic, Natura secundum esse subiectiuum in intellectu possibili, est vniuersalis in representando. Tertio sic, Natura secundum esse obiectiuum in intellectu possibili, est vniuersalis in praedicando.

¶ Sciendum est secundum, quod res extra, secundum quod est actu intelligibilis, est obiectiue in intellectu agente: sic enim terminat eius actionem, quia ad hoc positus est ab Aristot. intellectus agens, ut faciat rem intelligibilem in potentia, intelligibilem in actu, ut Com. dicit tertio de Anima. Com. 18. Fit autem actu intelligibilis res extra ab intellectu agente non per hoc, quod recipiat, aut perdat aliquid secundum esse per illius actionem, sed ex hoc quod eius species intelligibilis producitur ab intellectu agente. Per hoc enim res extra representatur, non representatis conditionibus indiuidualibus, cum quibus in potentia intelligibilis erat, non in actu. Vnde ipsa productio speciei intelligibilis, est factio rei extra, intelligibilis in actu. Habet. n. ratio illa duos terminos. Vnum intra animam, scilicet speciem intelligibilem, quae realiter producitur de nouo in intellectu possibili: & alium extra, scilicet, rem cuius est illa species quae nihil reale ex hoc acquirit, sed tantum denominationem extrinsecam, scilicet quod est abstracta ab hoc, & nunc, quod est actu intelligibilis &c.

¶ Natura autem extra, secundum quod est actu intellecta, est obiectiue in intellectu possibili: sic enim terminat eius actionem, quae est intelligere. Fit autem & est actu intellecta res extra, non per hoc quod aliquid accipiat, aut amittat per actionem intellectus possibilis: sed ex hoc quod conceptus eius formatur ab intellectu possibili. tunc enim res intelligitur, quando eius conceptus formatur. Vnde ipsa conceptus formatio est factio rei extra actu intellecta: habet enim & haec actio duos terminos. Vnum intra animam, scilicet conceptum, qui realiter fit, qui nihil aliud est quam expressa similitudo rei, rem praesentem obiectiue faciens intellectui possibili: & alterum extra, scilicet rem quae ex producto conceptu extrinsece, denominatur actu intellecta.

¶ Et ex his patet quae sit differentia, & quae sit conuenientia inter rem obiectiue in intellectu agente, & intellectu possibili. Differentia siquidem est, quia ex hoc quod obiectiue in intellectu agente fit, & est actu intelligibilis, non autem actu intellecta. Ex hoc vero quod est obiectiue in intellectu possibili, quae iam erat actu intelligibilis, fit actu intellecta. Conuenientia autem est, quia tam ex hoc quod est obiectiue in intellectu agente, quam ex hoc quod est obiectiue in intellectu possibili, habet quod sit representata absque indiuidualibus, conditionibus: & consequenter quod sit abstracta ab hoc, & nunc &c.

¶ Sciendum est tertio ex Avic. 5. Metaph. c. 1. quod vniuersale in praedicando, est id quod in intellectu non est impossibile praedicari de multis. & hoc tripliciter potest se habere.

¶ Primo, quod illa multa sunt actu in rerum natura: sicut homo obiectus intellectui est vniuersale respectu Sortis & Platonis.

¶ Secundo, quod illa multa non sunt, possint tamen esse: sicut domus heptangula obiecta intellectui, est vniuersale respectu plurium heptangulorum quae non sunt, possint tamen esse.

¶ Tertio, quod illa multa, nec sint nec possint esse: sicut luna obiecta intellectui est vniuersale respectu plurium lunaru, quas impossibile est esse. Et Gabriel obiectus intellectui est vniuersale respectu plurium Gabrielium, quos implicat contradictionem esse.

¶ Vniuersale primo modo, vocatur a S. Th. prima parte quest. 13. artic. 9. c. vniuersale secundum rem, & secundum rationem: quia res illa realiter est in pluribus, & non solum ut obiecta intellectui. Vniuersale tertio modo, vocatur ibidem, vniuersale, seu commune secundum rationem tantum: quia res illa non inuenitur realiter in pluribus, sed ut obiecta intellectui tantum. Vniuersale secundo modo, ibi non distinguitur contra vniuersale primo modo: postea tamen nomine proprio dicitur vniuersale secundum rationem, & secundum rem, in potentia tamen. Nec solum nomina ibi imponuntur a S. Th. sed & dictionum ratio assignatur valde subtilis, quae super quatuor propositiones fundatur.

¶ Prima est, Vniuersalitas & praedicabilitas non conueniunt

Com. 18.

Cap. 11.

1. per. q. 13. artic. 9. c.

In hoc cap. rei

T. cap. 13.

In hac qd.

rei secundum se, nec secundum esse quod habent extra animam. Patet illa ex dictis.

¶ Secunda est, Res materialis, quae sola per propriam speciem cognoscitur a nobis, secundum quod est in intellectu nostro, obiectiue representatur absq; conditionibus individualibus, patet illa ex dictis.

¶ Tercia est, Res immaterialis etiam Deus ipse secundum quod est in intellectu nostro, obiectiue representatur per modum rerum materialium, scilicet non representatis proprietatibus individualibus. Patet illa, quia res illa non cognoscitur a nobis secundum quod in seipsis sunt, sed per modum rerum materialium: nec per proprias species, sed per species rerum materialium.

¶ Quarta est, Res omnis ut representata absque conditionibus individualibus, non magis respicit unum quam plura individua. Patet illa: quia ut abstracta est, equaliter ad unum & multum se habet. Nihil enim fingi potest, unde abstractum, ut abstractum, unum magis respicit, quam plura, vel contra. Unde & notanter Auic. appositum in distinctione vniuersalis illam particulam, Secundum quod est in intellectu. Multa enim sunt vniuersalia, quibus tam secundum esse extra, quam secundum propriam rationem repugnat praedicari de pluribus, ut de intelligentiis dicitur. Nulli autem vniuersali, secundum quod est in intellectu representatur absq; propria & particulari existentia, seu proprietate & hypostatica repugnat praedicari de pluribus. Ex quibus formatur talis ratio. Res quaelibet & sola equaliter se habet ad unum & plura individua, est vniuersalis in actu in praedicando: res quaelibet sola, ut representata intellectui nostro, est equaliter se habet ad unum & plura inferiora, ergo res quaelibet & sola, ut representata intellectui nostro, est vniuersalis in actu in praedicando. Maior patet ex distinctione vniuersalis assignata ab Arist. 1. Periherm. Minor vero quod ad secundam partem patet ex prima propositione: quo ad primam autem partem ex reliquis tribus.

¶ Ex his corollarie elicio, quod ad hoc quod aliquid sit vniuersale in actu in praedicando, non exigitur actualis relatio naturae obiectiue ad particularia: sed sufficit quod res ipsa sit in ea dispositione, secundum quam intellectus ad libitum possit illam relationem sibi vere attribueret, nihil addendo praeter ipsam actualem relationem.

¶ Iis praebatis, iam patere potest conclusio intenta secundum omnes tres sensus assignatos.

¶ Et pro primo quidem sensu, argui potest sic. Id quod in intellectu non est impossibile praedicari de multis, seu, ut Aristot. verbis utar, aptum natum est praedicari de multis, est vniuersale in praedicando: sed res secundum esse obiectiui in intellectu agente est huiusmodi, ergo res secundum esse obiectiui in intellectu agente est vniuersalis in praedicando. Maior patet ex Auic. & Arist. Minor vero probatur sic. Res abstracta a conditionibus individualibus ut sic, est apta nata praedicari de pluribus: res secundum esse obiectiui in intellectu agente, est abstracta a conditionibus individualibus, ergo &c. Praemissae omnes ex dictis sunt manifestae.

¶ Ex his habes quae male dixerit Sco. 2. sent. dist. 3. q. 1. in responsione ad primum, dicendo, quod natura ante actum intellectus possibilis nihil habet, nisi quod conuenit sibi extra animam. Patet enim iam quod secundum sententiam Arist. est actu intelligibilis abstracta ab hoc, & nunc: & consequenter vniuersalis in actu: ante actum intellectus possibilis.

¶ Pro tertio sensu arguere aliter non est opus, eo quod eodem modo procedendum esset.

¶ Secundus autem sensus intelligentibus terminos, ex rationibus terminorum clarus est. Natura namque secundum esse subiectiuum in intellectu possibili, nihil aliud est quam similitudo immaterialis sui representatiua in illo existens. Similitudo autem immaterialis a singularibus abstracta, rem vniuersaliter necesse est representet, eo ipso quod abstracta est. Si enim rem vniuersaliter non representet, sed particularibus conditionibus immixtam, & non a materialibus conditionibus abstractam, non esset vniuersalis, ergo in representando ipsam est vniuersalis res, secundum quod est subiectiua in intellectu possibili, id est species, seu similitudo ipsius naturae pro quanto representat naturam ipsam non representatis conditionibus individualibus.

¶ Et nota, quod quia natura ipsa habet duas similitudines in anima, scilicet speciem intelligibilem & conceptus, siue speciem impressam & speciem expressam: ideo secundum vtranque speciem est vniuersalis in representando. Quare autem oporteat unitas species ponere, & quomodo, si Deus concesserit nobis vitam, a libi dicitur. Quamuis autem conclusio secunda possit omni-

bus modis dictis verificari: attamen primus, & tertius sunt ad propositum litera. Incendimus enim hic de vniuersali in praedicando, quod intentionem logicam sonat: & non de vniuersali in representando, quod nulla intentione secunda logica dicitur vniuersale, sed ex esse proprio, quod secundum rem sortitur.

¶ Literam sic glossare potes. Ipsa enim natura habet esse in intellectu agente vel possibili, tam obiectiue, quam subiectiue, abstractum ab omnibus individualibus conditionibus. Et habet rationem vniuersalem obiectiue in praedicando, subiectiue in representando, ad omnia individua quae sunt extra, prout essentialiter est similitudo omnium obiectiue in essendo: subiectiue in representando, inducens in cognitionem, sicut, in quantum sunt homines, quia ut sic assimilantur. Et ex hoc quod talem relationem, scilicet vniuersalem & similitudinis essentialis, vel representatiuae habet natura ad omnia individua, intellectus adinuenit rationem speciei, id est secundum intentionem, quae est species, & attribuit ipsi naturae vniuersaliter se habenti ad individua ex hoc, quod representatur absque omni individualium difformitate.

Q V A E S T I O V I I .

C I R C A dicta est questio non modica, An vniuersalia in actu, sint extra animam, an fiat per opus intellectus, quem admodum dictum est. In hac quaestione primo declarabitur titulus: secundo ponetur opinio Scoti: tertio ponetur opinio S. Tho. quarto respondebitur ad argumenta in oppositum.

¶ Quo ad primum, quia haec quaestio diuersimode intellecta, diuersis modis a philosophis determinata est, impraesertim peripateticam sententiam supponendo, scilicet quod vniuersalia non subsistant extra singularia, declaranda est quomodo intelligatur.

¶ In nomine vniuersalis, tria intelligimus. Primo vniuersalitatatem, quae est relatio rationis. Secundo rem, quae denominatur vniuersalis ab illa vniuersalitate. Tertio, aptitudinem ad essendum in multis, quae est quid medium inter illa duo, & est fundamentum proximum, quare res suscipiat illam relativam denominationem. Ideo enim rei intellectus attribuit relationem vniuersalitati, quia res illa apta nata est esse in pluribus, non uertitur in dubium, an illa relatio, quae uocatur vniuersale, formaliter sit extra animam: eam enim omnes ab intellectu fieri dicunt. Nec queritur, An illa res quae denominatur vniuersalis, quae uocatur vniuersale obiectiue in potentia, sit extra animam.

¶ Communis enim sententia est, quod quandoque res illa est extra animam, quandoque non. Si enim res illa est res realis, puta homo, bos, & huiusmodi ponitur extra animam. Si autem res illa sit ens rationis, non ponitur extra ut subiectum, praedicatum, propositio, syllogismus, & similia. Sed dubitatio est, An aptitudo ad essendum in multis sit extra animam: ita quod aq; omni tempore intellectus inueniatur res apta nata esse in multis, quae uocatur vniuersale in actu obiectiue, an solum extra animam sit res. Aptitudo autem ad essendum in multis in se rei per opus intellectus. Et quia aptitudo illa complet rationem vniuersalis in actu, obiectiue sumendo vniuersale, licet non formaliter: ideo querere an extra animam inueniatur totum hoc, scilicet res apta nata esse in pluribus, est querere, an sit extra animam vniuersale in actu obiectiue.

¶ Et debes scire ad euidentiam terminorum, quod sicut album accipitur dupliciter, scilicet formaliter & subiectiue: ita vniuersale accipitur dupliciter, scilicet formaliter, & subiectiue. Subiectiue enim accipi non potest, eo quod vniuersalitas in nullo est subiectiue, cum sit ens rationis. Vniuersale formaliter est ipsa vniuersalitas, quae relatiua est. Vniuersale obiectiue subdiuiditur in vniuersale obiectiue in actu, & vniuersale obiectiue in potentia. Vniuersale obiectiue in actu, est totum hoc, scilicet, res una apta nata esse in pluribus. Vniuersale obiectiue in potentia, est res ipsa, ana formaliter, non adiungendo sibi aptitudinem ad essendum in pluribus. Ex his patet, in quo stat difficultas: & patet in quo quid nominis terminorum in titulo quaestiois positum. Intendimus enim non de vniuersali formaliter, nec de vniuersali obiectiue in potentia, quia in his conuenitur: sed de vniuersali obiectiue in actu. Propterea cum loquimur de vniuersali in actu absque additione intelligi uolumus, ne in equiuoco laboremus. Haec de primo.

¶ Quo ad secundum Sco. supra. 7. Met. q. 16. sequendo fundamenta sua, quod scilicet naturam extra animam sequantur unitas formalis, & communitas, opinatur rem unam aptam natam esse in pluribus dari extra animam: & hoc dicit vniuersale in actu.

ap. 7. l. 10.

l. 33.

l. 10.

l. 39.

Opinio S. Tho.

In hoc co. c. 1. circa. 11.

l. 7. Met. q. 16. & 2. dist. 3. q. 1.

actu esse in rerum natura absque omni opere intellectus. Adducit quoque ad hoc multas rationes, quas in medium asserre, esset limites intentionis nostrae excedere: propterea eas asseram, ex quarum solutione laterarum debilitas innotescit.

¶ Arguit primo per locum a diffinitione ad diffinitum sic. Circumscripto quocunque actu intellectus, res est apta nata esse in pluribus, ergo datur vniuersale i actu extra animam. Tenet consequentia, quae vniuersale obiectiue in actu, ut distinguitur contra singulare & praedicabile diffinitur primo Perihermias. Vniuersale est quod aptum natum est esse in pluribus. Antecedens probatur: quia si non, ergo aptitudo ad essendum in pluribus repugnat sibi, nec con ferri sibi posset saltem ab intellectu: quia tunc par ratione posset dari Sorti talem aptitudinem.

¶ Praet. Vniuersale in actu est proprium obiectum intellectus: igitur praecedat actum intellectus. Tenet consequentia ex secundo de anima, ubi dicitur quod obiectum est prius actu.

¶ Praet. Obiectum scientiae realis est ens extra animam: vniuersale in actu est obiectum scientiae realis, igitur vniuersale in actu est ens extra animam.

¶ Praet. Relatio mensurae est realis, quinto Meta. sed illa fundatur in aliquo vniuersali. Probatur, quia oportet esse aliquod vnum mensuram aliarum specierum: sed non vnum numero secundum Arist. ergo vniuersale.

¶ Praet. Operatio, seu passio realis, primo, & adaequate inest vniuersali, ut intelligere homini ex primo Posteriorum. igitur datur vniuersale extra animam.

¶ Praet. Contrarietas est oppositio realis, & eius extrema sunt vniuersalia, non singularia, ergo datur vniuersalia extra animam.

¶ Praet. Si vniuersale sit ab intellectu, quomodo res praedicatur de re? & quomodo vniuersale est ubique, & semper, incorruptibile & aeternum? & quomodo materia & forma pertinent ad quidditatem vniuersalis Physici? & quomodo vniuersalium tantum est diffinitio? & quomodo genera & species, & vniuersaliter praedicamenta sunt entia extra animam?

¶ Praet. Si nihil esset in re nisi singulare, nulla esset unitas realis, nisi numeralis, quae est propria singulari: consequens est falsum, ergo &c. Haec de secundo.

¶ Quo ad tertium scito, nos sequentes S. Tho. ac per hoc communem Peripateticorum doctrinam, oppositam in hac re proferre sententiam. Dicimus namque, quod illorum trium, quae in Vniuersalis nomine intelliguntur, vnum tantum quandoque est extra animam, scilicet res ipsa vna formaliter, reliquis duobus opus intellectus consequentibus: quod & probatur simili modo arguendo, quo supra argutum est. Quicquid sequitur naturam ratione sui, simpliciter praedicatur de individuo illius naturae: sed aptitudo ad essendum in pluribus per se sequitur naturam, puta humanitatem ratione sui, ergo aptitudo ad essendum in pluribus praedicatur, simpliciter de individuo humanae naturae: igitur ista erit vera. Sortes est aptus natus esse in pluribus, quod est impossibile. Maior manifestata fuit supra, ex eo quod omnia quae comitantur naturam ratione sui, non separantur ab ea posita in individuo: & consequenter praedicatur de eo, quia esse, in fundat dici, de.

¶ Praet. Omnis aptitudo fluens ab aliqua natura, inuenitur in qualibet singulari natura inferiori ad illam: sed aptitudo ista, scilicet ad essendum in pluribus, fluit ab aliqua natura, puta, ab humanitate, ergo aptitudo ad essendum in pluribus inuenitur in qualibet natura humana. processus bonus, & conclusio falsa, ergo altera praemissarum, non Maior, quae ex terminis patet, ergo Minor, quae est conclusio aduersariorum. Falsitas conclusionis probatur sic, Illa aptitudo attribuenda non est cuiuslibet humanitati, quae in qualibet humanitate impossibilis est reduci ad actum. Patet ista, quia aliter ociose data esset talis aptitudo. Aptitudo enim est propter actum: sed aptitudo ad essendum in pluribus est huiusmodi, scilicet quod in qualibet humanitate posita impossibilis est reduci ad actum: quia impossibile est, ut humanitas Sortis actu sit in Sorte & Platone, aut migret de Sorte in Platone. ergo aptitudo ad essendum in pluribus, non est attribuenda cuiuslibet singulariter humanitati. Dicamus igitur rem vnam esse extra animam. Aptitudinem autem ad essendum in pluribus conuenire rei secundum esse, quod habet in intellectu: quia conuenit ei sub solitudinis conditione positae. Solitarie enim accepta, natura apta nata est in multis, saltem secundum rationem esse. Solitudo autem cum importet separationem naturae a proprietatibus individualibus, non conuenit rei nisi in intellectu agente, vel possibili obiectiue.

¶ Et aduersus ad maiorem nostrae positionis euidentiam, quod hic accidit similis defectus Scoti illi, qui positus est supra. Cum enim aptitudo ad essendum in pluribus sit idem, quod non repu-

pugnantia ad essendum in pluribus, arguit sic, Naturae, puta humanitati, in quantum humanitas, non repugnat esse in pluribus, ergo humanitati, in quantum humanitas, conuenit aptitudo, seu non repugnantia ad essendum in pluribus: & consequenter humanitas est vniuersalis absque opere intellectus. Apparet autem manifesto peccatum in hoc pro-

cellu, cum ex negatiua inferatur affirmatiua de praedicto in finito, reduplicatiue addita. Prima enim propositio quae est negatiua, veritatem habet. Secunda vero quae affirmatiua est, est impossibilis, quod patet ex eo, quod humanitas, in quantum humanitas, abstracta repugnantia ad essendum in pluribus, & non a repugnantia ad essendum in pluribus, sicut abstracta ab albo, & non ab eo. Si enim humanitas vendicaret sibi, in quantum humanitas, non repugnantiam ad essendum in pluribus, nullo pacto humanitati posset conuenire repugnantia ad essendum in pluribus: & sic nec per se, nec per accidens posset repugnare humanitati esse in pluribus: quod est manifeste falsum. Humanitati. u. Sortis ratione adiunctae haec ita repugnat esse in pluribus. Consequenter tenet: quia oppositum eius quod conuenit alicui, secundum quod ipsum, nullo modo potest inueniri in illo, ut habes ex primo Posteriorum. Quamuis igitur naturae ratione sui non repugnet esse in pluribus, non tamen vendicat sibi ratione sui non repugnantiam ad essendum in pluribus: & cum eam non vendicat sibi secundum esse, quod habet in singularibus, relinquatur quod vendicabit eam sibi secundum esse quod in intellectu sortitur. Et quia ad hoc quod aliquid sit vniuersale in actu, exigitur quod vendicat sibi non repugnantiam ad essendum in pluribus, cum in diffinitione eius ponatur, quod enim ponitur in diffinitione per se compete diffinito, ideo res ratione sui non potest esse vniuersalis in actu, sed quam primum est obiecta intellectui agenti, vel possibili, sic vniuersalis in actu, quae vniuersalis erat in potentia. Quomodo autem fiat huiusmodi reductio potentiae ad actum, iam dictum est, scilicet quod ab intellectu agente fit per productionem speciei intelligibilis, ab intellectu vero possibili per formationem conceptus.

¶ Quod si aliquis sinxerit vniuersale in actu constitui per negationem repugnantiae ad essendum in pluribus, & non exigere affirmationem non repugnantiae, aduertat se errare propter tria.

¶ Primo propter hoc, quod in diffinitione vniuersalis affirmatiuae, cadit ipsa aptitudo, seu non repugnantia ad essendum in pluribus.

¶ Secundo, quia si ad vniuersalem sufficit negatio repugnantiae ad essendum in pluribus, ad singulare quoque sufficit negatio repugnantiae ad essendum in vno solo. Sicut enim vniuersale se habet ad multa, ita singulare ad vnum tantum: & si sic est, tunc humanitas, in quantum humanitas, erit vniuersalis & singularis: de ea enim ut sic, negatur vtraque repugnantia.

¶ Tertio, quia cum vniuersale in actu distinguatur contra singulare, sicut singulari repugnat esse in pluribus, ita vniuersali in vno tantum: humanitati autem, de qua negatur repugnantia ad essendum in pluribus, non repugnat esse in vno tantum, ergo negatio talis repugnantiae non sufficit ad constituendum vniuersale in actu. Et potest haec ratio formari contra principalem sic. Vniuersale in actu repugnat esse in vno tantum: humanitati in quantum humanitas non repugnat esse in vno tantum, aliter non posset saluari in vno tantum individuo, ergo humanitas ut sic, non est vniuersalis in actu. Similiter dicas de quacunque alia natura. Haec de tertio.

¶ Quo ad quartum, respondendum est argumentis in oppositum. Et primi quidem negatur antecedens: ad cuius probationem dicitur negando consequentiam. Non enim valet, Res circumscripto actu intellectus, non est genus, ergo sibi repugnat esse genus. Stat enim quod abstracta ab vtroque: sic autem est in proposito. Natura enim ipsa circumscripto actu intellectus abstracta ab aptitudine ad essendum in pluribus, & a repugnantia ad essendum in pluribus, ut ex dictis patet.

¶ Ad secundum dupliciter respondetur, & vtroque modo bene. Primo negatur consequentia, si sermo sit de intellectu agente: quia potentia acriua non praesupponit obiectum suum, sed facit illud. Si autem sermo sit de intellectu possibili, concessa consequentia prima, non sequitur: ergo vniuersale in actu est extra animam, quia fit per actum intellectus agentis. Secundo dicitur, quod cum vniuersale in actu nominet duo, scilicet rem, & aptitudinem &c. res ipsa est obiectum: aptitudo autem est modus obiecti, seu conditio, sine qua res non est obiecta. Sufficit autem quod res ipsa, quae est obiectum, praecedat actum intellectus, & non oportet quod modus eius praecedat. Obiectum enim, ait Aristotele, est prius actu, non modus obiecti. Unde ad formam argumenti negatur consequentia, quia & si posterioritati antecedentis non obicit aptitudinem esse medium obiecti: obstat tamen illationi consequentis ex eo

T. c. r. t.

In hoc co. capit.

2. dist. artic. tex. c. 33.



ex eoprioritas n. modi, no potest inferri ex posterioritate obiecti. Per hoc idem respondetur ad tertium, quod scilicet res obiecta scientia reali est extra animam, non modus rei obiecta: vniuersale autem in actu nominat vtrunque, scilicet rem, & modum: & ideo vniuersale in actu non sequitur esse extra animam, ex eo quod res, de qua est scientia, est extra.

Hoc q. 5.

Ad formam argumenti dicitur, quod vera existente Maiore, committitur fallacia figuræ dictionis: mutatur. n. res obiecta, in modum rei, seu in rem cum modo.

Comm. 5.

2. d. 3. q. 1. in quinta via contra ad.

SED CONTRA. Ista responsiones in star. Sci. ibi. & primo contra primam sic. Quicquid est per intellectum agentem, est prima intentio. ergo nullum vniuersale est in genere substantiæ, consequenter nulla est prædicatio in quid superiorum de inferioribus.

T. c. 20.

Præter. Vniuersale præcedit sensum, vt alias probatum est. ergo præcedit intellectum agentem.

Præter. Intellectus agens & possibilis sunt vna potentia, alias quilibet homo haberet duos intellectus: sed vnus potentia est vnus obiectum, quare si præcedit actum vnus, præcedit actum alterius.

Præter. Secundum hoc, non esset generatio vniuoca sine actione intellectus agentis. Dicitur forte, quod non habeat aliquam vnitatem realem generans & genitum, sed similitudinem. Contra, quia proximum fundamentum similitudinis est vnum, quinto Metaphysica: sed non generans, neque genitum. ergo aliquid commune vtrique.

Contra secundam vero responsionem arguitur quia nullo intellectu considerante non erit vniuersale in actu: & ita scientia habitualis non esset obiecti vniuersalis in actu.

Præter. Obiectum, in quantum est prius actu, non intelligitur sub hoc modo. ergo vel sub nullo, vel sub opposito modo: sed non sub nullo. ergo &c.

Præter. Aut ille modus est factus ab intellectu, aut non: si non, habetur intentum: si sic, ergo non est necessarius in obiecto: quia prius obiectum est intellectum, sine illo modo causato per intellectum obiecti.

Ad has instantias respondetur, præsupponendo sæpe iam dictum, quod vniuersale duo dicit, rem, & aptitudinem, seu vniuersalitatem. Vniuersale pro re posita in prædicamento est prædicabile, scilicet est obiectum intellectus, distinctibile, & huiusmodi. Vniuersale autem pro aptitudine est modus, seu conditio rei prædicamentalis prædicabilis, scilicet distinctibilis &c. neque intellectus agens, aut possibilis facit rem, sed modum tantum.

Ad primam ergo conceditur, quod vniuersale pro eo quod sit ab intellectu agente, non est in prædicamento substantiæ, vltior autem consequentia nullam habet apparentiam.

Ad secundam negatur antecedens. Vnus enim est fit coloris vniuersaliter, vt habes a S. Tho. Prima Secundæ, q. 2. ar. 6. non tamen est coloris vniuersalis.

Ad tertiam similiter negatur antecedens, necessarium enim est vt dicitur. 3. de Anima, tex. Com. 17 in anima nostra esse duos intellectus, scilicet agentem, & possibilem, qui non possunt esse eadem potentia, cum potentia actiua, & potentia passiuæ, non sint eadem apud Aristotelem.

T. c. 20.

In hoc cap. q. 5.

Ad quartam negatur consequentia, & dicitur quod responsio illa ibi data, est optima sane intellecta. Ad improbationem eius dicitur, quod similitudo fundatur supra res ipsas, puta, duas albedines, vel humanitates, tanquam fundamentum, & quod vnitas non est fundamentum similitudinis, sed conditio fundamenti. fundatur enim similitudo proprie dicta supra duas res habentes illam conditionem, scilicet mutam negationem distinctionis formalis, puta, duas albedines: & hoc modo intelligendus est Arist. 5. Meta. Et dato quod vnitas esset fundamentum, adhuc non sequeretur dari aliquid commune vtrique: dicam enim quod similitudo non fundatur supra vnum, quod est generans: neque supra vnum, quod est genitum, sed supra vnum, quod sunt generans & genitum. Iam autem declaratum est supra, committi fallaciam consequentis, si sic procedatur. Generans & genitum sunt vnum formaliter. ergo habent aliquid vnum commune vtrique.

Ad primum eorum, quæ contra secundam responsionem adducuntur, dicitur quod præcise loquendo, de intellectu possibili scaturit vniuersale, quemadmodum scientia, ita quod scientia in actu, est vniuersalis in actu: scientia in potentia, est vniuersalis

in potentia: & scientia in habitu, est vniuersalis in habitu, quod tunc accidit, quando cum volumus, ipsum in actu facimus. Egregio autem ad intellectum agentem, dicitur quod nullo intellectu considerante, dummodo producta sit species intelligibilis, datur vniuersale in actu: eo quod Philosopho dormiente, rosa, cuius species intelligibilis in illius intellectu conservatur, denominatur representata ab se; hoc, & nunc, actu intelligibilis &c.

Ad secundum dicitur, quod obiectum vt prius actu nullum sibi vendicatur modum: abstracta hit enim ab omni esse & modo quidditas. Ad tertium dicitur, quod modus ille fit ab intellectu agente, & cum inferitur, ergo non est necessarium, negatur consequentia: quia potentia actiua non præsupponit conditionem sui obiecti, sed facit. Dicitur secundo, quod dato quod non fieret ab intellectu agente, sit ab intellectu possibili: & similiter negatur illa consequentia. Ad probationem dicitur, quod falsum assumit, scilicet, quod prius intellectus intelligit rem, deinde facit eius modum: simul enim vtrunq; fit. Intellectus enim formando conceptam rem abiq; hoc, & nunc, apud se facit, neque potest imaginari, quod prius faciat rem, deinde abiq; hoc, & nunc: sicut Sortes simul generat hominem hunc, & non prius hominem, deinde hunc.

Ad quartum negatur, quod relatio mensuræ fundetur in aliquo vniuersali. fundatur enim neque in vniuersali, neque in singulari, vt sic, sed in natura vna formaliter, quæ in singulari reperitur: & sic non est vnum numero vt sic, mensura aliorum, sed vnum formaliter. Ad quintum dicitur, quod nihil aliud concluditur, nisi quod vniuersale pro re est extra animam. sic enim accepto vniuersali inest primo passio, seu realis operatio. Homo enim est, cui primo conuenit ridere, non homo vniuersalis, alioquin risibile non inueniretur in homine non vniuersali, puta Sorte.

Ad sextum dicitur similiter, quod extrema contrarietatis sunt res ipsæ, non res. particulares vt sic, neque vniuersales: aliter res non vniuersales, scilicet hæc albedo, & hæc nigredo, non essent contrariæ.

Ad septimum dicitur, quod stant ista duo simul. Vniuersale prædicatur de rebus, & vniuersale fit ab intellectu, eo quod vniuersale pro re, est id quod prædicatur, & quo ad hoc non fit ab intellectu. Vniuersale autem pro aptitudine est conditio rei quæ prædicatur, & talis fit ab intellectu. prædicatio enim non debetur rebus, nisi habentibus conditionem aliquam intentionalem. Vnde & Aristot. 7. Meta. tex. Commen. 46. ait, quod substantia non dicitur de subiecto, quia loquebatur de ea secundum suam naturam. In prædicamento vero, vbi de substantia induta accidentia intentionalia loquebatur, dixit substantiam dici de subiecto.

Ad id vero quod ibi additur, dicitur quod omnia illa verificantur de vniuersali pro re, sed exponenda est affirmatiua propositio negatiue, vt sic sensus. Vniuersalia sunt vbiq; &c. id est, naturæ ipsæ denominatæ vniuersales, non terminant sibi locum, neque tempus. Similiter dicitur ad id quod subiungitur, quod forma & materia pertinent ad quantitatem vniuersalis, id est rei physice, quæ denominatur vniuersalis. Similiter vniuersalium tantum est distinctio, id est, rerum quæ denominatæ sunt vniuersales. Similiter res denominatæ genera, species, & differentia sunt extra animam: conditiones autem earum sunt per opus intellectus.

Ad octauum dicitur, quod per ly, singulare, duo intelligere possumus, quandoque intelligitur ipsa singularitas, quandoque totum, scilicet res singularis. Primo modo accipiendo singulare, conceditur consequentia, sed antecedens non est verum. Secundo modo antecedens Participatium est, sed consequentia nihil valet. supra enim iam diximus, in singulari multas vnitates existere, & non tantum numeralem.

Ad nonum H. A. C. secunda parte capituli huius, Auer. errorem remouere intendit, qui in 3. de Anima, com. 5. ex vniuersalitate formæ intellectæ, voluit declarare vnitatem intellectus hoc modo. Quod est vniuersale, suam vniuersalitatem retinens est indistinctum numero: forma intellectæ, id est, natura secundum esse in intellectu subiectiue est vniuersalis suam vniuersalitatem retinens, ergo est indistincta numero. igitur subiectum eius quod est intellectus possibilis non est distinctum numero: & sic vna intellectus in omnibus hominibus concluditur. Maior videtur ex se nota, quia vniuersalitati opponitur distinctio numeralis. Minor vero ex eo patet

eo patet, quod species intelligibilis representat vniuersale. Hæc ratio eth alterius principium exigit pro sui dissolutione, & pro sui probatione: attamen quantum præsentis intentionis est, ex dictis sic destruitur. Vniuersale est aliquid duplex, scilicet in essendo, & in representando. Vniuersale in essendo esset, si daretur natura

hōis separata, vt idea Platōis: & de tali vniuersali vera ē Maior, sed falsa Minor. Vera quidē Maior, quæ tali vniuersali cū fm esse vniuersalitatē fortia- tur, fm eē quoq; repugnabit distinctio numeralis: vnde ipso- sibile ē imaginari plu- res homines vniuersa- les. Falsa autē est Mi- nor, quæ species intelli- gibilis nō est vniuer- salis in essendo, cum sit in singulari subie- cto. Intellectu possibi- li, qui indiuiduum quoddā est, licet im- materiale. Vniuersa- le vero in representā- do, vt dictū fuit, est, qd re vniuersalē re- præsentat: & de tali vniuersali falsa ē Ma- ior, licet Minor sit ve- ra. & Maioris quidē falsitas ex eo cogno- sci pot, qd tale vniuersale vniuersalitatē nō habet fm suū esse, quo- respicit subiectū. vnde vnitas, vel pluralitas numeralis in accidenti- bus oritur: sed hæc vniuersalitatē fm representatiōnē, quæ respicit obiectū. vnde non repræsentat obiecta distincta numero, sed vnū & idē obiectū omnī repræsentat oēs species cuiusdā rei, puta, species humanitatis in te, & in me: sicut eadē Sortis factus à pluribus p plures species idē omnino repræsentantes videtur. Minoris autē sic intellectæ veritas ex supraddictis liquet: species enim intelligi- bilis repræsentat naturam non repræsentando conditiones parti- cularēs eius, vt dictum est. Hæc est sententia literæ in hac parte.

In hac parte tertia capituli huius talem obiectiōnē ex supra- dictis excludere intendit: quia quod prædicatur de prædicato, prædicatur & de subiecto: sed species prædicatur de homine, quod est prædicatū respectu sortis, ergo species prædicatur de Sorte, & sic Sortes erit species. Cōclusio est falsa: Maior vera ex Antepredica- menti habetur. Huius obiectiōnis peccatū vnde oritur ex supra- posita distinctiōne, eorū quæ conueniunt nature, manifestat, simul ex hoc insinuat, quā conueniens natura fuerit doctrina, cū ex ea distinctiōnes accidentales dissoluatur. Cum n. dictū sit, qd triplicia sunt quæ de natura prædicantur, quædā absolute, & quædā secū- dū esse in intellectu, & quædā secundū esse in singulari, ea quæ conueniunt nature fm esse in intellectu, nō conueniunt ei absolute, neque fm esse in singulari, cū opposita sint. & ideo in prædicato pro- cessu error accidit: quia denominatio specifica homini fm esse in intellectu conuenit, & concluditur de homine secundum esse in singulari, dum inferitur. ergo Sortes est species. Vt autem ad formam argumenti dici possit, innuit talem distinctiōnem. Prædicari de prædicato contingit dupliciter. Vno modo vt prædicato, .i. secundū id, fm quod illud prædicatur de altero, sicut animal prædicatur de prædicato Sortis, scilicet homine, secundum id, secundum quod homo prædicatur de Sorte. secundum idem enim homo recipit prædicacionem animalis, & prædicatur de Sorte secundum suā naturā. & hoc modo Maior est vera, Minor autē falsa. Alio modo contingit prædicari de prædicato, non ut prædicato. n. fm illā rōnem, quæ illud prædicatur de suo subiecto prædicatur, sicut in p- posito, species non prædicat de homine in quantum hō est prædicatū Sortis. n. non prædicatur de homine fm illud esse, quo hō prædicatur de Sorte, eo qd homo prædicatur de Sorte fm suū esse quidditatiuū absolute: species autē prædicatur de homine nō fm eius esse quidditatiuū, sed fm esse quod in intellectu hēt. & hoc modo Maior est falsa: Minor autē vera semper, ergo altera præmissarū est falsa. Et hoc est quod in litera dicitur, quod ratio speciei non conuenit homini fm suam absolutam consideracionem, fm quæ conuenit sibi prædicari de Sorte: quia sic oporteret etiā conuenire Sorti, vt supra dictum fuit, sed conuenit ei secundum esse in intellectu, secundum quod esse prædicatur de Sorte.

In hac quarta parte capituli huius respondere intendit cui- dam tacite obiectiōni, quæ talis est. Quod per se prædicatur de

speciebus, conuenit ipsis speciebus: sed ly genus per se prædicatur de speciebus, puta, homine, & boue, ergo ly genus, conuenit ipsis speciebus, & sic homo erit genus, & similiter bos. Maior est ex terminis nota, implicat n. quod aliquid per se prædicatur de aliquo in quocunq; modo perfectatis, & non conueniat illi. Minor probatur sic. Illud, in cuius

diffinitione ponitur prædicari de speciebus, p se prædicatur de illis: sed ly genus est i cuius diffinitione ponitur prædicari de speciebus, ergo genus per se prædicatur de speciebus. Maior syllogismi huius patet ex eo, qd quilibet pars diffinitionis re- cto in primo modo perfectatis conuenit diffinito. Minor autē ex Porphyrio patet sic dicere. Genus est prædicabile de pluri- bus specie differētib. Similiter omnino potest argui de specie respectu indiuidui, cū etiam in diffinitione speciei ponatur prædicari de indiuiduis: & sic videt qd male dictum sit, Sortem non esse speciem. Huius obiectiōnis in litera motuum tñ tangitur, cū dicitur. Et tamē prædicari p se conuenit generi, cum in eius diffinitione ponatur. Responso autem in residuo ponitur, in quo ad plenam materiam huius discussionem duas distinctiōnes innuit. Prima est. Prædicari dupliciter capitur, scilicet formaliter, & fundamentaliter, seu materialiter. Secunda est. Genus dupliciter accipitur, scilicet formaliter, & fundamentaliter, seu materialiter. Et debes scire, ut terminos intelligas, qd in hac propositione. Homo est animal, sunt tria. ly homo, ly ē, & ly animal, quæ extra animā nihil aliud sunt, quā natura humana importata per ly homo, & natura sensitiua importata p ly animal, & vnitas, seu coniunctio earū inter se importata per ly est. hæc n. tria intellectus apprehēdit in secūda sua operatione format hæc propositionē. Homo est animal, quia formata reflectēdo te super illa tria, ut terminat actū sui cōponens, adiuuenit & attribuit eis quāsdā relationes, & ly hō, attribuit relationē subiecti, & ly animal, relationē prædicati, & ly ē, relatio nē prædicacionis. vnde prædicatio formaliter est illa relatio adiuuata ab intellectu: fundamētaliter uero, seu materialiter est cōiunctio rei prædicatæ cū re subiecta. Similiter cū intellectus apprehēdit naturā sensitiuā, & reflexerit se super illā, vt stat sub actu eius, videtur: eā ut sic indifferēter se hīe ad species, in quibus primo in spexerat naturā illam saluari, attribuit naturæ sensitiuæ, seu animæ obiecto relationem generis, & sic genus formaliter est illa relatio: genus autem fundamētaliter, seu materialiter est natura ipsa, puta, sensitiua, & sic patent termini distinctiōnum.

Ex his tria deducuntur. Primum est, quod cum genus fundamētaliter, puta animal, non includat in diffinitione sua prædicacionem fundamētalē, quia in diffinitione animalis nō ponitur cōiunctio eius cum homine, vel boue: neque prædicacionē formalē, quia in diffinitione rei non ponitur res secundę intentionis, cōsequens est, qd genus formaliter sumatur, qd diffinitur a Porphyrio.

Secundum est, qd cū in diffinitione generis formaliter nō cadat prædicatio fundamētalē de specie, puta, homine, quia relatio generica nō est cōiuncta realiter rei, quia denominat species, cōsequens est, qd prædicari de pluribus posuit in diffinitione generis, sit accipiendū formaliter. s. pro relatione prædicacionis. Vna n. relatio pot cadere in diffinitione alterius, ita ut conceptus relationis, quæ est prædicatio de pluribus &c. cadat in conceptu relationis, quæ est genus. Et hinc habes, quā conformiter S. Thomæ dicant afferentes genus & speciem diffiniri pro secundis intentionibus in concreto.

Tertium deducendum est, quod aliquid dicitur prædicari de specie dupliciter. Vno modo, ut res denominata prædicabilis de speciebus, & sic animal prædicatur de hōe & boue. Alio modo, ut id, quo res denominatur prædicabilis de speciebus: & sic genus in cuius diffinitione ponit prædicari de speciebus, prædicatur de ipsis speciebus. Sicut aliquid dicitur congregatiū vnus dupliciter. Vno modo ut res denominata. disgregatiua vnus: hoc enim modo

S. Tho. de Ente & essen. C uix

In hoc cap. qd. 5. fin.

Capitulum de genere.

nix dicitur disgregatiua visus. Alio modo, videlicet, quo res denominatur disgregatiua visus, quemadmodum albedo dicitur disgregatiua visus, cum in definitione eius ponatur disgregare visum. Et sicut stant ista duo simul, scilicet, quod res distincta per disgregare visum, est albedo, & non nix: res autem denominata disgregatiua visus est nix, & non albedo.

CAPUT V.



UNC restat videre secundum quem modum essentia sit in substantijs separatis, scilicet in anima, intelligentijs, & causa prima. Quamuis autem causa primae simplicitatem omnes philosophi concedant, tamen compositionem materiae, & formae in intelligentijs, & animalibus quidam nituntur ponere, cuius positionis fuisse dicitur Avicenna autor libri Fontis vitae. Hoc autem dictis philosophorum reperitur esse contrarium, quia eas substantias a materia separatas nominant, & absque omni materia esse probant, cuius demonstrationis potissima est ex virtute intelligendi, quae in eis est. Videmus enim formas non esse intelligibiles in actu, nisi secundum quod separantur a materia, & a conditionibus eius: nec efficiuntur intelligibiles in actu, nisi per virtutem substantiae intelligentis, secundum quod recipiuntur in ea, & secundum quod aguntur per eam. Unde oportet quod in qualibet substantia intelligente sit omnimoda immunitas a materia, ita

autem de eo quod per se praedicatur, ut ratio denominandi, falsa est maior, licet minor sit vera. Unde cum semper altera praemissarum sit falsa, nihil concluditur. Hac distinctione nunc assignata in terminis simplicibus sic uti poteris. Praedicabile de speciebus dupliciter, formaliter, & denominatiue: quod praedicatur de homine & boue denominatiue, est animal: quod autem praedicatur formaliter de homine & boue, est genus: de praedicabili denominatiue falsa est minor: de praedicabili formaliter, falsa est maior. Haec dicta cum applicaueris ad speciem respectu indiuiduorum ad differentiam, proprium, & accidens, & reliqua huiusmodi, solues multas obiectiones, & illucescet tibi veritas multarum propositionum, quae obscurae apparent. Residuum capituli est epilogus. Per te patet &c.

Super Caput quintum.

Hic incipit tractatus secundus huius operis, intendens in duobus capitulis tradere noticiam de essentijs substantiarum simplicium, quemadmodum tradita est de essentijs substantiarum compositarum. Facit autem sex in praesenti capitulo. Primo, declarat quod essentia in simplicibus non significat compositum quid ex materia & forma, sed formam tantum. Secundo, comparat illas essentias essentijs substantiarum compositarum. Tertio, ostendit tales substantias esse compositas ex esse, & essentia. Quarto, declarat intelligentias habere esse effectiue a Deo. Quinto, ostendit eas esse compositas ex actu, & potentia. Sexto, de multitudine eorum agit. Praemissa igitur primo concordi sententia philosophorum de simplicitate omnimoda primae causae, & quibusdam dissentientibus circa immaterialitatem intelligentiarum adductis, contra hos talem conclusionem ponit. Omnis substantia intellectualis est immaterialis, id est, incoposita ex materia & forma, & independens a materia: quae sic probat. Omne patiens, vel agens, vel recipiens, vel habens in se intelligibile in actu, est immateriale: omnis substantia intellectualis est patiens, vel agens, vel recipiens, vel habens in se intelligibile in

actu, ergo omnis substantia intellectualis est immaterialis. Maior quoque ad tres sui partes ex eodem medio probatur, scilicet ex hoc, quod intelligibile in actu oportet esse immateriale, 3. de Anima. text. Comment. 11. & 15. agens autem rem immaterialem oportet esse immateriale, eo quod agens non potest esse ignobilius suo effectu, ut dicitur 3. de Anima text. Com. 18. & text. Com. 40. recipere quoque immateriale non potest res immaterialis, ut patet 3. de Anima, Comment. 5. Vnum quodque recipitur per modum recipientis, & per idem innotescit: quod habere non potest res immaterialis cognoscibile in seipsa. Minor autem ab omnibus conceditur. Frustra enim esset substantia intellectualis, nisi aliquid intelligeret, cum vnuquodque sit propter suam operationem, ut dicitur 2. Caeli text. Comment. 17. b. Quia possit aliquis credere ratione facta recipere responsum: ideo intendit hic excludere responsionem, quae posset imaginari sufficiens. Ad hoc posset aliquis distinguere de materia corporali, & materia simpliciter, & dicere quod maior est vera de materia corporali, non autem de materia simpliciter: & consequenter concedere, quod omnis substantia intellectualis est immunitas a materia corporali, non autem a materia simpliciter, sed materia corporalis impedit intelligibilitatem in actu.

Contra hanc fugam instatur ratio ducente ad impossibile sic. Materia corporalis impedit intelligibilitatem per te, ergo forma corporalis est id, unde materia habet, quod impedit intelligibilitatem. hoc est impossibile. ergo a destructione consequentis &c. Consequentia est nota ex terminis. Cum enim materia corporalis duo dicat, scilicet ly materia, & ly corporalis: & ex ly materia, secundum aduersarium, non impeditur intelligibilitas in actu, restat quod hoc impedimentum sit ex ly corporalis: sed ly corporalis, nihil addit supra materiam, nisi formam corpoream, ergo ex forma corporali, seu corporea oritur, quod materia impedit intelligibilitatem in actu. Falsitas autem consequentis probatur sic. Omnis forma non concepta cum materia est actu intelligibilis: patet ista ex 3. de Anima, text. Com. 11. Forma corporea est forma secundum se non concepta cum materia: accipitur enim distincta contra materiam, ergo forma corporea est actu intelligibilis. Tunc ultra. Nihil secundum se actu intelligibile, ex se impedimentum praestat intelligibilitati: forma corporea est huiusmodi, ergo forma corporalis non est id, unde materia impeditur intelligibilitatem in actu, quod erat probandum. Est igitur tam anima intellectiua, quam intelligentia quae libet, non composita ex materia & forma. Si accipiamus compositionem ex materia & forma vniuocae, prout scilicet materia & forma nominant partes essentielles rei, quemadmodum dictum est, substantias aliquas esse compositas in praecedentibus, sed est in eis aliud genus compositionis, scilicet ex forma esse, de quo infra erit sermo, & sic habetur prima pars intenti, scilicet, quod essentia in substantijs intellectualibus non significat compositum quid ex materia & forma. Remanet ergo modo declarandum, quomodo significet formam tantum: propterea subiungit.

Inuendens in his verbis declarare, quomodo essentia in substantijs simplicibus significet formam tantum, tali ratione hoc probat. Quaecumque ita se habent, ut vnum est causa esse alterius, & non e conuerso:

Illud quod habet rationem causae, potest esse sine altero: sed forma & materia ita se habent, quod forma causat esse materiae, & non e conuerso, ergo forma potest esse sine materia, & materia non sine forma. Tunc ultra. Essentia intelligentiarum non est composita ex materia & forma, & non potest esse materia tantum, ergo est forma tantum. Et nota, quod maior propositio potest dupliciter intelligi. Vno modo sic, quod id quod est causa alterius &c. idem numero possit esse sine altero: & sic non assumitur a nobis, quia est falsa, & extra propositum. Falsa quidem, quia subiectum causae est: proprie passionis, & non e conuerso: & tamen subiectum non potest esse sine propria passione. Extra propositum vero, quia nolumus concludere, quod forma, quae est in materia, sit sine materia: sed quod aliqua forma non exigit materia. Alio modo intelligitur maior sic, quod id quod habet rationem causae secundum suum ordinem, potest esse sine altero, id est, secundum aliquod sui ordinis potest reperiri sine altero: & si: est vera, & ad propositum. Vera quidem, quia causa cum independens sit a causato, consequens est, ut aliquid pertinens ad suum ordinem possit habere esse extra causatum. Ad propositum vero, quia intendimus concludere, quod forma secundum suum genus non dependet a materia, ita quod aliqua forma potest inueniri separata. Unde & in minori notante non assumitur forma materialis, seu habens esse in materia: sed forma sine additione aliqua, ad insinuandum quod loquimur de forma, ut forma est, non vt talis, vel talis. Patet autem Minor illa ex 9. Metaphy. text. com. 13. & 15. vbi habetur, quod actus est prior potentia simpliciter, & independens ab ea. Ex eo enim quod forma essentialiter est actus, materia autem essentialiter potentia, si actus secundum totam suam latitudinem non dependet a potentia, consequens est, quod forma secundum totum suum ordinem non dependet a materia. Materiam autem, cum essentialiter sit potentia, necesse est dependere a forma, sine qua actualitas non inuenitur: & sic patet Minor, quia a forma absolute in eo quod forma, dependet a materia in suo esse, sicut potentia ab actu, & non e conuerso. Quod vero alicui actus conueniat, quod non inueniatur nisi receptus in aliqua potentia, hoc est ex eius imperfectione, & non habet hoc in eo quod actus: & similiter quod aliqua forma non sit nisi in materia, hoc habet ex sua imperfectione, quae attenditur penes distantiam a primo principio Deo glorioso, & propinquitatem ad primam materiam: unde tales formae non solum causant esse materiae, sed & ipsae causatae sunt quodammodo a materia. Causa enim sunt subiuuicem causae, ut dicitur 2. Physicorum text. Comment. 30. Essentia igitur substantiarum intellectualium est immaterialis, & forma tantum.

T. c. 11. T. c. 15.

T. c. 5.

T. cap. 13. & 15.

T. c. 30.

T. c. 11.

T. c. 16.

In ca. 1. bio. ca. De bio. sequi post q. 11.

uerlo, illud quod habet rationem causae, potest esse sine altero: sed forma & materia ita se habent, quod forma causat esse materiae, & non e conuerso, ergo forma potest esse sine materia, & materia non sine forma. Tunc ultra. Essentia intelligentiarum non est composita ex materia & forma, & non potest esse materia tantum, ergo est forma tantum.

Et nota, quod maior propositio potest dupliciter intelligi. Vno modo sic, quod id quod est causa alterius &c. idem numero possit esse sine altero: & sic non assumitur a nobis, quia est falsa, & extra propositum. Falsa quidem, quia subiectum causae est: proprie passionis, & non e conuerso: & tamen subiectum non potest esse sine propria passione. Extra propositum vero, quia nolumus concludere, quod forma, quae est in materia, sit sine materia: sed quod aliqua forma non exigit materia. Alio modo intelligitur maior sic, quod id quod habet rationem causae secundum suum ordinem, potest esse sine altero, id est, secundum aliquod sui ordinis potest reperiri sine altero: & si: est vera, & ad propositum. Vera quidem, quia causa cum independens sit a causato, consequens est, ut aliquid pertinens ad suum ordinem possit habere esse extra causatum. Ad propositum vero, quia intendimus concludere, quod forma secundum suum genus non dependet a materia, ita quod aliqua forma potest inueniri separata. Unde & in minori notante non assumitur forma materialis, seu habens esse in materia: sed forma sine additione aliqua, ad insinuandum quod loquimur de forma, ut forma est, non vt talis, vel talis. Patet autem Minor illa ex 9. Metaphy. text. com. 13. & 15. vbi habetur, quod actus est prior potentia simpliciter, & independens ab ea. Ex eo enim quod forma essentialiter est actus, materia autem essentialiter potentia, si actus secundum totam suam latitudinem non dependet a potentia, consequens est, quod forma secundum totum suum ordinem non dependet a materia. Materiam autem, cum essentialiter sit potentia, necesse est dependere a forma, sine qua actualitas non inuenitur: & sic patet Minor, quia a forma absolute in eo quod forma, dependet a materia in suo esse, sicut potentia ab actu, & non e conuerso. Quod vero alicui actus conueniat, quod non inueniatur nisi receptus in aliqua potentia, hoc est ex eius imperfectione, & non habet hoc in eo quod actus: & similiter quod aliqua forma non sit nisi in materia, hoc habet ex sua imperfectione, quae attenditur penes distantiam a primo principio Deo glorioso, & propinquitatem ad primam materiam: unde tales formae non solum causant esse materiae, sed & ipsae causatae sunt quodammodo a materia. Causa enim sunt subiuuicem causae, ut dicitur 2. Physicorum text. Comment. 30. Essentia igitur substantiarum intellectualium est immaterialis, & forma tantum.

QUAESTIO VIII.

Circa hanc partem occurrit quaestio, & haec est octaua, An materia possit esse sine forma. In hac quaestione tria facienda sunt, primo ponetur Scoti opinio: secundo ponetur opinio S. Tho. tertio respondebitur rationibus in oppositum. Quid ad primum Scotus in 2. sentent. distinct. 12. quaestio. 2. opinatur posse materiam esse sine forma, arguitque ad hoc probandum multipliciter. Primo sic. Non minus dependet accidens a substantia, quam materia a forma: sed accidens potest esse sine substantia, ut patet in Sacramento altaris. Ergo materia potest esse sine forma. Praeterea. Absolute distinctum, & prius alio absoluto, potest esse sine illo absque contradictione: materia respectu formae est huiusmodi, ergo potest esse sine forma. Minor est euidentis, Maior probatur: quia prius in eo quod prius, non dependet a posteriori, & accipitur hoc ex 5. Metaphy. text. Comment. 16. Priora sunt, quae possunt esse sine alijs, alia non sine ipsis. Praeterea. Quicquid absolutum facit Deus in creaturis mediante causa secunda, quae non est de essentia causati, potest facere sine illa: sed materiam Deus facit mediante forma, quae non est de essentia eius, ergo potest facere sine illa. Praeterea. Quicquid Deus immediate creat, immediate conseruat, vel conseruare potest: sed materiam Deus immediate creat, ergo immediate conseruare potest, ergo sine omni forma. Praeterea. Cum nihil Deus extra se necessario velit, ex hoc quod vult materiam esse, non est necesse quod velit materiam esse, nisi propter necessariam connexionem virtutis: sed inter materiam & formam non est talis necessaria connexio, ergo &c. Quod autem non sit talis necessaria connexio inter materiam & formam, pro-

batur: quia tunc sequeretur, quod materia determinaret sibi necessario aliquam determinatam formam. Probatio consequentiae. Quod determinat sibi genus formae, determinat sibi aliquam speciem in genere illo: & quod determinat sibi speciem, determinat sibi esse in aliquo indiuiduo illius speciei. omne enim quod de necessitate est homini, necessario est hic, vel ille homo, & conueniens autem est illi: materia enim nullam sibi determinat formam, ergo relinquitur, quod materia non determinat

& ideo impossibile est esse aliquam materiam sine forma: tamen non est impossibile esse aliquam formam sine materia. Forma enim non habet in eo quod forma, dependens sibi genus formae ad hoc quod sit. Consequenter se habet ad quodlibet generis absoluti, contingenter se habet ad quodlibet formam. ergo materia contingenter se habet ad genus formae. Probatur adhuc, quod si materia sibi determinat de necessitate genus formae, quod etiam de necessitate determinat sibi vnum indiuiduum solum illius generis: quia vnum essentialiter eiusdem generis: materia autem est vna essentialis & singularis, ergo impossibile est quod dependeat a pluribus formis eiusdem generis: & sic si necessario determinat sibi genus formae, necessario quoque determinabit sibi aliquam vnam formam, quod falsum est. Haec de primo. Quid ad secundum San. Thom. in prima parte. quaest. 66. articulo primo, & in quaestionibus de potentia Dei, quaestione 4. articulo primo. & in quolibet quaestione 3. articulo 1. confirmat id quod hic dicit, scilicet materiam non posse esse sine forma, duabus rationibus. Prima est ducens ad impossibile sic. Si materia existeret absque omni forma, materia simul esset, & non esset: hoc implicat contradictionem, ergo. Probatur consequentia quo ad secundam partem: quia quo ad primam, ab aduersarijs conceditur. Impossibile est effectum formalem separari a forma: sed existeret effectus formalis formae, sic enim distinctur forma est quae dat esse rei, ergo impossibile est ponere existentem sine forma. Sicut enim impossibile est esse albu sine albedine, ita esse in actu sine actu: actus autem primus, cuius est dare esse, idem est quod forma. Ex illa ergo propositione, Materia existit absque omni forma, sequuntur duo contradictoria simul vera, ex eo enim quod est absque omni forma, sequitur quod non sit in actu. Huic rationi dat Scot. quandam responsum, quae quia non nisi chimerica, & tanquam indigna, de qua verba sunt, omittatur. Quolibet enim proferente contraria sollicitum esse, stultum est, ait Arist. a quo didicimus in libro 9. Metaphy. quid sit actus, & quomplex. Secunda ratio San. Tho. ad hoc idem est ista. Omne indiuiduum determinatum ad genus completum, vel incompletum in rerum natura per se existens, est in aliqua certa specie per se, vel reductiue: materia sola neque per se, neque reductiue est in aliqua certa specie, ergo materia sola non potest esse indiuiduum quodcumque in rerum natura. Minor est ex se clara: non enim facile esset fingere, in qua determinata specie esset materia sola. Maior probatur ex eo, quod indiuiduum omne tam completum, quam incompletum, si per se existit in rerum natura separatum (quod dico propter indiuiduum generis, vt haec substantia, hoc animal &c.) non continetur sub genere per se, vel reductiue immediate, sed mediante specie. inter genera enim, & indiuidua mediant species: & inter principia generis, & principia indiuidui mediant principia speciei pariformiter. Insuper haec Maior potest probari ad hominem, assumendo dicta Scot. 5. arg. ubi enim ipse expresse assumit, quod quicquid determinat sibi genus aliquod, determinat sibi aliquam certam speciem illius generis. Et potes etiam ex dictis Scot. ibi arguere ad hominem, & probare oppositum intenti sui sic. Quicquid determinat aliquod genus, determinat sibi aliquam certam speciem illius generis: materia sola determinat sibi genus substantiae, ergo determinat sibi aliquam certam speciem substantiae, saltem reductiue, ergo materia sola esset in aliqua certa specie substantiae: hoc est falsum. Minor est omnium, & processus bonus ergo &c.

Septimo Metaph. T. ca. 27. 1. q. praec.

¶ In hac sexta & ultima parte huius capituli, de multitudine intelligentiarum ageas primo proponit duas conclusiones, quarum prima est, Quod secundum fundamenta praedicta non est difficile invenire pluralitatem intelligentiarum. Secunda est, Quod absque talibus fundamentis impossibile est invenire in eis pluralitatem, & hoc quidem non nisi auctoritate Com. 3. de Anima c. 14. Probatio vero primae conclusionis est, quia quando cumque est aliquid medium per participationem utriusque extremi, pluralificatur penes maiorem participationem vnius, & minorem alterius. verbi gratia. Imponatur nomen coloribus medijs, & vocentur A: tunc A quia est inter albedinem & nigredinem medium, per participationem multiplicatur in plures species, puta, pallidum, croceum, citrinum, propter maiorem appropinquationem ad albedinem & recessum a nigredine, & e converso: sed intelligentia est quid medium secundum praehabita inter duo extrema, scilicet actum purum, & puram potentiam, participans naturam utriusque: quia habet actum coniunctum potentiae, ergo intelligentias

intelligentias plures esse, ex hoc fundamento facile perpendi potest, scilicet ex eo quod sunt compositae ex actu & potentia.

¶ Ad horum evidentiam est sciendum, quod in latitudine entis sunt duo extrema, scilicet Deus gloriosus, & actus purus omnino, & materia prima, pura potentia omnino: reliqua omnia sunt intermedia, & vepote habentia actum & potentiam: & attenditur eorum essentia, seu specificata multitudine penes appropinquationem & elongationem ab extremis. Quia enim aliquid magis sapit naturam actus quam alud, & illud quam aliud: ideo plura sunt, & dignitas in eis est penes maiorem appropinquationem ad extremum nobis, scilicet actum purum. Quod enim res est actualior, & minus potentialis, tanto nobilior omnino igitur formae intermediae participant actum & potentiam. Sed inter eas quaedam tantum actualitatis fornicatae sunt, & adeo propinquaer sunt actu puro, quod per se absque materia subsistat, & vepote ab ea valde elongata, non tamen sine admixtione potentiae, cuius puritas est ratio materiae quod sit extremum, & inter his tanta latitudo est secundum maiorem & minorem participationem actus & potentiae, ut vltima earum tantum potentialitatis habeat, quod materiam informer, materia scilicet intellectiva. Haec enim inter omnes formas subsistentes elongata est maxime ab actu puro, propter quod contingit, quod adeo appropinquat alteri extremo, ut materiam ipsam recipiat, & ad eius esse trahatur. Aliae autem formae tantum potentialitatis habent, quod a materia dependent in esse & fieri, inter quas etiam magna latitudo invenitur, dum quaedam quibusdam actualiores sunt: quod ex operibus cognoscere potes (operatio enim facit cognoscere formam) unde formae elementorum, quae sunt maxime potentiam habentes, vepote materiae propinquissimae, nullius sunt principia operationis, nisi per materiales qualitates, scilicet caliditatem, frigiditatem. Formae vero mistorum, vepote eleuatiore a materia, alio modo operantur: sicut adamas trahit ferrum non ratione caliditatis, aut frigiditatis, sed ex naturae proprietate. Formae autem animalium longe actualiores dignoscuntur, cum seipsa mouere, et alia discernere intuentur.

¶ Ex his non solum percipitur quam facilis sit aditus ad pluralitatem intelligentiarum cognoscendam, sed etiam quod impossibile est fingere illam absque hoc fundamento. Quomodo enim latitudo potest inueniri in eo, quod actu & potentia caret? Commune est namque omnibus extremis, si extrema sunt, latitudinem in seipsis non compatierentur: non vltima, & non vltima, ut de se patet. & ideo oportet media esse illa, in quibus latitudo quaeritur, quae veriusque extremi naturam sapiant. Et quia intellectualium naturam, quam ex hoc quod intellectualis est, scimus actualitatem habere, non cognosceremus habere potentiam admittam, nisi videremus animam nostram illam habere, cum potentia aequiuoce dicitur de potentia rerum intellectualium, & de potentia rerum sensibilium, & sine potentia non potest intelligi multitudine substantiarum intellectualium: ideo Commentator ait, quod si non esset nota natura intellectus possibilis, non possemus intelligere pluralitatem in substantiis abstractis.

Tertio de Anima q. 5.

¶ Nota sunt in hac litera tria. Primum est, hoc ex dictis Commentatoris adducitur, quod si non esset nota natura intellectus possibilis, non possemus scire pluralitatem in substantiis immaterialibus.

¶ Secundum est, quod S. Tho. non dicit animam intellectiuam esse adeo potentiae participem, ut forma materialis sit: sed ut materia trahatur ad participandum esse ipsius animae.

¶ Tertium est, quia dicitur animae & corporis esse vnum & idem esse: quod est independens a corpore.

Tex. c. 43.

¶ Primo dicto videtur obuiare processus Arist. 12. Metaphysic. text. comment. 43. vbi ex pluralitate motuum, pluralitatem in intelligentiarum concludit, & nullo modo meminit actus, & potentiae. Sed hoc recte intelligentibus non obstat. Aliud est enim concludere numerum motuum, & aliud est concludere pluralitatem substantiarum intellectualium. licet enim idem subiecto sint motus orbium, & substantiae immateriales, differunt tamen ratione, adeo ut ad diuersas scientias pertineant, secundum Commentatorum 12. Metaphysic. comment. 6. & ideo ex pluralitate motuum, quamuis pluralitas motuum sit, concludi possit, non tamen pluralitas substantiarum intellectualium ut sic. Intendunt igitur Auerrois, & sanctus Thomas, quod intelligentiarum inquam intelligentiarum sunt, multitudine, non nisi per notam naturam intellectus possibilis discernitur a nobis, licet earum inquantum motrices sunt orbium, ex suo numero esse vnum, pluralitas inferatur. Vel dicitur, quod venatio illa supposita notitia habita in libro de Anima, vbi radicaliter

Com. 6.

innotuit, pluralitas substantiarum intellectualium possibilis quaeritur ex numero motuum, quoc sunt. Quod autem ibi supponatur, motus res proprios orbium habere potentiam admittam, potest perueniri ex eo quod supponitur ibi, scilicet motores proprios orbium esse proportionatos suis orbibus, ita ut vnum vnum tantum moueat orbem. Et si stella adderetur, vel non moueret, vel tardius, ut dicitur secundo Caeli, textu comment. 71. Talis enim proportionis, seu commentationis, cum alterum extremum sit res materialis, scilicet orbis, reliquum extremum autem immo sano intellectu non est intelligibile.

Tex. c. 74.

¶ Propter hoc secundum intelligentiam esse inueniri duplicem rerum ordinem in vniuerso, intelligibilem scilicet & sensibilem. Ordo sensibilium materialis est materiae sibi necessario vendicatis: omnes enim substantiae sensibiles materiam habent, licet ducantur in modo, ut dicitur octavo Meta. text. comment. 3. & 12. Ordo intelligibilium immaterialis est, & a materia non dependens. Intelligibile enim est vnumquodque per separationem a materia, ut dicitur 3. de Anima text. Comment. 11. Cum ergo materia sit sub aliqua forma sensibilis ordinis, cuiusmodi est omnis forma habens omnes vires suas sensibilibus organum affixas, non egreditur limites proprios: ipsa enim ad illud genus pertinet. Cum vero sit sub forma intelligibilis ordinis, extra limites suos ascendit, & trahi dicitur ad id quod capacitate eius transcendit, scilicet, et esse rei a se non dependens: Et quia supremum infimum attingit infimum supremi, secundum doctrinam Dionysii in libro de Caeli hierar. ideo supremum inter sensibilia, homo scilicet, seu materia eius, conueniunt infimae formae in intelligibilis ordinis, scilicet animae intelligentiae, & eius esse participat: & propter hoc dicitur, quod materia trahitur ad esse eius: eleuatur enim materia ad superius.

Tex. c. 3. & 12. & 14. T. c. 12.

¶ Ad evidentiam Tertii, adducenda sunt rationes Scoti contra hoc dictum sancti Thomae, ut magis veritas eluceat. Scot. in quolibet quaest. 9. & 4. sentent. distinctione 43. quaestione prima, tex. motiua contra hoc facit, quorum aliqua recitantur ab Antonio Trombeta in quaestione, utrum potentiam per potentiam diuinam possit idem numero redire in qua tam ipse, quam Scot. vbi supra, sancti Thomae opinionem non suam attribuunt de eo, quod ibi quaerit, & hoc quia locuti sunt non tota lege perspecta: & iuxta Aristot. Ad pauca respicientes, de facili enuntiant.

¶ Arguit ergo primo in proposito sic. Esse animae & hominis est idem, ergo anima coniuncta corpori non est perfectior seipsa extra corpus. Consequens est contra sanctum Thomam prima parte quaestione 89. vbi dicit animam habere perfectiorem statum in corpore, quam extra. Consequentia autem probatur: quia nihil habet idem esse, ex hoc solo est perfectius, quod aliquid comunicat alteri, licet alterum periciatur ex hoc. Comunicare enim licet supponat perfectionem in communicante, non tamen dat illam ei: modo anima in corpore si semper retinet idem esse, nihil in corpore plus habet, nisi quod comunicat esse suum corpori, ergo ex hoc non est perfectior seipsa separata. Et confirmatur: quia ex hoc solo quod causa non comunicat aliquid, nullam imperfectionem acquirit. ergo anima non est imperfectior separata, si idem esse retinet: nihil enim amittit, nisi sui communicationem corpori.

¶ Prater. Anima habet idem esse cum homine, ergo homo non est perfectior in essendo ipsa anima in essendo. Antecedens est falsum. Consequentia vero probatur, quia quaecunque habent omnino idem esse, sunt aequae perfecta in essendo, vel saltem id, cui comunicatur illud esse, non est perfectius in essendo communicante.

¶ Prater. Homo, ut homo, est tertium ens realiter distinctum ab utraque sui parte, scilicet anima & corpore, ergo habet proprium esse aliquid ab esse partium: & consequenter non est idem esse animae & hominis. I. enet consequentia, quia distinctum ens debet habere distinctum esse.

¶ Prater. Esse hominis in morte corrumpitur, esse autem animae non corrumpitur, ergo esse animae & hominis non sunt idem. Consequentia plana est: & antecedens probatur, quia sicut generatio terminatur ad esse compositum, scilicet hominis, ita corruptio ad non esse ipsius.

¶ Prater. Homo post mortem non manet, ergo nec esse eius. Tunc vltra, esse hominis non manet post mortem, ergo esse animae & hominis non est idem, cum esse animae remaneat. Processus totus clarus est, excepta prima consequentia, quae probatur ex eo, quod nullius actuale esse inuenitur cum illud cuius est, non inuenitur.

¶ Prater. In homine est alia forma praeter animam, ergo in ea est aliud.

1 parte. qd. 76. ar. 4. q. 9. de a. qu. 9. quo. 11. qd. 5. 1. par. 9. 76. supra 3. & 4. Potentia Dei q. 3. & a. 9. neque forma elementorum. 2. q. 76. ar. 4. b. Differentia. Inter homine & alia composita materialia.

aliud esse prater esse animae. Consequenter est nota: quia quilibet forma habet proprium esse. antecedens vero alias probatur. A N T E Q U A M Ad argumenta haec respondeatur, adueras primo, fundamentum. S. Tho. vniuersaliter est: in omni composito non inueniri nisi vnum esse substantiale actualis existentiae, de quo nunc sermo est, eo quod vna est forma in composito tenet: ab vna enim forma non est nisi vnu esse substantiale. Sed inter esse hominis, & esse aliorum, haec diuersitas est, quod licet ea esse hominis, quam aliorum primo sit actus

prout est animae, non sit dependens a corpore: & ideo post istam formam, quae est anima, inueniuntur aliae formae plus de potentia habentes, & magis propinquae materiae, in tantum quod esse earum sine materia non est; in quibus etiam inuenitur ordo, sicut est in homine: tamen totum compositum mendicat illud esse a forma, cuius est primo actus, vt propeu & completi principij: in alijs vero compositis forma mendicat illud a composito. Et est ratio differentiae: quia in solo homine, qui spiritum tenet locum inter sensibilia, ordo inferior, sensibilibus scilicet, trahitur ad ordinem superiorem intellectiuium & immaterialium. Vnde esse hominis, cum ab anima intellectiua fluat, immaterialis, & altioris ordinis, quam homo est, sicut & ipsa anima: & ideo homo mendicat illud ab anima, cui est proprium, vt potest ad sum pertinet genus. & inde est quod post mortem hominis anima remanet. esse etenim proprium independens erat a composito corrupto: & sic illud retrahitur ad se, subsistit. Caeterorum vero esse, cum sint eiusdem ordinis cum compositis, quibus attribuantur, sicut & formae a quibus fluunt, formae ipsae mendicant a compositis, sicut & fieri: ita quod tandiu illo gaudent, quandiu in compositis sunt. Vnde corruptis compositis, ipse (cu sine existentia remanere non possint) desinunt ita.

Secundo pro resolutione argumentorum, tres propositiones. Prima est, quod cum duplex sit perfectio rei, prima scilicet & secunda, res creata potens causare, est non efficiatur perfectior secundum defectiorem primam, ex hoc quod actu causat, efficitur tamen perfectior secundum perfectionem secundam. Patet hoc ex tribus. Primo ex eo quod est magis in actu res actu causans re in potentia causante. operatio enim est actus secundus causae: perfectio autem actualitate in sequitur, sicut imperfectio potentialitate. Secundo patet ex eo, quod vnu quodque est perfectius coniunctum suo fini, quam separatum ab illo: res autem actu operans coniuncta est suo fini intraneo, qui est operatio, iuxta illud secundi de Caelo & mundo tex. com. 17. Vnumquodque est propter suam operationem. Tertiu patet idem, quod vnumquodque quanto est similis Deo, tanto perfectius est: res autem actu causans est similior Deo, quam non actu causans: quia non solum assimilatur Deo secundum hoc, quod est, sed etiam secundum hoc, quod est communicare se alijs.

Secunda propositio est. Res est perfecta simpliciter propter perfectionem primam, sed propter vltimam. Hoc traditur a Boetio in libro de Hebdomadibus dicente. Inuenio in rebus aliud esse quod sunt, & aliud illud, quod bona sunt. & declaratur a Sancto Thoma. prima parte. questione quinta, articulo primo ad primu. Ad cuius intellectum nota, quod vt idem dicit prima parte, q. 6. ar. tertio, triplex est perfectio rei, scilicet prima, secundum quam res constituitur in suo esse, sicut prima perfectio hominis est esse suum substantiale. Secunda vero est, secundum quam est potens proxime ad suas perfectas operationes, sicut vires animae, & habitus eas informant, quibus homo in perfectam operationem potest exire. Tertia autem perfectio est, secundum quam coniungitur suo fini, sicut speculatio, quae hominem substantiis separatis vnit. Manifestum est autem non esse hominem simpliciter perfectum, qui sola natura beatitudine gaudet: aut qui a proprio fine procul est. Vnde ordo entis simpliciter ad ens secundum quid, oppositus est ordini perfecti simpliciter ad perfectum secundum quid. Secundum namque esse substantiale homo ens simpliciter dicitur: perfectus autem secundum quid. Ideo enim qui nullam aliam perfectionem habet, nisi quia est homo perfectus, non asseritur simpliciter, sed cum additione dicimus, quod est perfectus secundum esse substantiale. Secundum vero esse accidentiale, quale est habituum & operationum, ens secundum quid homo dicitur, perfectus autem simpliciter: nihil enim tunc sibi de se sic eorum, quae ad perficiendum hominem exiguntur. Patet ergo intentum propositio, quod scilicet res est perfecta simpliciter ex vltima perfectione.

Tertia propositio est ista. Realis pars essentiae perfectior est in toto existens, quam separata: & declaratur sic. Vnumquodque est perfectius, cum est in complemento sui esse specifici, quam cum deficit ab illo: pars autem essentialis quando est in toto, est in

complemento suae speciei, ad cuius integritatem essentialiter ordinatur: cum autem est separata ab eo, iam cum esse completo speciei non est natura specifica meretur & formam aggregante, perfectior igitur est in toto pars essentialis, quam separata. Ex quibus ad propositum descendendo, dicimus perfectior est status habere anima intellectiua in composito, quam extra, eo quod quando est coniuncta corpori, habet non solum perfectionem primam, quae est esse, sed etiam perfectionem secundam influendo vires suas corpori, & communicando se: & sic similitur est Deo, quam separata, licet Deus omnino immaterialis & incompositibilis sit: sicut cor motum similitur est Deo, quam non motum, licet Deus sit omnino immobilis: perfectio enim eorum consistit in hoc.

Et praeterea perfectior in corpore: quia in eo habet completum esse specificum, quod non nisi partialiter obtinet separata. Quia nunc enim integrum esse existentiae retinet separata, quod in composito habebat: non tamen habet tunc integrum esse essentiae completum in specie eo modo, quo nata est habere, scilicet vt pars in toto, ad quod tamen habendum non accidentaliter, sed essentialiter ordinatur. Vnde exitum est, animam separatam retinentem idem esse actualis existentiae, & nihil nisi sui communicationem ex separatione perdidit: amittit enim esse quidditatiui specifici integritatem, quando quidem in sua specie integra non manet: vnde & beatus Thomas in quaestionibus de Anima, q. 1. ad 16. ait principia essentialia alicuius speciei ordinari non ad esse tantum, sed ad esse huius speciei. Licet igitur animal possit per se esse, non tamen in complemento suae speciei esse sine corpore.

Ergo argumentorum, negatur consequentia, cuius probatione patet ex prima propositione assumere falsum. Licet enim communicare supponat primam perfectionem in communicante: tamen perficit ipsam perfectionem secundam, qua res perfectior simpliciter dicitur: immo apud Dionysium, supremum, quod participant creaturae de Deo, est quod coequeantur sunt. Dicitur secundo, quod etiam minor probationis est falsa, scilicet quod anima separata hoc solo careat, scilicet communicatione sui, vt patet ex tertia propositione. Caret enim integratae specificae sui esse: & hoc est primum & principale quod reddit imperfectiorem animam separatam. Ideo namque caret perfectionibus secundis, quia caret integritate specifica, & non conuerso. Ad confirmationem patet ex prima propositione: quia causa creata ex hoc quod causat, habet perfectionem secundam, cuius priuatio imperfectio magna est, & in proposito aliquid plus est: quia anima separata non solum definit communicare se & vires suas, sed est in statu tali, in quo impeditur a sui & vltimam communicationem. & hoc est signum imperfectionis non modicae: & est ea, quam diximus, scilicet separatio a completo esse quidditatiui suae speciei, vt expresse habetur a Sancto Thoma in quaestione de spiritualibus creaturis, secunda, ad quintum.

Ad secundum negatur consequentia. Ad probationem dicitur, quod cum esse sit duplex, quidditatiuum, & existentiae actualis: primum non remanet in anima nisi partialiter. homo vero habet illud integraliter: & secundum tale esse, homo est perfectior in esse. Quo ad esse autem existentiae, potest dici homo perfectior, quo ad modum habendi hunc, scilicet quia habet illud vt suppositum. Anima autem secundum alium modum perfectior dici potest, in quantum scilicet tale esse est sibi, & non homini proprium, modo supra declarato: vnde se habent in hoc homo, & anima, sicut excedens & excessum.

Ad tertium negatur consequentia, de esse actualis existentiae loquendo. Non enim res distincta realiter ab alia, habet aliam existentiam ab illa: item enim dictum est, partes & totum habere idem esse. Conceditur autem consequentia de esse essentiae: sed hoc nostro fauet propositio.

Ad quartum dicitur sicut ante, quod si in antecedente sit sermo de esse essentiae, verum assumitur in prima eius parte, sed non in secunda: liquet enim ex supradictis, quod esse specificum completum animae corrumpitur.

Si autem sit sermo de esse existentiae, potest dupliciter intelligi. Primo, quod esse actualis existentiae hominis desinat simpliciter, & sic est falsum: retrahit enim anima illud ad se. Alio modo potest intelligi, quod esse hominis in morte desinat esse hominis, id est, desinat informare hominem, & hoc modo conceditur. Sicut enim de generatione hominis speciale sermone, faciam.

T. c. 17. Libro de Hebdomadibus 1. qd. 8. articulo 1. Ad primu 2. q. 6. art. 3. c. Triplex perfectio rei.

q. de spiritualibus creat. qd. 3. 5.

Cap. 3. T. c. 17.

facimus, & non sic de caeterorum propagatione animalium, dicente Aristotele in 2. de Generatione animalium, cap. 3. q. intellectus tantum venit ex extrinseco, & ipse solus est diuinus, eo quod operatio sua non habet communicationem cum operatione corporali omnino: ita de corruptione eiusdem specialis sermo esse debet, dicere eodem 12. Metaphysicae textu comment. 17. quod in quibusdam nihil prohibet formam remanere post, ut si est anima talis, non omnis forsam, sed intellectus.

Ad quintum negatur prima consequentia. Et ad probationem vltimo dicitur facta, dicitur quod cum esse actualis hominis dupliciter sumatur, scilicet secundum se, seu simpliciter: alio modo prout est huius. Primo modo, remanere non est impossibile corrupto homine: secundo modo non est intelligibile, quod remaneat. nullius ergo rei esse actuale manet, vt eius est, quando id, cuius est, non inuenitur: potest tamen simpliciter inueniri: & ratio est in proposito saepe iam dicta: quia id esse non est proprium homini, sed animae: ideo oportet quod inueniatur semper quando est id, cuius est proprium: est designat id, cuius erat vt communicatum.

Ad sextum negatur antecedens. Ad probationes vero alias factas sunt responsiones alias datae relinquuntur igitur. Verum esse de esse actualis existentiae, quod vnum omnino est esse animae intellectiuae, & hominis, quod secundum se independens est a corpore, vt potest non causatum ab illo: quia non est educatum de potentia materiae, licet per se sit huius, scilicet hominis, non nisi in corpore inueniri possit.

Super Caput sextum.

Oc est principium capituli sexti, quod diuiditur in quatuor partes. In prima agitur de essentia Dei. In secunda de essentia intelligentiarum, & animarum. In tertia ostenditur, quomodo ita se habeant ad intentionem intellectus, & ab omnibus est concessa. Est autem intellectus conclusio, quod esse actualis existentiae diuinae, est ipsa quidditas eius, ita quod praedicatur de Deo, sicut praedicatur primi modi dicendi per se: ita quod ista, Deus est, est in primo modo praedicatur, quod de nullo alio a Deo communis via fatetur: dicitur etiam, quod esse & essentia in creaturis teneatur esse idem realiter, & quia ipsum existere est essentia Dei: ideo a quibusdam, Platonice scilicet, dicitur, quod Deus non habet essentiam, quasi pura existentia sit.

Hic ponitur secunda conclusio, & negativa. Deus non est in genere. Probatur in litera ex antecedentibus sic. Omne quod est in genere, habet quidditatem praeter suum esse. Deus non habet quidditatem praeter suum esse. ergo Deus non est in genere. Minor est conclusio praecedens: Maior probatur sic. Omnia quae sunt in genere indistincta, sunt in essentia generis, vel speciei: distincta autem per diuersimodum habere esse illius naturae genericae, vel specificae. ergo esse naturae genericae, vel specificae est praeter naturam ipsam genericam, vel specificam: & sic omne quod est in genere, habet naturam praeter suum esse. Antecedens huius consequentiae est de se notum: homo enim & leo sunt indistincti in natura animalis: distinguuntur autem inter se per hoc, quod diuersimodum habent esse animatum. genus enim diuersum habet esse in speciebus. Similiter Sortes & Plato indistincti sunt in natura humana: distinguuntur autem inter se, quia habent diuersum esse humanum. non enim est intelligibile, quod homo habeat idem esse in Sorte & Platone. Consequentia vero patet ex eo, quod non sit praeter id, quo aliqua conueniunt.

Et nota, quod ad intantum huius rationis sufficit, quod esse sit praeter essentiam, id est, praeter conceptum quidditatiuum: sic enim sufficit differre principium conuenientiae a principio differentiae, vt patet de genere & differentis, quorum altero conueniunt, alteris differunt species. Et quia in solo Deo esse est de

nes logicas. In quarta replicatur de essentis compositis. De essentia ergo Dei positurus duas conclusiones, & excluditur duos errores, ponit primam conclusionem affirmatiuam talem. Essentia in Deo significat ipsum esse eius. Hanc conclusionem non aliter, quam ex supradictis deducendo ponit: sicut nanque supra probata, & ab omnibus est concessa. Est autem intellectus conclusio, quod esse actualis existentiae diuinae, est ipsa quidditas eius, ita quod praedicatur de Deo, sicut praedicatur primi modi dicendi per se: ita quod ista, Deus est, est in primo modo praedicatur, quod de nullo alio a Deo communis via fatetur: dicitur etiam, quod esse & essentia in creaturis teneatur esse idem realiter, & quia ipsum existere est essentia Dei: ideo a quibusdam, Platonice scilicet, dicitur, quod Deus non habet essentiam, quasi pura existentia sit.

Si nanque animal non sit determinatum ad aliquam speciem, purum animal erit: & albedo, si non sit coartata in aliquo subiecto, pura albedo erit: ita & esse ad nullum naturae praedicamentalis capacitatem determinatum, purum esse necesse est: & si abstractio huiusmodi est per opus intellectus, etiam puritas ipsa est secundum rationem. Si autem fuerit secundum rem, & puritas ipsa est secundum rem, vt de se patet.

Tertia propositio est ista. Esse est de conceptu quidditatiui potest esse tantum. Patet ista quo ad vtranque exponentem, & quo ad primam quidem, quia non est intelligibile, quod de puro esse non praedicetur quidditatiue ipsum esse. Si enim de eo aliquid praedicari potest quidditatiue, illud oportet esse ipsum esse, cum purum esse ponatur. Quod autem caetera non recipiant esse in suis quidditatiuis conceptibus ex eo patet, quod cum esse non habeant in sua puritate, sed suis quidditatibus coartatum, possunt secundum suas quidditates absque esse, & non esse distinguuntur. Ex his deducitur intentum sic. Ideo existentia est de conceptu quidditatis rei, quia res illa est purum esse: ideo autem res illa non est ad genus limitata, quia esse idem cum sua existentia. igitur de primo ad vltimum, ideo existentia est de conceptu quidditatiui rei, quia res illa est eadem suae existentiae. Et quoniam si affirmatio est praecise causa affirmatiouis, negatio est causa negatiouis, ex hoc quod res creata non est eadem suae

Cap. 5. in princ. & circa mediū.

q. de spiritualibus creat. qd. 3. 5.

conceptu quidditatiui, ideo solus Deus extra genus ponitur. Sed quoniam esse, ideo est praeter conceptum quidditatiuum, quia est distinctum realiter ab essentia, & ideo est de conceptu quidditatiui, quia est idem realiter essentiae: ideo ex hac radice, sci licet, quod esse & essentia sunt idem realiter in Deo, procedere dicitur, quod Deus non sit in genere. Nec te moueat, quod ratio ista digredi videatur ab esse actualis existentiae, & post modum i probatione Maioris, quam oportet de eodem esse loqui, transitur ad esse quidditatiuum, cum dicitur, Species

quia essentia eius non est aliud, quam esse eius. Et ex hoc sequitur, quod ipse non sit in genere: quia omne quod est in genere, oportet quod habeat quidditatem praeter esse suum, cum quidditas, aut natura generis, aut speciei non distinguatur secundum rationem naturae in illis, quorum est genus, vel species: sed esse est in diuersis diuersimode.

conueniunt in genere, & differunt in esse diuerso: hoc enim verificatur de esse quidditatiui specificae accepto. Homo namque, & bos conueniunt in animali, & distinguuntur differentis specificis, quibus animal in eis diuersum esse specificum acquirit. Propter hoc, inquam, non oportet turbari: quoniam, vt in hoc patet capitulo, differentiae naturam genericam non differunt, nisi in ordine ad diuersum esse actualis existentiae: & ideo mira subtilitate Sancti Thomae. digressus non est, primam rationem distinctionis naturae genericae in inferioribus attendens: hoc autem infra melius intelligitur, cum communissima regula assignabitur, vnde sumantur genus & differentia.

Evidentiam eius, quod hic supponitur, scilicet, quod in Deo esse est de conceptu quidditatiui, quia est idem essentiae, nota tres propositiones. Prima est, Quidditas, quae est sua existentia actualis, non est ad aliquod genus determinata. Hoc de claratur breuiter vnicuique medio sumpto ex secundo contra Gentiles, cap. 25 sic. Omnis quidditas in genere limitata, est essentialiter designabilis per differentiam, a qua mendicat esse in actu: nulla quidditas eadem suae actuali existentiae est essentialiter designabilis per differentiam, a qua mendicat esse in actu, ergo nulla quidditas eadem suae actuali existentiae est ad aliquod genus determinata. Maior notificatur inducendo. Animal enim est essentialiter determinabile per differentias, rationale scilicet, & irrationale, & ab eis mendicat esse in actu, cum impossibile sit esse animal in actuali existentia, nisi sit rationale, vel irrationale. Similiter color essentialiter est determinabilis per suas differentias, per quas existentiam actualem fortitur: non enim potest inueniri color, nisi albus, vel niger & c. Minor autem intelligentibus terminos patet ex se: quomodo namque existentia actualis mendicabit esse in actu ab aliquo alio formaliter? Si enim mendicat esse in actu ab aliqua differentia formaliter, cum esse in actu nihil aliud sit, quam habere existentiam actualem, sequetur quod existentia actualis habeat existentiam actualem formaliter per aliquid aliud a se, sicut animal per rationale formaliter acquirit existentiam actualem: hoc autem non videtur intelligibile. ergo & c.

Secundo contra Gen. cap. 25.

Propositio est ista. Existentia actualis ad nullum genus determinata, est purum esse: ista patet ex similibus. Si nanque animal non sit determinatum ad aliquam speciem, purum animal erit: & albedo, si non sit coartata in aliquo subiecto, pura albedo erit: ita & esse ad nullum naturae praedicamentalis capacitatem determinatum, purum esse necesse est: & si abstractio huiusmodi est per opus intellectus, etiam puritas ipsa est secundum rationem. Si autem fuerit secundum rem, & puritas ipsa est secundum rem, vt de se patet.

Tertia propositio est ista. Esse est de conceptu quidditatiui potest esse tantum. Patet ista quo ad vtranque exponentem, & quo ad primam quidem, quia non est intelligibile, quod de puro esse non praedicetur quidditatiue ipsum esse. Si enim de eo aliquid praedicari potest quidditatiue, illud oportet esse ipsum esse, cum purum esse ponatur. Quod autem caetera non recipiant esse in suis quidditatiuis conceptibus ex eo patet, quod cum esse non habeant in sua puritate, sed suis quidditatibus coartatum, possunt secundum suas quidditates absque esse, & non esse distinguuntur. Ex his deducitur intentum sic. Ideo existentia est de conceptu quidditatis rei, quia res illa est purum esse: ideo autem res illa non est ad genus limitata, quia esse idem cum sua existentia. igitur de primo ad vltimum, ideo existentia est de conceptu quidditatiui rei, quia res illa est eadem suae existentiae. Et quoniam si affirmatio est praecise causa affirmatiouis, negatio est causa negatiouis, ex hoc quod res creata non est eadem suae

In hoc ca. ap.

Secundo contra Gen. cap. 25.



fitz existentie esse non est de eius conceptu quiddam. Vnde est Deus gloriosus sic suum esse, ipse nihil est aliud, quam ipsum esse secundum rem separatam a naturis predicamentibus in sua puritate subsistens.

c. Hic excluditur primus quorundam error talis, scilicet, Deus est commune esse omnium, imaginati sunt isti, quod cum omnia conveniant in hoc, quod habent esse ipsum esse omnium, quo res formaliter sunt in communi, seu uniuersali, sic ipse Deus gloriosus. Moti sunt autem tali ratione. Esse nulla additione specificatum est esse commune: Deus est esse nulla additione specificati.

ergo Deus est esse commune. Sed peccat ratio illa propter multiplicem Maioris intellectum, dupliciter enim intelligi potest esse a nulla additione specificari. Vno modo secundum rem extra animam subsistendo: alio modo secundum intellectum cogitationem tantum. Primo modo Maior est falsa: Minor autem vera. Secundo modo Maior est vera: Minor autem falsa. esse namque commune per intellectum in sua abstractione acceptum, nullam contradictionem includit: secundum uero quod est extra intellectum, sine contradictione non inuenitur. Omne namque esse est contractum ad substantiam, vel accidens. Esse autem, quod est quidditas diuina, est purum absque omni additione secundum rem, & ex ipsa sua puritate, secundum rem est distinctum ab aliorum esse, & hoc, & nullo modo commune: sicut albedo separata ex hoc ipso, quod esset pura albedo, esset distincta ab albedo ab aliis albedinibus cum substantiis mixtis, & non esset albedo in communi. Peccat secundo Maior illa, quia contingit adhuc dupliciter esse nulla additione specificari, seu contrahi. Vno modo actu tantum: alio modo actu, & potentia. Primo modo Maior est vera: Minor uero falsa. Secundo modo Maior est falsa: Minor autem vera. Esse namque in communi, licet nulla sit additione contractum, est tamen contrahibile: aliter nulla res haberet esse, quae aliquid addit supra ipsum esse. & sic homo non haberet esse, cum vltima esse haberet humanitatem, quantitatem &c. Vnde esse commune actu tantum, specificatione caret: esse vero diuinitatem nullam specificationem habet actu, nec aliquam habere potest: ideo actu & potentia additione caret. Et hoc est solutio, quam in littera S. Tho. ponit sub aliis uerbis dicens, quod ob eam non includit, nec excludit additionem. i. non includit actu, potest tamen habere illam: esse uero diuinitatem non solum non includit illa, immo excludit, id est, non solum non includit actu, immo nec potentia, & sic excludit illam. Quod enim impossibile est conuenire alicui, excludit omnino ab illa. De his diffusè habes in primo contra Gentiles, cap. 27.

Vide primo contra Gen tiles. c. 27.

Cap. 29.

d. Hic excluditur secundus error talis, scilicet, Deus non est simpliciter perfectus Ratio autem huius erroris in proposito est ista. Id quod habet esse rationem est imperfectum respectu eius, quod habet esse, uiuere, & intelligere: sed Deus habet esse tantum. ergo Deus est imperfectior aliis. Maior est ex se nota. Minor uero ex dictis deducitur sic. Quod est purum esse, non est admixtum aliis, puta, uiuere, & intelligere, aliter esset purum & non purum: Deus est purum esse, ergo non est admixtus aliis, scilicet uiuere, & intelligere, & consequenter Deus non habet nisi esse: quod erat probandum. Defectus huius rationis in littera non explicatur, sed in primo contra Gent. cap. 29 ubi declaratur, quod ex hac propositione. Deus est purum esse subsistens, sequitur, Deum esse uniuersaliter perfectissimum. Et propterea notanter in textu dicitur, Immo habet omnes perfectiones &c. acti dicat, quod ex hoc non sequitur, Deum aliquam perfectione carere, sed oppositum potius ex hoc concluditur. Est autem modus ex illo fundamento intentum deducendi talis. Id cui conuenit esse secundum totam uirtutem, seu potestatem ipsius esse, nulla perfectione, seu nobilitate essendi caret: sed esse purum subsistens est id, cui conuenit esse secundum totam uirtutem, seu potestatem ipsius esse, ergo esse purum subsistens nulla perfectione, seu nobilitate essendi caret. Maior declaratur ex eo, quod omnis perfectio cuiuscunque generis non nisi secundum aliquod esse est. Non enim sapientia perficit hominem, nisi ea homo sapiens sit: nec iustitia perfectio hominis dici potest, nisi ea homo iustus sit. Si igitur omnis perfectio attenditur secundum aliquod esse, id in quo tota plenitudo essendi reperitur, omnem perfectionem patet habere: & sic repugnat, quod id habeat esse secundum totam amplitudinem suam, & aliqua perfectione essendi careat. Minor uero exemplariter notificatur. sicut enim si albedo separata inue-

niretur, nihil ei de uirtute albedinis deesse posset. Ut enim supradictum est, ratio quare albedo huic non inest tota perfectio possibilis reperiri in specie albedinis est, quia coaptata est receptiuo, quod secundum totum potius eius non recipit eam: ita esse ipsum, si receptum est in alio, coaptatum est ad naturam illius recipientis limitem, substantiam scilicet, uel accidens: & consequenter limitatum ad illius generis nobilitatem. Si uero purum, & non receptum in aliqua sic natura, illimitatum, & infinitum simpliciter est, & omnes perfectiones possibiles in ente reperiri simpliciter prestat. Cum autem audis, quod albedo, si separata sit, omnem perfectionem possibilem suae speciei habet, non intelligas, ut ueritatis amuli obiciunt, quod negatio scilicet receptionis eius in alio, daret sibi illam perfectionem: sed si ut receptio albedinis est conditio ad suam requisita imperfectionem, ita negatio receptionis est conditio suae illimitatae perfectionis comes. Vnde effectus argumentum ex receptione, & separatione eius sumitur tantquam a conditionibus necessariis, & inseparabilibus.

Et quoniam habere perfectiones omnium generum potest intelligi dupliciter, uno modo in seipsis: alio modo in aliquo superioris ordinis: ideo ad declarandum, quo modo ipse Deus, qui est ipsum esse essentialiter, habeat omnes perfectiones, dicit quod Deus non habet omnes perfectiones in seipsis, id est, distinctas ab inuicem in propriis naturis: sicut homo habet sapientiam, iustitiam, prudentiam &c. Sic enim in Deo oporteret esse maximam compositionem, sed habeat eas indistinctas unitas in suo esse simplicissimo. Illud quippe esse diuinitatem aequiuale omnibus perfectionibus omnium generum, & excedit singulas, & omnes simul, utpote res superioris & inaccessibilis ordinis. Cuius exemplum in luce Solis habes, qua sola Sol potest quicquid possunt omnia inferiora per totas varias qualitates. Propterea a Philosopho & Comment. 5. Metaph. capitulo de Perfecto, dicitur quod Deus solus est ens simpliciter perfectum, uniuersitatem perfectionum in se habens.

Q V A E S T I O XII.

Hic quaeritur, An perfectiones existentes in ipso Deo sint aliquo modo distinctae absque omni opere intellectus. In hac quaestione quinque agenda sunt. Primo, declarabitur titulus quaestions. Secundo, recitabitur opinio Scot. cum fundamentis. Tertio, declarabitur opinio San. Tho. Quarto, impugnabitur opinio Scot. Quinto, respondebitur argumentis in oppositum.

Ad primum, scio primo perfectionem esse duplicem, quaedam est perfectio simpliciter: & quaedam est perfectio in hoc, uel illo. Perfectio simpliciter est illa, quae in suo proprio, ac formaliter conceptu dicit perfectionem cum nulla imperfectione, ut sapientia, bonitas, & similia. Perfectio uero in hoc, uel illo est quae in suo proprio ac formaliter conceptu dicit perfectionem imperfectionis mixtae, ut humanitas, equinitas, & his similia. Dixi, in proprio ac formaliter conceptu, quia includere aliquam imperfectionem in conceptu communi sibi & aliis, aut materiali, non derogat suae perfectioni simpliciter. Sapientia, n. licet in sui generis conceptu, puta, habitum, seu qualitate imperfectionem dicat, potentialitatem scilicet, aut dependentiam &c. quia tamen in suo differentiali conceptu hoc formaliter non includit, non prohibetur, quin perfectio simpliciter sit. Dixi, dicit perfectionem, propter relationem, quae in suo proprio ac formaliter conceptu, cum nulla imperfectione nullam perfectionem sonat.

Scito secundo, quod perfectiones esse in aliquo, contingit dupliciter. Vno modo formaliter: alio modo uirtualiter. Esse formaliter in aliquo, est esse in eo, ut forma est in habente ipsam: sicut humanitas, albedo, quantitas, & alia huiusmodi in homine sunt. Esse autem in aliquo uirtualiter, est esse in eo, ut effectus est in sua causa effectiua, quemadmodum calor est in Sole. Poteris autem comprehendere multum distare inter hos modos essendi in aliquo, ex hoc uno eorum effectum pro nunc, quod ea quae primo modo in sunt intrinsece, denominant suppositum tale: ea autem quae secundo modo in sunt, non determinant suppositum tale, ut patet in Sole, qui luce dicitur lucidus: calore autem non dicitur calidus.

Amplius. Perfectiones esse in aliquo formaliter, contingit dupliciter. Vno modo in suis propriis naturis distinctas, & limitatas: sicut in homine est esse, intelligere, & uelle &c. Alio modo contingit

Scot. r. dist. 8. q. 3. per totum.

Cap. 3.

tingit dupliciter. Vno modo in suis propriis naturis distinctas, & limitatas: sicut in homine est esse, intelligere, & uelle &c. Alio modo contingit eas esse formaliter in aliquo superioris ordinis uirtutis, & illimitatas: sicut in Solis luce sunt uirtus calefactiua, & deficcatiua, & alia huiusmodi. Nec parum distant isti duo modi inter se. Longe namque excellentius est esse in aliquo secundo modo, ut in exemplo dato apparet. Quamuis igitur perfectiones omnium generum excellentiori modo sint in Deo, quam in creaturis: quia tamen perfectiones non simpliciter sunt in eo uirtualiter tantum (eis enim non denominatur talis) perfectiones autem simpliciter sunt in eo formaliter, & non in propriis naturis limitatas, sed ut in re superioris ordinis realiter indistinctas & illimitatas: ideo uertitur in dubium, an perfectiones simpliciter existentes formaliter in Deo cum realitate, sint aliquo modo absque omni opere intellectus distinctae. Hae de primo.

Ad secundum. Scot. in r. sent. dist. 8. q. 3. opinatur perfectiones has esse distinctas praeciso omni opere intellectus, distinctione ex natura rei formaliter. Appellat autem distinctionem ex natura rei, quae innascitur ex ipsarum rerum natura, ita quod absque omni intellectus operatione est. Formalem uero addit: quia non omnis distinctio ex natura rei est formalis, sed ea ista, quae ex quidditatibus, seu rationibus formalibus fit. Probat autem intentum suum multis rationibus, quarum eas adducendas cessat, quae ex puris naturalibus procedunt, quoniam Theologiam nunc tradere non intendimus &c. Arguit ergo primo sic. Sapientia, & bonitas absolute distinguuntur formaliter ex natura rei, ergo sapientia infinita, & bonitas infinita distinguuntur formaliter ex natura rei. Antecedens est euidentius. Consequentia autem probatur, quia infinitas non uariat rationem formalem eius, cui additur. In quo cuique enim gradu perfectionis suae latitudinis intelligitur perfectio aliqua, semper reuertentur eandem rationem formalem, ut patet in omnibus. Si igitur sapientia, & sapientia infinita: est eadem ratio formalis, & ratio formalis sapientiae distinguuntur ex natura rei a ratione formalis bonitatis, necessario sequitur, quod ratio formalis sapientiae infinite non includat ex natura rei rationem formalem bonitatis.

Præterea. Distinctio praecedens rationem primi distinctiui, non est per tale distinctiuum: sed distinctio naturae, & intellectus praecedens intellectum, quae est primum distinctiuum secundum rationem, ergo &c. Probat Minor, quia si nulla distinctio eorum praecederet, non magis distingueretur intellectus, ut intellectio est, quam ea, ut natura est. Quicquid, n. distinguitur intellectu, ut est omnino indistincta a natura, distinguitur etiam natura.

Præterea. Illa quae formaliter distincta intelliguntur intellectu, habent distinctionem ut existentem: sed perfectiones diuinae intelliguntur formaliter distinctae ab ipso Deo intellectu intuitiuo, ergo habent distinctionem ut existentem in eis. Talis non uocet esse distinctio rationis: oporteret enim intellectum diuinitatis intuitiue caulare aliquam relationem rationis in sua essentia ut existentem: quod est absurdum, igitur talis distinctio est ex natura rei. Maior patet ex differentia inter intellectum intuitiuum, & abstrahiuum. Minor uero est clara de se.

Præterea. Deus int. ligit essentiam suam ut veram, uult autem ut bonam, ergo ueritas & bonitas distinguuntur ante omnem actum intellectus. Teneat consequentia: quia distinctio obiectorum praebet distinctionem actuum, sicut causa effectum.

Præterea. Bonitas, & ueritas in Deo non distinguuntur ex natura rei, ergo sunt formaliter synonyma. Consequens est contra res consequentia autem probatur, quia bonitas & ueritas non significat nisi ipsas puras perfectiones in re nullo modo distinctas in eo.

Præterea. Inter perfectiones diuinas est ordo demonstratiuus, quo doctores unam ex alia demonstrant: etiam distinctio inter praedicationes formales, & non formales. Dicitur enim quod sapientia non praedicatur formaliter de bonitate: est & aequalitas secundum Aug. 1. 5. de Tri. igitur distinguuntur ex natura rei. Ut quid enim doctores implent tot quinque, si omnia sunt idem formaliter.

Præterea. Inter perfectiones diuinas ante omnem actum intellectus inuenitur contradictio, ita quod Deus intellectu intelligitur, & non uult: uoluntate autem uult, & non intelligitur, ergo inter perfectiones diuinas est distinctio ex natura rei.

Præterea. Ad complementum doctrinae. Distinctio fundans distinctionem realem non dependet ab opere intellectus: sed distinctio perfectionum diuinarum fundat distinctionem realem emanationum diuinarum, igitur est ex natura rei, & non ex intellectus operatione &c. Hae de secundo.

Conclusio.

QVO AD Tertium praemissa Trinitate personarum declaranda sunt tres propositiones, in quibus consistit sententia S. Tho. & ueritas. Prima est. In Deo secundum se, nulla est distinctio actualiter. Secunda est. In Deo secundum se, est distinctio rationis uirtualiter, seu fundametaliter. Tertia est. In Deo, ut terminat actum intellectus nostri, est distinctio rationis actualiter.

Ad euidenciam primae propositionis sciendum est, quod aliud est iudicium de rationibus formalibus rerum in propriis naturis: & aliud est iudicium de rationibus formalibus earundem in re: alia qua superioris ordinis formaliter existentibus. Res enim in propriis naturis ideo seculo omni opere intellectus distinguuntur formaliter, quia se mutuo non includunt in suis formalibus rationibus. Ideo autem ratio formalis unius non est alterius, quia qualibet earum ita est ipsa, quod non altera. Verbi gratia, ideo uirtus calefactiua, & uirtus deficcatiua in propriis naturis distinguuntur formaliter ex natura rei, quia uirtus calefactiua ita est calefactiua di principium, quod non deficcandi, & e conuerso. Res autem aduocatae in aliquo superioris ordinis, sicut in una simplici re aliorum inueniuntur, ita in illius unica ratione formaliter aduocantur, licetque distinctione formalis ex natura rei necesse est careant, cum desit ibi talis distinctionis radix iam dicta, limitatio. Illa, qua qualibet earum ita est ipsa, quod non altera: neutra namque earum, cum sunt taliter unae, est magis ipsa, quam alia. Verbi gratia, prosequendo exemplum datum. Uirtus calefactiua, & deficcatiua in luce Solis formaliter inueniuntur, sicut in una lucis natura aduocantur, ita in lucis ratione formalis indistincte formaliter sunt, ita quod assignata completa solaris lucis diffinitione non sit opus ultra earum quaerere diffinitiones. Completa, n. diffinitione solaris lucis, eam in sua celluludine, qua inferiora indistincte in seipsa praecipit, cum declarat propter aequationem, quae debet esse inter diffinitionem, & rem diffinitam, uirtutem eius calefactiuam, & deficcatiuam manifestat: quae uocatur de uirtus eius calefactiua non magis est ipsa, quam sit lux, & uirtus deficcatiua, & e conuerso. Cum autem secundum Dionysium 5. capitulo de Diuinis nominibus, Perfectiones simpliciter sint in Deo non ad proprias naturas definitae, sed ad ipsius esse illuminationem eleuatae, consequens est, ut licet omnes in una simplicissima re formaliter aduocantur, ita in illius simplicissima ratione formalis indistincte formaliter sint. Et sicut sapientia diuina non magis est sapientia, quam bonitas, & ueritas, & ipsum esse diuinitatem, & e conuersa ratio formalis ipsius esse diuinitatem non magis includit ipsum esse, quam sapientiam, & bonitatem. Si enim ad quae diffinitio illius rei simplicissima, quae Deus est daretur, in illa unica ratione formalis, quicquid est Deus, includeretur formaliter, aliter diffinitio celestiuam diffinitum non adaequaret: unde & ipse Deus gloriosus, qui seipsum per modum sui intelligitur, uirtutem tantum rationem formalem format, Verbum scilicet.

Potes ergo super haec arguere sic. Quaeunque formaliter aduocantur in unica, & adaequata ratione formalis ipsius Dei, non distinguuntur formaliter ex natura rei: sed perfectiones diuinae seculo omni opere intellectus aduocantur in unica & adaequata ratione formalis ipsius, ergo &c. Probat Minor: quia non magis aduocantur uirtutes qualitates inferiorum in luce solari, quam perfectiones simpliciter in Deo: sed ille aduocantur formaliter, ut ex se patet, & ab aduersariis conceditur, ergo &c. Probat Minor, quia aliter diffinitio non adaequaretur diffinito.

Secundo principaliter: pro prima propositione arguitur sic. Omnis actualis distinctio ex natura rei fundatur super actuali oppositio ex natura rei: sed inter perfectiones nulla est actualis oppositio ex natura rei, ergo Maior habetur ex 10 Met. tex. c. 24. Minor probatur inductione, Quod enim ibi non sit oppositio contradictoria, neque priuatiua formaliter, ex eo quod patet, quod uirtusque oppositio alterum membrum est formaliter negatio, quam ponere in Deo formaliter, nefas est. Nec sufficit, quod diffinitio negatio fundametaliter: quoniam distinctio actualiter exigit actualiter oppositio: oppositio autem actualiter exigit ex natura actualiter, ut patet regulariter de omni oppositio. Quod autem non sit oppositio inter eas contrarie, patet ex eo, quod alterum contrarium semper est defectiuum 10. Met. tex. c. 16. Quod uero non sit oppositio relatiua inter illas, ex se manifestum est. Nec obstat, quod ex hoc sequi uideatur, quod in Deo non sint multae perfectiones, sed una tantum, pura, deitas. Verissimum enim est, quod Deus ipse non est nisi una perfectio illimitata, omnino prehabetens in se multiplicatas, & multiplicabiles in aliis perfectiones omnes.

S. Tho. de Ente & essen. D Ad

T. c. 24.

T. c. 16.

Ad evidentiam tertiae secundae, & tertiae propositionis nota, quod ut in quadam quaestione supra diximus, sicut res illa simplicissima, qua Deum dicimus, est id, cui assimilantur omnes perfectiones simpliciter in propriis naturis existentes, ita est id, cui assimilantur omnes conceptus formales earum, cum nihil aliud sint quam ipsae perfectiones in esse intentionali.

teri occurrere ad id, se habet ad illud, sicut agens principale ad instrumentum: quae admodum carpentarij sedis factio: terra coicit, uel sicut forma ad materia, sicut calor calefactione aquae calidae coicit. Et licet utraque pars distincti conclusioni vera, quia tamen prima materia nescitior est, & minus ad praedictum, ideo Commentator secundum per declaratum. quod prima intellecta speculatiua, & intellectus agens se habeat ut materia & forma, & hoc facit declaratum, quod intellectus agens, & non solum prima, sed anima intellecta speculatiua se habeat sicut forma & materia. Manifestat autem hoc sic. Quandoquidem est aliquod receptiuum aliquid duorum ordinum inter se habentium, id quod est perfectius & formalis, est sicut forma, id uero quod est imperfectius, & minus formale habet rationem: sed intellectus possibilis est receptiuus intellectuum speculatiuorum, & intellectus agens ordinem inter se habentium, ita quod intellectus agens est perfectior & formalior intellectibus speculatiuis, ergo intellectus agens, & intellecta speculatiua se habent sicut forma & materia. Ad autem in maiori, ordinem inter se habentium, quia alter praesentio non est uera, sicut patet de albedine, & dulcedine lactis, quarum neutra est alteri forma. Cum. n. ordinata sunt, necessarium ueritatem propositio, ut patet cum aer recipit colorem & lumen. Minor patet ex eo, quod intellectus recipit in intelligere. Intellectus autem possibilis intelligit & intellectum agens, & intellecta speculatiua &c. & sic patet prima propositio. ¶ Secunda propositio est. Intellectus possibilis & appropriatus nobis, quod recipit intellecta speculatiua, & intellectus agens in potentia tantum: quandoque partem in actu, & partem in potentia: quae doque totaliter in actu. Ita propositio quo ad intellecta speculatiua, est clarissima: intellectus namque infantis est in pura potentia, sicut tabula rasa, in qua nihil est depictum, postmodum uero recipit primorum principiorum notitiam: deinde multarum conclusionum successiue acquirit notitiam: & sic secundum aliquid est in actu, puta, secundum principia: & secundum aliquid in potentia, puta, secundum conclusiones: & postremo acquisitis omnibus conclusionibus est totaliter, & in omnia in actu tamen principia, quae conclusiones. His si coniungatur prima propositio, illucet tibi haec secunda propositio, quo ad secundam partem. Si. n. intellectus agens est forma intellectuum speculatiuorum, eadem erit proportio coniunctionis ad intellectum agens, quae est inter intellectum possibilem & intellecta speculatiua quo ad hoc, quod totaliter uni, totaliter & reliquo coniunctus erit: & si partialiter uni, partialiter & reliquo coniunctus erit.

¶ His praemis format prima Auer. ratio sic. Oportet quod mouetur ad acquisitionem alicuius ut formae, illa perfecte acquisita potest operari operatione propria illius formae, sed intellectus possibilis ut appropriatus nobis, mouet ad acquisitionem intellectus agens, ut formae, ergo illo acquisito potest operari operatione propria illius. Sed operatio propria intellectus agens est intelligere substantias separatas quidditative. ergo intellectus possibilis poterit per illum intelligere substantias separatas: & cum intellectus possibilis operatio noua nos denominet, consequenter nos per intellectum agens intelligimus substantias separatas &c. Maior patet explicitate, cum aqua mouet a forma caloris, acquisito illo potest calefacere, & similiter apparet in omnibus. Minor uero probatur dupliciter. Primo ex duabus propositioibus praemissis sic. Quicquid, aliquid mouetur ad aliqua duo recipienda ordinata inter se, ad id quod est formalis & perfectius mouetur ad formam, ex prima propositione: sed intellectus possibilis mouetur ad intellecta speculatiua, & intellectum agens, quia quae est in pura potentia, quae est partem in actu, & partem in potentia, ex secunda propositione, ordinem inter se habentium: quia mediatus intellectus speculatiuis recipitur intellectus agens, & intellectus agens est formalior & perfectior. ergo intellectus possibilis mouetur ad intellectum agens ut formam. Secundo probatur illa Minor sic. Intellectus possibilis mouetur ad acquisitionem intellectus agens ut finis, ergo ut forma. Antecedens patet ex eo, quod ipse intellectus agens est efficiens illum motus, quo mouetur intellectus possibilis ad ipsum. In separatis. n. materia idem est efficiens, & finis motus, ut c. 36. 12. Meta. habetur. Consequenter uero patet ex secundo Phys. tex. c. 70 ubi dicitur, quod finis motus, & forma idem sunt: & hanc probationem tangit Auerrois 12. Metaphysicorum in fine com. 38.

¶ Secunda ratio Auer. ponitur secundo Meta. c. 1. Si intelligentia non essent a nobis cognoscibiles, natura otiole eguliter consequens est falsum. Consequenter probatur, quia fecisset id, quod est in se natura, licet intellectus, non intellectus ab alio, sicut si fecisset Solem non comprehen-

Com. 36. T. c. 70. Com. 38. 2. r. princ. ibidem circa tex. Co. 13. contra gen. c. 54. pist. mediu

prehensum ab aliquo uisu. Et quoniam haec consequentia cum sua probatione derisibilis a S. Tho. indicatur, propterea quod frustrata est, quod non potest consequi sine uisu, & intelligentiarum finis non est intelligi a nobis. dato. n. quod intelligi esset finis earum, sufficit earum intelligentiam, ut a seipsis intelligatur. Non. n. sequitur. Ab intellectu humano non intelligitur. ergo a nullo. cur non ualeat, Sol non uideatur a non sua. ergo a nullo uisu. Idcirco Ioannes de Sando in tertio de Anima, dupliciter probat illam consequentiam. Primo dicens, quod Commentator non supponit, quod finis substantiarum separatarum sit intelligi a nobis: sed supponit, quod intelligentia: ex se sint intelligibiles ab intellectu nostro, cum continentur sub eis obiectionibus. Entes: & tunc bene sequitur. Intelligentia: sunt ex se naturaliter nobis cognoscibiles. ergo intellectus noster naturaliter natus est eas intelligere. Naturaliter. n. actiuo, ualeat est intelligere, & det correspondere naturae passiuo, quale est intellectus, aliter potentia actiua esset frustrata in natura. Secundo dicitur ab eodem illa consequentia: quia est intelligentiarum finis primarius non sit intelligi ab intellectu nostro, est tamen earum finis secundarius. Agunt. n. prima intentione propter se: secundario autem propter alia, ut dicitur. 2. c. 1. Com. 21. & ideo sequitur quod intelligentia, saltem quo ad finem secundarium, essent frustrata, & sic natura fecisset aliquid tiose. Propterea, inquit, consequentia Com. est uisina propositionibus per se notis, & non est derisibilis. Potest adhuc tertio duci illa consequentia ex dictis Com. 3. de Anima. Co. 36. ubi examinans rationem Themiistii: dicit, quod intellectus noster est immaterialis, consequentia illa tenet. Intellectus noster intelligit res sensibiles factas immateriales. ergo intelligit res immateriales. C

T. com. 7.

¶ Et fundatur hoc dictum super uerbum Arist. tertio de Anima. tex. Com. 7. dicens, quod intellectus excellenti intelligibili apprehensio uigorat ut alius intelligendum. Ex quibus habetur in proposito, quod immaterialitas est sufficiens causa uirtuti cognoscituae, quod intelligere possit substantias separatas. Unde sic probatur consequentia. Intelligentia: non sunt ab intellectu nostro cognoscibiles. ergo a nullo alio sunt cognoscibiles. ergo frustra sunt cognoscibiles: sicut Sol frustra esset uisibilis, si a nullo possent uideri. Prima consequentia tenet ex eo, quod si immaterialitas non daret intellectui nostro illas intelligere, nulli hoc dabitur: quia iam declaratum est, immaterialitate esse sufficiens causam huiusmodi: sicut quia sensum animalis non daret tactum, nulli alii hoc daret. Secunda consequentia clara est exemplo. Quilibet ergo intellectus potest substantias separatas cognoscere ex sua immaterialitate, plus tamen & minus, secundum quod plus & minus perfectionis habent. D

¶ Q V O A D Tertium arguitur contra hanc opinionem dupliciter. Est primo probatur, quod talis continuatio posita non potest perducere intellectum possibilem, ut nobis appropriatum, ad intelligendas substantias separatas. Id quod continuatur intellectui agenti, non nisi ut formae intellectuum speculatiuorum, non potest per illum intelligere substantias separatas quidditative: sed intellectus possibilis, ut appropriatus nobis continuatur, intellectui agenti non nisi ut formae intellectuum speculatiuorum. ergo intellectus possibilis ut appropriatus nobis, per talem continuationem non potest intelligere substantias separatas quidditative. Maior probatur, supponendo quod intellectus agens habet proportionem ad inferiora, ex hoc non continuatur secundum quod habet proportionem ad superiora. Committitur enim manifeste fallacia accidentis, ex uno alio concludendo. Id ergo quod continuatur intellectui agenti ut formae intellectuum speculatiuorum, non ex hoc continuatur ei, ut contemplatio substantiarum immaterialium. Minor uero ex Commentatoris dictis habetur, nullum alium modum ponentis in proposito, quo continuatur possibilem agente, nisi per intellecta speculatiua. Unde dicit, quod cum est in pura potentia ad intellecta speculatiua, est & in pura potentia ad intellectum agentem: cum uero partem est in actu, & partem in potentia respectu illorum, est etiam sicut respectu istius: & cum fuerit totaliter in actu secundum intellecta speculatiua, erit totaliter copulatus intellectui agenti.

¶ Secundo probatur, quod posito, quod talis continuatio ad hoc perduceret intellectum possibilem, nunquam tamen nos ad

hoc perducere potest: & arguo sic. Id quod continuatur intellectui agenti non nisi ut coloratum luminis, & intellectui possibilem non nisi sicut coloratum uisui, non potest denominari operans propria operatione luminis, ut uisus, seu intellectus agentis, aut possibilibus: sed homo phantasiens habet huiusmodi continuationem cum his intellectibus. ergo non potest denominari faciens intellecta, & intelligens substantias immateriales, quae sunt operationes intellectus agentis, nec intelligens res sensibiles, quae est operatio intellectus possibilis.

¶ Maior est nota ex terminis: non enim potest uere dici, quod coloratum illuminet, aut uideat. Minor autem patet ex tertio de Anima. tex. commen. 18. & 30. Nec obstat aliquo modo similitudini datae, quod homo proprio actu cogitatur spiritualizatur phantasmata, coloratum uero non spiritualizatur colores: quoniam si fingamus coloratum in seipso non posse obici oculo, neque luminis, sed spiritualizatum tantum in speculo, quod propria operatio speciem in se colorati spiritualizaret, similitudo currentet quatuor pedibus, & tamen tale speculum obiectum luminis, & uisus, non uere potest denominari illuminans, neque uidens, & haec ratio apparet mihi demonstratiua, & alias, si Deus concesserit nobis uitam, eius efficaciam plenius ostendemus. Haec de tertio.

¶ Q V O Ad quartum. Ad primam rationem Auerrois dicitur, quod Maior est uniuersaliter falsa, si teneatur ut teneri debet ad hoc, quod intendum concludatur. Debet enim uniuersaliter teneri quod uisibilem, sed etiam praedicatum hoc modo. Omne quod mouetur ad acquirendam aliquam formam, illa perfecte acquisita potest operari omni operatione propria illius formae, aliter non concluderetur. patet autem hanc esse falsam, ex eo, quod sufficit quod id quod acquisiuit aliquam formam, particeps aliquam operationem illius formae, illam scilicet, quae conuenit formae secundum id, quo respicit receptiuum. & ratio huius est assignata in prima ratione contra Auerrois facta: quia scilicet non oportet rem conueniat formae habenti diuersas proportionales ad inferiora & superiora, ex hoc quod perfecte continuatur ei secundum inferius, quod continuatur ei secundum superiora. unde ex hoc, quod intellectus possibilis acquisiuit intellectum agentem, ut formam, licet sequatur quod possit operari operationi intellectus agentis, ut est forma intellectuum speculatiuorum: quia ut sic acquiritur, scilicet formare intellecta in actu, & extendere se ad omnia intelligendo, ad quae se extendit intellectus agens ut factiuus, non tamen sequitur, quod possit omnia intelligere, quae respicit intellectus agens, ut contemplatiuus.

¶ Ad secundam rationem respondetur negata consequentia: & ad primam probationem dicitur, quod committitur fallacia consequentis a superiori ad inferius affirmatiue. Obiecto enim quod intelligentia: sunt cognoscibiles ab intellectu nostro, quia continentur sub eius primo obiecto, non sequitur. ergo sunt a nobis intelligibiles quidditative. Non enim omne contentum sub ente, est quidditative a nobis intelligibile, eo quod ens licet sit obiectum adequatum intellectui nostro extensiuo, non tamen est adequatum adaequatione mutua intensiue: & est dicere, quod licet omne ens possit a nobis intelligi, non tamen omne ens potest a nostro intellectu penetrari usque ad ultimas differentias. Hoc enim modo quidditas rei materialis est obiectum adequatum intellectus nostri, scilicet adaequatione intensiua: solum namque eam & omnem intellectus noster natus est intelligere quidditative.

¶ Ad secundum modum deducendi consequentiam, similiter respondetur. Licet enim deatur, quod intelligi a nobis sit finis secundarius intelligentiarum, non tamen ualeat, ergo intelligi quidditative a nobis, est finis secundarius: immo hoc est impossibile. ¶ Similiter ad tertium modum dicitur, quod licet immaterialitas sit sufficiens causa uirtuti cognoscituae, quod possit intelligere substantias separatas, non tamen ualeat, ergo ex immaterialitate habet, quod possit cognoscere eas quidditative. ¶ Auerrois autem Ari. adducta, cum recte intelligitur, non obstat. Aduertendum est. n. sensum respectu excellentis sensibilibus, duos fortiri, & qd. n. non perfecte cognoscit illud, & quod patitur passione corruptiua ab illo. Intellectus autem respectu excellentis intelligibilis primum tantum habet. s. quod perfecte non intelligit illud, passionis. n. expertus est & ratio est, quia secundum sequitur materialia, cuius actus est uirtus sequitiua, non autem intellectiua: primum uero sequitur imperfectionem potentiae ab obiecto, quae saluatur

ita in virtute immateriali, sicut materiali. Sicut enim nota ex sua specie unum improprietatem clarum illi habet: ita homo ex sua natura intellectum improprietatem clarum intelligibili separato, sicut secundum rem a materia. Conueniunt ergo intellectus & sensus in primo, sed differunt in secundo, ex qua differentia Arist. ibi dicit oriri, quod sensus potest excellens sensibile sensatum debiliatur: intellectus autem post excellens intelligibile intellectu non alteratur, magis potest intelligere alia, quod intelligendum est secundum modum sibi possibilem. Ex hoc autem non licet interire, ergo potest quidditatiue cognoscere substantias immateriales, sed, ergo non procedit ex eius alteratione, quod illas non potest comprehendere, quod gratis concedimus. Habet enim homo intellectum ratiocinatum, qui oritur in umbra intelligentiae apud Isaac: & ideo proportionatur naturaliter ad intelligendum intelligibile non purum & clarum, sed obiectum materiam, quale est quidditas a sensibilibus abstractibilis. Hec de quarto.

Opinio 5. Th. 1. par. 96. 88. art. 12. contra Gen. c. 45. & 2. Metaph. c. 6. men. 1. QVO Ad quintum ponenda est opinio S. Thom. quam ex prima parte. q. 84. & 3. contra Gen. c. 45. & 2. Metaph. primo. Tenet ipse hanc conclusionem. Anima humana corpori coniuncta non potest quidditatiue cognoscere substantias immateriales, quae ad praesens dupliciter probatur. Primo sic. Intellectus existens in potentia non nisi ad recipiendam intellecta abstracta ab intellectu agente, non potest intelligere quidditatiue substantias immateriales: intellectus humanus est huiusmodi. ergo. Maior ex terminis patet: oppositum enim praedicati infert oppositum subiecti. Quod enim potest intelligere substantias separatas quidditatiue, non est tantum in potentia ad recipiendam abstracta ab intellectu agente: quoniam substantiae separatae non sunt abstracta a materia per operationem intellectus agentis. Minor ex Arist. colligitur 3. de Anima. tex. com. 17. ubi dicitur, quod intellectus agens potest omnia facere, quae intellectus possibilis potest fieri.

Te. c. 6. 17. QVO Secundo probatur sic. Nullus effectus sensibilis potest ducere in quidditatiue cognitionem substantiarum separatarum, ergo intellectus humanus coniunctus corpori, non potest quidditatiue illas cognoscere. Consequenter tenet: quia nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu. Antecedens vero probatur ex eo, quod effectus dupliciter potest in cognitionem quidditatiue sui causae ducere, vel per modum similitudinis: sicut effectus uniuoco cognoscit, eius causam quidditatiue cognoscimus, propterea quia sunt eiusdem naturae: & hoc modo clarum est nullum sensibile posse perducere ad substantiarum immaterialium naturas, eo quod differunt non solum specie, sed genere. Alio modo effectus ducit in quidditatiue cognitionem suae causae non per modum similitudinis, sed per hoc, quod demonstrat totam virtutem suae causae: sicut ut intelligere ostendit totam virtutem animae intellectus: & ideo ex tali operatione in eius quidditatiue cognitionem procedimus. Nec hoc modo sensibilia valent ad cognitionem quidditatiue intelligentiarum nos perducere. Nullus enim effectus particularis adaequat totam virtutem causae uniuersalis: quodlibet autem sensibile est effectus particularis, ut materiales conditiones eorum cuiusque ostendunt. igitur per nullum sensibile in quidditatiue cognitionem substantiarum immaterialium, quae causae uniuersalissimae sunt, peruenire possumus &c. Hec de quinto.

QVO Ad sextum contra hanc determinationem arguit supradictus 10. de Gen. in 3. de Anima, multipliciter.

Joannes de Gan. q. 37. QVO Et primo contra illam particulam in conclusione positam coniuncta corpori. Nulla forma impeditur a sua nobilissima operatione propter unionem eius ad propriam materiam: sed intelligere substantiarum separatarum quidditates est nobilissima operatio animae humanae, ut patet 1. & 10. Eth. corpus autem humanum est eius propria materia, ergo anima humana propter unionem ad corpus non impeditur a speculatione substantiarum immaterialium.

Cap. 9. Cap. 8. QVO Praeterea ad idem. Anima humana aut nata est intelligere substantias separatas per suam substantiam, aut per speciem influxam, aut per speciem causatam ex phantasmate. Si per suam substantiam, cum substantia eius per unionem ad corpus non impediatur, poterit eas intelligere: si per speciem a phantasmate sumptam, unio ad corpus inabitur per speciem influxam, quaeritur quomodo unio ad corpus impedit, aut non permittit talem influxum fieri. hoc enim non videtur rationabile aliquo modo esse: quia generatio unius speciei non impeditur a corpore, nisi corpus habeat contrariam dispositionem dispositioni requisitae ad eius generationem. Verbi gratia: quia color exigit diaphaneitatem in aere, ad hoc ut recipiatur in eo, nullum corpus impedit generationem speciei coloris, nisi habeat opacitatem, quae contraria est diaphaneitati: modo corpus humanum nullam habet dispositionem contrariam dispositioni, qua exigit receptio speciei intelligibilis influenda, ut patet. ergo. Et confirmatur ratio sic. Bonum simpliciter alicuius naturae non

impeditur propter bonum simpliciter eiusdem naturae. Quod enim impedit bonum simpliciter alicuius naturae, est illi naturae simpliciter: sed intelligere substantiarum immaterialium quidditates est bonum simpliciter animae humanae, ergo non impeditur per unionem ad corpus, cum hoc fit etiam bonum simpliciter. Tertio arguitur contra conclusionem ipsam ex dictis San. Tho. sic. Ibi dicitur, quod cognoscimus esse in differentias nobis significari possunt.

telligentiarum non quidditates, aut esse est idem quod quidditas, aut diuersum. Si diuersum, ergo utrumque sub nostra caetera cognitione, quicunque enim cognoscit diuersitatem aliquorum, cognoscit extrema illius diuersitatis, ut dicitur 2. de Anima. tex. c. 6. 146. Si idem, ergo cognito uno cognoscitur & reliquum.

QVO Si dicitur, quod cognoscimus illas quidditates, sed non perfecte, contra primo, quia hoc repugnat duobus dictis Thomistarum, quorum primum est, quod nos non intelligimus quidditates substantiarum separatarum. Secundum est, quod cognoscimus esse illarum non quidditates. Ex primo arguitur sic. Homo non intelligit quidditates separatas, ergo nullo modo intelligit eas. Tenet consequentia per locum a toto, in modo ad suam partem negatiue. Ex secundo dicto arguitur sic. Ea cognitio negatur de quidditate, quae affirmatur de esse: sed esse non cognoscitur a nobis, nisi imperfecte, ergo cognitionem etiam imperfectam negare intendunt de quidditatibus. Si enim utrumque imperfecte cognoscimus, quare magis alterum negatur cognoscitur, aut alterum affirmatur? Secundo, probatur quod responsio in se sit falsa, sic. Si imperfecte cognoscimus quidditates illas, aut hoc est, quia nescimus eas ita perfecte, sicut a seipsis cognoscuntur: & hoc non, quia hoc est ridiculum uertere in dubium, aut quia nescimus eas perfectione debita nobis secundum nostram naturam: & hoc est voluntarium, nulla enim ratione hoc conuenire potest: non tamen ad corpus hoc impedire non potest, ut probatum est. Hec de sexto.

QVO Ad septimum, pro responsione ad haec argumenta praenotandum est, quod secundum doctrinam San. Tho. prima parte, q. 84. & 89. Inter cognitionem animae coniunctae, & separatae hoc interest, quod coniuncta sicut habet modum essendi, concernendo corpus: ita habet modum intelligendi, conuertendo se ad phantasmata: ita quod ex conformitate modi operandi ad modum essendi, fit ut anima coniuncta sit conuersa ad phantasmata secundum intellectum possibilem, ut passiuum ad actiuum, adeo ut non nisi ab illis cum intellectu agere recipere possit species. Separata autem a corpore, sicut habet alium modum essendi absque corporis informatione, ita habet & alium modum intelligendi, ut etiam ex conformitate modi operandi ad modum essendi fiat, ut anima separata conuertatur secundum intellectum ad superiora ut actiuum, ut ab eis influxum specierum recipiat, ut pote in modo essendi similis illis reddita, & corpore relicto liberior quodammodo facta, & amplius phantasmatis non alligata.

QVO Ex hoc autem oritur alia differentia, quod scilicet anima coniuncta non potest substantias immateriales cognoscere, nisi per species a sensibilibus acceptas. Alligatus est enim eius intellectus phantasmatis: separata uero potest illas per species proprias cognoscere, cum conuersa iam sit ad superiora.

QVO Nascitur quoque ex his tertia differentia apud subtiliter speculantes, animam esse partem speciei, & uniri corpori propter melius, quia scilicet cognitio, qua habet anima per species acquisitas, est cognitio distincta, & quidditatiue pertingens usque ad ultimas rerum differentias: cognitio autem, qua separata ex speciebus influxis sortitur, confusa est, & in communi res notificat. Cum enim anima naturaliter sit pars hominis, naturalem modum intelligendi ex propria natura sibi uendicat per species acceptas a phantasmatis: intelligere, & non per species influxas: hic enim modus intelligendi naturalis est in intelligenti ex sua natura. Et ideo sicut in intelligenti perfectam rerum notitiam per species influxas habet sic anima per species acquisitas, de sensibilibus notitiam habere potest perfectam. Species enim influxae facultatem naturalem intellectus eius excedunt. Est hic modus superioris ordini conaturalis, & proprius, & anima non conuenit nisi per quandam defectiuam participationem. Cum sit praeterea talis inter substantias actualitales ordo, quod quod proximiores sunt primae omnia per solam suam substantiam intelligendo penetrant, & eo per uniuersaliores species rerum notitiam perfectam naturaliter capiunt, vltima inter eas, anima scilicet intellectiua, ex natura sua adeo dearticulatas exigit species, ut singularum quidditatum singularis oportet habere similitudines: propter quod & corpori uniuir, ut eas inde accipiat, & ideo uis eius intellectiua, cum per species superiores, quales sunt influxae, intelligere tenet, & premitur quodammodo, & confusam tantum notitiam habet: sicut discipulus uniuersales conceptus praeterea apprehendere non ualens, absque distincta cognitione remanet. Huius autem signum est, quod inter homines,

T. c. 146.

1. parte. q. 88. art. 1. & q. 89. art. 1. & 2. cap.

mines, qui sunt perfectiores ingenij, scilicet principis principis ad conclusionem: se se conferunt, & ex eisdem principis multas conclusiones speciales deducunt. Hec uero autem ingenij non nisi principis applicat s. praeterea ad singulas conclusiones, & in forma lylogistica, & cum exemplis materialibus distinctam percipiunt ueritatem.

Capit. 9. Capit. 8. h. Hoc tamen sciendum, quod non eodem modo sumitur genus, & differentia in illis substantiis, & in substantiis sensibilibus: quia in sensibilibus genus sumitur ab eo, quod est materiale in re: differentia uero ab eo, quod est formaliter. Ex his iam potest intelligere, quod in anima nec coniuncta, nec separata quidditatiue cognoscitur immateriales habere naturaliter potest. & quod plus est, habes ex his, quod anima separata per species influxas nec bouem, nec leonem quidditatiue cognoscit: sed omnia praeter sui ipsius naturam in communi nouit. Vbi dicitur autem alibi inuenies a s. Thom. h. c. quod anima separata quidditates substantiarum immaterialium nouit &c. recollit ab ipso uocari cognitionem quidditatiue, cognitionem eam, quam habet de illis anima separata per proprias species, quam habere non potest.

Ad Rationem igitur primam dicendum est, quod licet intelligere substantias immateriales sit nobilissima operatio animae in intellectu: intelligere tamen eas quidditatiue, est operatio sibi impositibilis, nec Arist. in 1. aut 10. Ethic. dicit oppositum: immo quae sita mota ab ipso in tertio de anima text. com. 36. nusquam soluta reperitur. Posuit enim felicitatem humanam in contemplatione substantiarum immaterialium nobis possibilem, quae unquam sit illa. Similiter dicitur ad secundam, quod unio animae ad corpus non impedit cognitionem quidditatiue immaterialium: quandoquidem illa anima secundum omnem naturam sita est impossibilis. Quod si haec duae rationes formentur ad concludendum animam uniuir posse habere talem notitiam substantiarum immaterialium, qualem per earum species separata habet, respondetur ad primam, negando quod intelligere substantias immateriales tali modo, sit nobilissima simpliciter operatio animae, licet sit nobilissima secundum quid maiorem enim perfectionem simpliciter ponit in anima intelligere substantias sensibiles distinctas, & quidditatiue, & substantias immateriales per effectus sensibiles, & communia, quam intelligere ea in confuso: licet sit secundum quid nobilior illa confusa intellectio ex hoc, quod est per earum species, & immaterialiori modo. Vnde dico, quod non inconuenit animam nostram impediri ab operatione nobilissima secundum quid, propter perfectionem sibi nobilissimam simpliciter acquirendam ex unione ad propriam materiam: uide non sequitur, unio enim esse praeraturalem, sed naturalissimam, ut pote praeter perfectionem suam simpliciter, & praetertim, quia cognitio illa, quam habet separata, est sibi quali praeraturalis, sicut & modus essendi, quem habet &c.

Ad Secundam dicitur, quod impeditur anima ex unione ad corpus ad receptionem talis influxus ex hoc, quod modum essendi in corpore sequitur modum operandi non nisi per conuersionem ad phantasmata: naturalis enim conuersio animae ad phantasmata est impedita conuersionis ad superiora. Probatur autem contra hoc nihil facit: contingit enim alio modo impediri conuersionem dari, ut in patet. Ad confirmationem dicitur, quod Minor est falsa. Intelligere enim substantias immateriales tali modo est bonum animae secundum quid, non simpliciter: unio uero ad corpus cum sequitur ipsam, est bonum eius simpliciter.

Ad Tertium dicitur, quod siue esse, & essentia distinguantur, siue sint idem, non variatur propositum. In Deo enim sunt idem, & in alijs intelligentijs distinguuntur, & tamen eandem de ueritate proferimus sententiam, dicentes quod cognoscimus esse, non quidditatem. Responsio ergo ibi data uera est, qua dicitur, quod cognoscimus quidditates imperfecte. Nec hoc repugnat dictis Thomistarum. Non quidem primo, quia illud debet intelligi de cognitione quidditatiue, & non de quacunque cognitione. Vnde non ualet, ergo nullo modo cognoscimus: sed, ergo nullo modo cognoscimus quidditatiue.

Secundo autem dicto nullatenus aduersatur. Cum enim dicimus, quod cognoscimus esse, & non quidditatem, illud periphrasice sermonebus, in edimus quod scimus de illis terminare questionem An est, quae de esse querit: & quod nescimus de eis terminare questionem Quid est, quae quidditatem scrutatur: & sic secundum aliquod praedicatum quidditatum terminare illam nouerimus, notitiam illam, qua, & non quidditatiue uocamus, sequentes Arist. uestigia, qui notitiam rei per communiam, notitiam qua in posterioribus Analyticis appellat. Et propter hoc ea notitia proportionaliter negatur de quidditate a Thomistis in proposito, quae affirmatur de esse: quia notitia de propria questione quidditatis

Poste. 2. com. 8.

non haberi dicitur: notitia uero de propria questione ipsius esse non caremus.

Ad ultimum, quo probatur, quod responsio sit falsa in se, dico, quod ideo dicitur, intellectus nostrum imperfecte substantias immateriales cognoscere, quia non quidditatiue potest eas apprehendere, & magis imperfecte in hac uita, quia per species aliorum. Et licet primo modo eas cognoscere si b. i. tantum conueniat, & ridiculum esset dubitare, an id, quod conuenit solis intelligentijs, conueniat alius, necessarium tamen est dubitare, an cognoscere eas quidditatiue sibi solis, an etiam animae nostrae conueniat, quod secundo modo eas cognoscere, sit nobis in hac uita impossibile: non uoluntariam, sed ratione cogente dicitur. Corpus enim uniuir animae, animam ad sensibilia conuertit, ut declaratum est &c.

Ponitur hic secundum notatum, quo uide sumatur differentia, & unde genus in substantiis immaterialibus, declarat opposita comparatione ad substantias sensibiles.

Ad cuius euidentiam scito, quod in rebus compositis ex materia & forma, quatuor intelliguntur, scilicet materia, quae est altera pars compositi speciei: forma, reliqua pars: tota quidditas, ut habet rationem perfectibilis ulteriori perfectione formali: & ipsa uero tota quidditas, ut habet ultimam perfectionem formalem. Verbi gratia, in homine potest considerare materiam, in qua sua forma recipitur, & formam in illa receptam. Ad uerum etiam ipsam hominem, in quantum est substantia, est enim homo substantia, & ut substantia habet rationem perfectibilis per corporeum, per rationale, &c. Ad uerum etiam hominem, in quantum est rationalis natura, quae est ultima eius perfectio formalis. Hae autem quatuor ita se habent ad genus & differentiam, quod & materia, quae est pars, & ipsum totum, & perfectibile fundant genus, diuersimode tamen. Forma uero, quae est pars, & ipsum totum, ut potest perfectio formalis fundat differentiam diuersimode etiam. Cum enim genus potestate contineat differentias, incompletumque, ac in potentia, res naturam explicet, totumque secundum id, quo adhuc perfecti potest, impotet, radix autem potentia uis in rebus sensibilibus sit materia, merito a toto, secundum quod potest esse, formaliter perfici, & a materia ipsa sumi dicitur. Similiter cum dicere sit diuidere, terminare, & actuare genus, totumque secundum potestatem perfectionem & actualitatem explicare, radix autem actualitatis & perfectionis sit forma: merito a toto secundum quod perfectum est, & a forma differentia sumitur. Diuersimode uero fundant genus, & differentiam partes ipsae rei, materia scilicet & forma, & quidditas tota ut perfectibilis, & perfecta. Sumitur enim genus a tota essentia, ut habet rationem perfectibilis, tanquam a re formaliter significata, seu denominata ab ipsa: a forma autem, ut a radice sui formalis significati. Non materia, quae est pars hominis, denominatur eius genus, neque forma differentia, sed ipse homo ut substantia, ut animal generis denominationem sortitur, ut corporeus, ut rationalis differentiae denominationem habet. Et propterea, quia genus & differentiam radicaliter fundant materia & forma, ideo ab Arist. 7. Meta. tex. c. 33. dicitur, quod sicut se habet tota ratio ad totam rem, sic pars rationis ad partem rei. & 8. Met. text. com. 9. inuenies genus sumi a materia, & differentiam a forma. Praeterea, & Com. 2. caeli, com. 49. ait, quod si corpora caelestia conueniunt in genere, & differunt in specie, sunt composita ex materia & forma. Inuenies quoque, quia genus & differentia a tota essentia sumuntur, ut a re significata nomine primae intentionis, & denominata nomine secundae intentionis, & non a parte, illustres uiros dicere quandoque, quod genus non sumitur a materia, & differentia non sumitur a forma, quorum cum intuitus fueris rationes, supradictis non aduerari uidebis. Quae cum ita sint, in substantiis immaterialibus ad substantias immateriales accedendo, genus sumi non dicimus a materia, nec differentiam a forma, quia carent his partibus: unde restat, ut a tota essentia tam genus, quam differentia non solum formaliter, sed etiam adualiter in eis sumatur. Praeterea & Arist. ut in littera dicitur, assignat diuersitatem inter differentiam substantiarum compositarum & simplicium, dicit quod differentia in speciebus compositis ex materia & forma, est simplex: differentia uero rerum non compositarum, non est, & uocat differentiam simplicem ea, quae non a toto radicaliter, sed a parte eius exit, quae simplex est. Sumuntur ergo ex tota essentia in substantiis immaterialibus genus

T. com. 33.

T. com. 9.

Com. 49.

E

us & differentia, sed differentia: quia genus sumitur ex tota essen-

tia secundum id, quo essentialiter una alteri assimilatur. conueniunt enim intelligentia in aliquo predicato quidditativo. Differentia uero sumitur a tota essentia secundum id, quo una differit substantialiter ab alia: & hic est certus formalis perfectionis gradus indi-

uisibilis formalis, que quanto aliqua intelligentia proximiori purissimo actui Deo glorioso sortita fuerit, tanto perfectior erit. Per hoc enim differunt inter se, quod una altera propinquior est actui puro, & plus a potentialitate nature recedit.

AD MAIOREM horum intelligentia alius exordendum est. Sciendum est namque, quod aliud est loqui de genere, & differentia simpliciter, & secundum eam quae sibi accidunt, & per se conueniunt aliud est loqui de eis, secundum quod ad tales naturas applicantur. Si enim loquimur de eis secundum se, sic ad utriusque generis scilicet & differentia, rationem exigunt, & sufficienti, quod differentia quidem explicat certum, & limitatum gradum entis non extraneae naturae a natura generis, cuius est quidditas formaliter: genus uero explicat certam naturam determinabilem formaliter. Et primum quidem horum, quae de differentia dicimus, sequitur ex eo, quod differentia adueniens generi constituit speciem, & ponit ipsam in determinato gradu entis, illo scilicet quem explicat. Vnde 8. Met. com. 10. species numeris assimilatur, eo quod, sicut numeros subtracta, aut addita unitas uariatur, sic differentia addita, uel subtracta entibus, ipsa diuersificat. Secundum autem sequitur ex eo, quod differentia diuersificat genus debet: ita ut non solum ipsa species sit altera ab altera specie, sed natura generis in hac specie sit diuersa a natura generis in alia specie, ut 10. Met. tex. com. 24. habetur. Vnde in 11. de Animalibus ait Aristoteles, quod si debeat diuidi figura, differentia eius non erunt habere angulos aequales duobus rectis, & habere angulos aequales multis re-

ctis, quia haec accidentia sunt figurae. Genus autem certam naturam significare oportet, ut transcendentia excludantur: determinabilem uero formaliter, ut specialissima segregentur.

Si autem loquamur de genere, & differentia, ut applicentur ad substantias materiales, sic genus non solum explicat rem, ut determinabilem formaliter, sed etiam radicaliter sumitur a materia: & differentia similiter non solum significat determinationem, & aetuationem generis, sed sumitur radicaliter a materia. Sed haec accidunt generi, & differentia ex eo quod essentia, cuius sunt, est composita, & realiter integrata ex duobus principijs, materia scilicet determinabili, & forma terminante. Per se enim conueniunt animali, quod significet naturam sensitiuam determinabilem formaliter per rationale. Sed quia natura sensitiua habet, quod sit determinabilis per rationale ex hoc, quod habet materiam, ideo accidit huic generi, quod est animal, in quantum est genus, quod sumatur a materia: unde si natura sensitiua esset determinabilis per rationale, & non ratione materiae, non minus animal esset genus. Similiter rationale per se habet, quod significet rationatiuam perfectionem essentialiter determinatiuam naturae sensitiuae. Sed quia gradus intellectiuis habet, quod determinet sensitiuam ex eo, quod anima intellectiua est forma corporis: ideo accidit huic differentiae, scilicet rationale, in quantum est differentia, quod sumatur a forma. Non minus enim rationale esset differentia, si perfectior rationatiua determinaret sensitiuam absque eo, quod informaret anima corpus. Propter hoc communiter dicitur, quod sumitur genus ab eo, quod est materiale, potius quam a materia: & differentia sumitur ab eo quod est formale, potius quam a forma. Illud conuenit eis per se, hoc autem per accidens. Cum autem substantiarum immaterialium simplex essentia sit determinata, & distincta ad certum perfectionis gradum, cum infinita entitatis non sit, conueniens est ut in ea sit, unde genus & differentia sumi queant. Ex hoc enim, quod natura limitata est, ex ipsa determinatione sumitur differentia. Ex natura autem communi, quae determinari intelligitur, sumitur genus. Ex eo uero quod simplex est, se ipsa terminatur, ita quod non habet duas partes reales, quarum altera terminetur, & altera terminet: sicut substantiae sensibiles habent materiam, & formam.

Et sic in acceptione generis, & differentiae in substantiis mate-

rialibus saluatur id quod est per se, scilicet, quod genus significet certam naturam formaliter determinabilem. Et differentia explicat determinatam perfectionem substantialem formaliter constitutam illius in certo gradu entis, licet non saluatur id quod est per accidens, scilicet quod genus sumatur a materia: differentia uero a forma.

AD PROFERENDIUM HUIUS rei persequutionem notanda sunt tres propositiones. Prima est, quod omnino indiuiduum distinctum realiter a suo esse, habet plura praedicata quidditativa, quorum successu magis ac magis appropinquat ad suum esse. Secunda propositio est ista. Inter praedicata quidditativa supra dicta talis est ordo, quod tanto uenit quodque est actualis, quo appropinquat ad esse.

Declaratur primo exemplariter, deinde ratione propositiones istae. Sortes distinctus realiter a suo esse existentiæ habet plura praedicata quidditativa, scilicet substantiam, corpus, uiuum, animal, homo, & certum est, quod Sortes in quantum substantia, ualde elongatur a sua existentia: exigitur enim ad hoc quod Sortes sit, non solum quod sit substantia, sed etiam quod sit corpus. Cum autem acciperis Sortem in quantum corpus, uiciniorem apparetur ad existentiam habendum, licet adhuc satis elongetur ab illa. exigitur enim ad hoc quod Sortes sit, non solum quod sit substantia corporea, sed etiam quod sit uiuus. Et cum consideraueris Sortem ut uiuum, uidebis magis appropinquare ad esse, tamen adhuc remotus: exigitur enim ad hoc, quod Sortes sit, non solum quod sit substantia animata, sed etiam quod sit animal. Et cum inspexeris ipsum in quantum animal, proximiorum ad essendum inuenies, adhuc tamen remotus ex eo, quod exigitur ad hoc quod Sortes sit non solum quod sit substantia animata sensibilibus, sed etiam rationalis. Nihil enim potest in rerum natura sub aliquo genere contineri, quod non sub aliqua specie continetur. Cum autem consideratus fuerit ut substantia animata sensibilibus rationalis, tunc iam esse actualis existentiae suscipere potest: nihil enim aliud formale intrinsecum exigitur ad hoc quod sit, licet requiratur causa extrinseca, & proprietates indiuiduales, ut conditio existentis. Patent autem adducta praedicata ita se habere, quod semper id, quod propinquius se habet ad existentiam, comparatum ad remotius, se habet ut actuale ad potentiale: sicut homo ad animal, animal ad uiuum, uiuum ad corpus, corpus ad substantiam. Et ex consequenti id, quod proximius est ipsi esse, est actualis: illud uero quod remotius est ab esse, est potentialius, & sic patet utraque propositio exemplariter.

Ratione autem probatur. Cum enim esse sit actualis, omnium quae sunt in re, & tantae actualitatis, ut non nisi completet essentiae actus proprius sit, ad hoc quod essentiae eius receptiuum fiat, oportet intrinsece completam, & determinatam esse. Sicut ad hoc quod aer recipiat lumen, oportet prius, quod perficiatur a diaphaneitate: terminatur autem, perficitur, & completur substantia his praedicatis quidditatis. & ideo quanto praedicatum quidditatum erit magis essentiae determinatiuum, magis appropriabit ipsam ad hoc, quod sit receptiuum proprium ipsius esse. Et per oppositum, quanto praedicatum quidditatum est minus determinatiuum essentiae, tanto minus eam appropriat ad hoc, quod capax sit ipsius existentiae. Et quia unum quodque quanto est propinquius actuali sumo, tanto est actualius, & quanto remotius ab illo, tanto est potentialius: idcirco inter praedicata quidditativa talis est ordo, quod propinquius ipsi esse, est actualius: remotius uero, potentialius.

HIIS Duabus propositionibus, postquam tertiam addideris, scilicet quod genus sumitur ab eo, quod est ut potentialis: differentia uero ab eo, quod est ut actualis, conueniunt regula generalissima, quod genus, & differentia in omnibus sumuntur a tota essentia rei secundum elongationem, & propinquitatem ad ipsam esse existentiae. Differentia enim ultima, cum sit constitutiua speciei, & proprium illi inter entia gradum donec, ultimum complementum ipsius essentiae est ad hoc, quod sit. Ultra eam non iam dictum est, indiuiduum nullum aliud complementum intrinsecum expectat, ut sic. Genus quoque generalissimum, cum essentiam maxime determinabiliter explicet, ab eo sumitur, quo essentia ipsa ab existentia magis est elongata, ut pote determinabilis,

bilis, & perfectibilis omnibus differentis ad hoc, ut esse suscipere possit. Genera uero, & differentiae intermediae ab intermedijs sumuntur, & propter hoc dicitur, quod distinctio explicat distinctum a prima potentia usque ad ultimum actum, includit quidem primum genus, quod sumitur ab eo, quo primo essentia ipsa potest habere esse: & omnes differentias, quibus paulatim essentia determinatur, & actur usque ad ultimam differentiam, quae est actus ultimo determinans & perficiens ipsam, ut esse habeat: propterea & Porphyrius ait, quod secundum interius profertur tantes, differentia est quae conducit ad esse. Nec propter hoc quod diximus, intendimus, quod genus & differentia sumantur ab esse actuali existentiae, scimus, n. definitiones abstractae ab esse: sed intendimus, quod genus & differentia sumuntur, ut uerbis S. Th. utamur, ab ordine ad esse actualis existentiae.

Ab ordine autem dicimus non relatione ordinis, sed fundamento eius ab eo. I. quo essentia appropinquat ut receptiuum ad ipsum esse, & ab eo, quo essentia elongatur ab ipso. Et secundum haec habetur unde in intelligentijs, substantijs materialibus, & accidentibus sumuntur genus & differentia, ut facile est cuiuslibet exercitatio deducere in singulis. Et propter hoc solus Deus caret genere & differentia. quidditas enim sua, cum sit sua existentia actualis, non potest concipi ut elongata ab existentia, uel propinqua illi. Vnde sufficientissimam causam S. Thom. in principio huius capituli assignauit, quare Deus non sit in genere, & in intelligentijs sint in praedicamento: quia ille est suum esse, istarum autem essentia distinguitur ab esse proprio.

Hic excluditur prima obiectio. Dicitur enim, quod differentiae in intelligentijs sumuntur a diuersis perfectionis gradibus, quibus una altera propinquior est actui primo. Contra hoc instatur sic. Quaeunque differunt secundum actum perfectum, & minus perfectum, differunt solum accidentalibus differentijs: intelliguntur autem differunt non nisi secundum magis, & minus perfectum, et ergo differunt solum accidentalibus differentijs. Processus bonus: conclusio uero est falsa, ergo altera praemissarum: non maior, ut probabitur, ergo minor, quae est positio supradicta. Probatio maioris est, quia magis, & minus non variant speciem: albedo enim perfecta, & minus perfecta unius speciei sunt, quaeque autem sunt eiusdem speciei, accidentalibus solum differentijs distinguntur, cum in omnibus essentialibus conueniant. Hanc obiectionem excludit haec pulchra distinctio. Perfectus, & minus perfectus possunt attendi uel penes modum habendi aliquam formam unam simpliciter, uel penes ipsas formas habitas magis & minus. primo modo non uariant speciem, sed secundo modo. Quaeque enim ita se habent, quod secundum diuersos gradus perfectionis atomam suscipiunt formam, solo numero ut sic, distinguntur, ut patet de albo, ut 4. de albo, ut 6. Ea uero quae diuersos gradus perfectionis non eiusdem formae, sed plurimum formarum suscipiunt, essentialiter, seu specificiter, distingui necesse est, ut patet de homine, & boue. Vnde patet responsio ad obiectiones, quod primo modo Minor est falsa, secundo modo Maior. Cuius probatio ideo uidetur sine additione uulgata, quia comparatio denotata per ly, magis & minus, non fit proprie, nisi in atoma specie, ut dicitur septimo Phys. in commen. 27.

Hic excluditur secunda obiectio. Obicitur. n. contra idem dictum sic. Vbiunque sunt uerum genus, & uerae species, ibi debet esse artificialis diuisio illius generis per duas ueras differentias: sed in intelligentijs inuenitur uerum genus, & uerae species, ergo ibi debet esse diuisio per duas differentias ueras. Conclusio est contra diuisiorem supra assignatam, qua dictum est, Genus intelligentiarum descendit ad suas species per magis perfectum, & minus perfectum, quae non sunt uerae differentiae. Maior uero probatur ex eo, quod ubi uerum genus cum ueris speciebus inuenitur, oportet esse diuisiuius ipsius generis: & specierum constitutiuas differentias, ex eo autem quod diuisio est secundum artem, debet esse bimedbris, ut Boetius testatur. Hanc obiectionem excludit S. Tho. dicens, ma-

tur genus, modo tamen differet: una enim substantia separata conuenit cum alia in immaterialitate. Differunt autem ab inuicem in gradu perfectionis secundum recessum a potentialitate, & accessum ad actum purum. Et ideo ab eo, quod sequitur illas, in quantum sunt immateriales, sumitur in eis genus, sicut intellectus, uel aliquid huiusmodi. Ab eo autem quod sequitur in eis gradum perfectionis, sumitur in eis differentia, nobis tamen ignota.

se: & tanto est potentialius, quanto remotius est ab esse. Declaratur primo exemplariter, deinde ratione propositiones istae. Sortes distinctus realiter a suo esse existentiae habet plura praedicata quidditativa, scilicet substantiam, corpus, uiuum, animal, homo, & certum est, quod Sortes in quantum substantia, ualde elongatur a sua existentia: exigitur enim ad hoc quod Sortes sit, non solum quod sit substantia, sed etiam quod sit corpus. Cum autem acciperis Sortem in quantum corpus, uiciniorem apparetur ad existentiam habendum, licet adhuc satis elongetur ab illa. exigitur enim ad hoc quod Sortes sit, non solum quod sit substantia corporea, sed etiam quod sit uiuus. Et cum consideraueris Sortem ut uiuum, uidebis magis appropinquare ad esse, tamen adhuc remotus: exigitur enim ad hoc, quod Sortes sit, non solum quod sit substantia animata, sed etiam quod sit animal. Et cum inspexeris ipsum in quantum animal, proximiorum ad essendum inuenies, adhuc tamen remotus ex eo, quod exigitur ad hoc quod Sortes sit non solum quod sit substantia animata sensibilibus, sed etiam rationalis. Nihil enim potest in rerum natura sub aliquo genere contineri, quod non sub aliqua specie continetur. Cum autem consideratus fuerit ut substantia animata sensibilibus rationalis, tunc iam esse actualis existentiae suscipere potest: nihil enim aliud formale intrinsecum exigitur ad hoc quod sit, licet requiratur causa extrinseca, & proprietates indiuiduales, ut conditio existentis. Patent autem adducta praedicata ita se habere, quod semper id, quod propinquius se habet ad existentiam, comparatum ad remotius, se habet ut actuale ad potentiale: sicut homo ad animal, animal ad uiuum, uiuum ad corpus, corpus ad substantiam. Et ex consequenti id, quod proximius est ipsi esse, est actualis: illud uero quod remotius est ab esse, est potentialius, & sic patet utraque propositio exemplariter.

Ratione autem probatur. Cum enim esse sit actualis, omnium quae sunt in re, & tantae actualitatis, ut non nisi completet essentiae actus proprius sit, ad hoc quod essentiae eius receptiuum fiat, oportet intrinsece completam, & determinatam esse. Sicut ad hoc quod aer recipiat lumen, oportet prius, quod perficiatur a diaphaneitate: terminatur autem, perficitur, & completur substantia his praedicatis quidditatis. & ideo quanto praedicatum quidditatum erit magis essentiae determinatiuum, magis appropriabit ipsam ad hoc, quod sit receptiuum proprium ipsius esse. Et per oppositum, quanto praedicatum quidditatum est minus determinatiuum essentiae, tanto minus eam appropriat ad hoc, quod capax sit ipsius existentiae. Et quia unum quodque quanto est propinquius actuali sumo, tanto est actualius, & quanto remotius ab illo, tanto est potentialius: idcirco inter praedicata quidditativa talis est ordo, quod propinquius ipsi esse, est actualius: remotius uero, potentialius.

Sciendum est quo ad primum, Auerroem in libro de Substantia orbis, fundasse opinionem nobis contrariam, ponendo in materia prima, quae est pura potentia, accipi dimensiones interminatas. Ex hoc enim sequitur, non omne accidentis esse subiective in ente in actu.

Mouetur autem ad hoc opinandum rationibus plerisque ducentibus ad impossibile. Prima est. Dimensio interminata non est in materia coeterna sibi, ergo corpus sit ex non corpore, & dimensio ex non dimensione. & tunc vitiosa sequitur, ergo forma corporales, id est, dimensiones sunt sibi inuicem contrariae, & succedentes sibi inuicem in subiecto, sicut sibi inuicem succedunt formae substantiales in eadem materia: consequens est impossibile, ergo a de structione consequentis & c. Impossibilitas consequentis patet ex eo, quod neque motus, neque mutatio aliqua est ad quantitatem in terminatam. Augmentatio enim est ad quantitatem terminatam. Patet quoque ex eo, quod quantitati nihil est contrarium, ut dicitur in Praedicamentis. Consequentia autem probatur ex eo, quod omne quod fit ex suo contrario, seu priuatiuo, ut dicitur 1. Phys. text. Com. 64. & 5. eiusdem text. Com. 7.

Secunda ratio est ista. Quantitas interminata non est in materia, ergo materia non potest simul formas distinctas specie, aut numero recipere: consequens est falsum ad sensum, ergo. Consequentia probatur ex eo, quod diuersae formae non possunt simul recipi, nisi in diuersis partibus materiae: materia uero diuersis partibus caret ante quantitatis receptionem, substantia siquidem exclusiva

T. co. 15. & 17. & text. com. 4.

T. ca. 64. & 47. T. cap. 7.







ferunt non esse intelligenda vniformiter, sed difformiter. Individua enim differunt penes accidentia materialia dupliciter, uel quia vnum eorum habet vnum, & reliquum aliud: uel quia vtrunque habet idem, sed alio & alio modo. Verbi gratia. Sortes & Bertra differunt penes masculinum & femininum, ex eo, quod ille habet masculinitatem, illa femininitatem. Differunt quoque penes suas quantitates, non ex eo, quod ille sit quantus, & illa non: sed ex eo, quod non eodem modo sunt quantum. Nunquam enim inueniuntur duo quanta omnino similia, sicutis liquidem propriis differre necesse est. Quantitas ergo licet sit communis omnibus indiuiduis, quia tamen non vniformiter eis conuenit, est secundum quam indiuidua inter se differunt secundo modo, & hoc sufficit.

AD INTELLIGENTIAM Secundi notandum, quod passionem generum sunt duplices. Quaedam conuenientes eis ratione formae genericae, & quaedam ratione materiae. Illae quae sequuntur formam, vocatae sunt hic passionem generum, & non illae quae sequuntur eorum materiam: propterea quia natura generica ex sua forma est talis, & non ex materia: animal enim est animal ex sua forma, & non ex sua materia. Vnde cum in proposito, animalis passio rationem formae sit sensibilis, & ratione materiae masculinitas, uel femininitas, diuersis rationibus moti Arist. in Metaphys. & S. Thome, diuersimode locuti sunt. Quia enim est passio animalis ratione materiae, ideo vocata est ibi passio: quia autem non ratione formae, ideo hic non est dicta passio.

16. Met. T. c. 2. 7. Met. T. cap. 17. m 19.

¶ Similiter dicendum est de quantitate, quia sequitur corpus rationem materiae: sequitur enim ipsum secundum id quod est in potentia diuisibile, quod non est nisi materia, ut indiuisibilitas rerum immaterialium ostendit. Et nota quod haec secunda diuisio accidentium non differt a prima per membra diuisa (eadem enim sunt huius, & illius membra) sed secundum rationem: quia illa diuisio accepta est penes primas earum radices, materiam scilicet & formam: ista autem penes substantiam, quibus appropriantur, scilicet genus, speciem, & indiuiduum.

¶ Hic ponitur tertia diuisio accidentium, quaedam causantur ex principijs essentialibus substantiae secundum actum perfectum, quaedam secundum aptitudinem tantum. Illa accidentia vocat causari secundum actum perfectum ex essentialibus principijs, quae secundum suas actualitates ex intrinsicis principijs substantiae in ipso fluunt, ut calor in igne. Illa vero dicit causari secundum actum imperfectum, seu aptitudinem tantum, quae non secundum suas actualitates, sed secundum quasdam inchoationes ex principijs essentialibus substantiae in ipso fluunt, ut moueri sursum in igne, ex principijs eius causatur secundum sui inchoationem, puta, leuitatem. Differunt autem, quia prima & secundum suas aptitudines, & secundum se inseparabilia sunt a substantijs: secunda vero secundum se quidem sunt separabilia, secundum autem suas aptitudines non possunt se parari. Ab igne, n. neq; aptitudo ad calorem, neq; calor ipse separari potest in ipso remanente: motus autem sursum non semper inest igni, sed aptitudo ad motum sursum, puta, leuitas est inseparabilis ab ipso, & ca. horum est, quia in illis ipsa actualitas accidentis ex solis principijs essentialibus fluunt: in istis vero aptitudo tantum ex solis principijs essentialibus fluunt, ipsa autem actualitas aliunde expectatur ex aliquo, scilicet extrinsece concurrente vel agendo, vel non prohibendo, ut patet in exemplo dato de motu sursum, qui non inest igni, nisi aliquo concurrente extrinseco, remouente scilicet prohibes: & diaphaneitas non est actu in aere, nisi concurrente extrinseco illuminante. Lumen enim est actus diaphani secundum actum, ut dicitur 2. de Anima, tex. Com. 69.

T. c. 69. Prima Secunda q. 10. art. 1. d. 2.

¶ Profundior autem huius diuisio causam elicio ex prima Secunda q. 10. art. 1. ad secundum, quod scilicet ideo aliqua accidentia oriuntur ex principijs essentialibus inseparabiliter secundum actum completum, aliqua autem separabiliter secundum actum completum, & inseparabiliter secundum aptitudinem: quia illa sequuntur rei actualitatem, ista uero potentialitatem. Quod sic intelligitur: quia vnumquodque agit secundum quod est actu, patitur autem secundum quod est in potentia, ex sufficiente rei actualitate procedit quod accidens in se complete producat, & per oppositum ex insufficiente actualitate, & consequenter potentialitate, ex qua omnis sufficientia est, prouenit, quod res habet accidens in se secundum aptitudinem tantum, & quod ab illo expectet actualitatem, seu quod accidens separabile sit secundum actualitatem, quod idem est.

¶ Amplius cum esse, & bonum actualitatem sequantur, & non esse & malum potentiam, ex actualitate rei prouenire necesse est esse accidens perfectum, & inseparabile secundum actum, & aptitudinem: & per oppositum ex rei potentialitate procedere oportet in

complectionem accidentis, & separabilitatem eius secundum actum. Est. n. separabilitas ipsa quoadmodum non esse, cum nihil aliud sit, quod negatio necessitate sequela sui esse completi ad esse substantiae. Intellege autem tunc ut supra, scilicet, quod ex actualitate substantiae aptitudo est, ex potentialitate autem separabilitatis accidentis secundum suam actualitatem.

Aliquando uero secundum aptitudinem tantum: sed complementum accipiunt accidentia ex agente exteriori, sicut diaphaneitas in aere, quae completur per corpus

fluentia, sed potius ipsarum passionum, & aptitudinum actus, quos secundum incompletum esse aptitudines uocauit. Fecit autem hoc, quia aptitudo de se non habet rationem alicuius per se producti, seu producibilis. Nullum enim naturale producens intendit aptitudinem, sed aptum illius: non est nanque opus iustitiae, nisi ut rideatur. vnde & iustitias inchoatio quaedam rursus est. propterea igitur inter effectus essentialium principiorum aptitudo non est simpliciter posita, sed actus: quia non ipsa, sed eius actus est qui a principijs productus intenditur, & quia aptitudo nihil aliud est quam inchoatio quaedam, inchoatio autem est actus imperfectus: ideo accidentia secundum actum incompletum aptitudines uocantur.

ANTEQVAM Terminemus tractatum de diuersitate accidentium, quaeritur, An omne accidens habeat aliquod substantiam propriam, aut aliqua accidentia sint ita communia, quod nulli propria.

¶ Sit autem ratio dubitandi: quia si omne accidens est proprium alicui, cum proprium conueniat omni, soli, & semper, nullum accidens erit separabile ab eo in quo est. Inest enim soli, & semper proprio substantiae.

Amplius sequeretur, semper corruptionem cuiuscunque accidentis comitem fieri corruptioni substantiae, sicut corruptio ribi li corrumpitur homo. Patet consequentia, quia corruptio proprio, necesse est corrumpi illud cuius est proprium, aliter non conueniret ei semper: haec autem experiri esse falsa, ut patet in accidentibus communibus, & actibus secundis.

¶ Ex opposito autem, cum omne accidens sit diuisibile, & in definitione cadat substantiam, de quo accidens per se praedicatur, ut patet primo Posteriorum, & 7. Metaphy. oportet quod omne accidens habeat proprium, & per se substantiam: per se nanque supponit de omni, semper, & necessario.

AD HVIVS dubitationis euidenciam sciendum est, quod cum apud San. Thome in quaestione de virtutibus q. 1. art. 3. substantiam habeat triplicem habitudinem ad proprium accidens, scilicet substantiam ad substantiam, potentiam ad actum, & principium ad principium, sicut calor ignis non habet esse, nisi substantia in igne, & est forma accidentalis eius, & oritur ex ipso secundum quod participat istas conditiones, potest dici accidens substantiam, & secundum quod ab istis habitudinibus recedit, potest negari accidens substantiam. Vnde propter defectum primae, quae principalior est, dicitur in primo Posteriorum, quod nullum accidens est substantia in alio accidente, quia uidelicet nullum accidens potest sustentare aliud, sed sola substantia, quae est ens per se, alius fulcimentum praebet essendi. Quia autem aliquod vnum accidens potest comparari ad aliud, ut potentia ad actum, & quandoque ut proximum principium ad principium, & ideo conceditur etiam vnum accidens esse substantiam alterius, quemadmodum superficies dicitur substantiam coloris, quia est in potentia respectu coloris, & dulcedo esse in calido & humido, quia causatur ex calido & humido.

Quaestio de Virtutibus. q. 1. art. 3. c.

T. com. 38

¶ Potest ergo quadruplicem intellectum habere dubitatio mota. Primo potest intelligi, ut quaeratur, An omne accidens habeat proprium substantiam ut substantiam. Secundo, An habeat proprium substantiam, ut potentiam. Tertio, An habeat proprium substantiam ut principium. Quarto, An habeat proprium substantiam, ut substantiam potentiam, & principium simul.

SI QVAESTIO sit secundum primum sensum, respondetur negatiue, quod, si non omne accidens habeat proprium substantiam in ratione sustentantis, ut probant rationes primo inductae. Multa enim sunt accidentia, quae nullum proprium sustentans sibi vendicant, sed communiter multis insunt, ut eorum separatio ostendit. Separantur nanque a substantia substantia ea naturaliter remanente, quod de propriis accidentibus dici non potest. Eadem quippe substantia absque sui mutatione contraria sustentat, ut dicitur in Praedicamentis.

¶ Si autem iuxta secundum sensum dubitatur, respondetur affirmatiue, quod scilicet omne accidens habeat proprium substantiam in ratione propriae potentiae, eo quod quilibet actus respicit propriam

potentiam. Sicut enim actus respicit potentiam, sic talis actus ad talem potentiam, & actus specificus potentiam specificam: accidens autem omne actus quidem est, igitur omne accidens habeat propriam potentiam, cuius est actus. propter quod 3. Physic. tex. Co. 10. dicitur, potentia ad infirmitatem est alia a potentia ad sanitatem, eo quod sanitas est aliud ab infirmitate & 12. Meta. long. proculsi probatur, principia praedicamentorum esse eadem propositionabiliter, quia culibet actui propria respondet potentia.

T. c. 19. u. que ad c. 28.

¶ Si autem tertio sensu inquiratur, respondetur negatiue, quod scilicet non omne accidens habeat aliquod substantiam propriam in ratione principii proprii, eo quod habere substantiam propriam in ratione principii includit fluxum illius accidentis a tali substantia in genere causae efficientis eo modo, quo ducitur effectum ordinem inter se se habentium prius est causa effectiua eius, quod necessario primi productionem sequitur, siue istud substantiam sit receptiuum accidentis, ut quos, siue ut quod, patet quod non omne accidens fluit a suo receptiuo effectiue: sed multa sunt, respectu quorum receptiuum pure passiuum se habet, ut patet cum species rei sensibilis recipitur in medio, siue in sensu.

¶ Si autem quarto modo intelligatur quaestio, patet quid dicendum sit: negatiue enim respondere oportet.

¶ Sed aduertendum est, quod haec quae diximus, intelligi debent de accidentibus secundum se, sicut de acceptis actibus, & seorsum aptitudinibus. Loquendo namque de accidentibus, ut S. Thome in littera loquitur, scilicet non iudicando actualitates accidentium seorsum ab aptitudinibus, dicerem, quod omne accidens secundum suam radicalem aptitudinem habeat aliquod substantiam propriam in ratione substantiantis potentiae, & principii, licet non secundum suam actualitatem, eo quod aptitudo ad tale accidens non est, nisi a tali gradu substantia illi fluat mediate, vel immediate: & consequenter nisi in tali gradu substantiae sustentet immediate, uel mediate. Verbi gratia, Lumen secundum suam actualitatem & substantiam, licet sit ab extrinseco, & sit accidens separabile, tamen secundum suam inchoationem, seu radicalem aptitudinem, puta, diaphaneitatem, est inseparabile, & fluit a certo gradu substantia communis superioribus, & inferioribus. Et similiter sedere, si et sit accidens per accidens, tamen secundum suam aptitudinem in est proprium, & non natum conuenire nisi certo entri, puta, animalitati & c. fluit. aptitudo ad sedendum ex suis principijs. Similiter & uideri, licet sit accidens separabile, radicalis tamen aptitudo ad uidentum, separari a tali animali non potest.

¶ Ex his patet, quomodo ad vtranque partem rationes adducere ueum concludunt diuersimode. Nam loquendo de accidentibus secundum suas essentias, & actualitates, conclusio rationum primo adductarum conceditur, accipiendo substantiam in ratione sustentantis, & principii. In ratione autem potentiae falsa est conclusio, ut dictum est. Nec probatio contra hunc applicata sensum ualeat, eo quod cum dicitur, quod proprium conuenit soli, omni, & semper, intelligitur de ipso proprio non secundum suam actualitatem, sed secundum aptitudinem. Et similiter cum dicitur, quod ad corruptionem proprii definit substantiam, intelligitur, si corrumpitur secundum aptitudinem, non autem secundum actum, vniuersa liter loquedo. Vel dicitur, quod inseparabilitas, & huiusmodi non conuenit accidenti, ut respicit substantiam in ratione propriae potentiae, sed ut sustentantium, & principium. Loquendo autem de accidentibus secundum suas aptitudines, patet quomodo rationes peccant. Dico enim quod nullum accidens est separabile secundum aptitudinem radicalem saltem, sed eorum substantiam necessario, & quod corrupto accidente secundum talem aptitudinem oportet substantiam corrumpi. Ratio autem in opposito adducta concludit, quod omne accidens habeat substantiam, de quo per se praedicatur secundum se, uel secundum suam aptitudinem. Cum enim eius sit actus, cuius est potentia, ut dicitur in Somno & uigilia, idem substantiam erit quod cadit in definitionem accidentis secundum aptitudinem, & secundum actum: sicut homo debet poni non solum in definitione iustitiae, sed et in illius. Stant ergo ista duo simul, quod accidens secundum suam actualitatem non habeat proprium substantiam, cui vniuersaliter soli, & semper inest, & tamen habeat proprium substantiam, per quod distinguatur ab eo, quod secundum substantiam sufficit, quod secundum se, uel secundum suam aptitudinem per se de illo substantiam

Ad praedicatur. Ad primum uero sufficit accidens secundum se tantum non praedicari per se de substantia.

¶ In hac tertia parte capituli huius determinatur, quomodo accidentia se habeant ad intentiones logicas. Et primo, quomodo se habeant ad esse in praedicamento, deinde uidebuntur in eis genus, & differentia. Quo ad primum ponit duas conclusiones, scilicet. Accidentia in concreto non sunt proprie in praedicamento, quae compositum significat, proprie in genere esse dicuntur, si cut genera, uel species, ut homo, uel animal: non autem forma, uel materia est in praedicamento hoc modo, nisi per reductionem, sicut principia in genere principiatorum

¶ AD QVARTVM euidenciam sciendum est, quod accidentia habent vnum modum essendi, scilicet esse in alio: non enim sunt, nisi inest alicui.

¶ Habent autem duos modos intelligendi, eo quod intellectus est natus ea, quae sunt aduata in re, diuidere. Intelligitur enim quandoque cointelligendo sibi substantiam, cui insunt, & intelliguntur per modum accidentis, eo quod accidentis esse est in alio esse. Quandoque uero intelliguntur solitarie non cointelligendo, scilicet per eis substantiam, cui secundum rem insunt, & tunc intelliguntur per modum substantiae, eo quod esse per se, id est, solitarie, solitarie substantiae conuenit, accidentia enim semper comite essent. Cum autem modus significandi non funditur super modo essendi, sed intelligendi, sicut habent duos modos intelligendi, sic habent duos modos significandi. Vnde significatur quandoque con significando substantiam, & tunc significatur per modum accidentis, & uocatur significata in concreto, ut album, nigrum & c. Quandoque uero significatur ipsa sola, absque substantia, scilicet substantia con significando, & tunc significatur per modum substantiae, & uocatur significata in abstracto, ut albedo, & nigredo. Abstractum enim & concretum in accidentibus, licet differant in modo significandi, id est, penes con significate substantiam, & non con significare illud, conueniunt tamen in significacione ipsius formae accidentalis. Album, n. puram qualitatem significat, sicut in praedicamentis dicitur, sicut & albedo, sed album significat albedinem in substantia, albedo autem significat albedinem absque illo. Quia igitur accidentia in concreto totum conueniunt important, puta, sicut album albedinem in substantia, conueniunt autem hoc non est vnum per se, sed vnum & ens per accidens, id autem quod in praedicamento reponitur, debet importare vnum & ens per se, cum praedicamenta diuidantur ens per se, 5. Metaphy. tex. Commen. 14. ideo accidentia in concreto non proprie reponuntur in praedicamento. Et hoc est ratio, quia in littera, prima conclusio probatur, quae sic formari potest. Nullum nomen importans ens & vnum per accidens, est proprie in praedicamento: concretum accidentale importat vnum & ens per accidens, ergo nomen concretum accidentale non ponitur in praedicamento proprie, & per se. Ad declarationem Minoris ponitur de substantia inter concretum accidentale, & substantialem in hoc, quod concretum substantiale importat compositum ex materia & forma, & tale est vnum per se: & ideo reponitur in praedicamento ut genus, uel species: accidentale uero importat ex substantia compositum & accidente, quod est vnum per accidens, ex accidente enim & substantia non sit nisi vnum per accidens ut dicitur 7. Metaphy. sicor. & ideo non debet poni in praedicamento, nisi reductiue, & 14. eo modo quo res impura ad suam puritatem naturae reductur.

T. c. 14.

T. c. 18. & 14.

¶ Et sic remanet secunda conclusio vera, quod accidentia, scilicet in abstracto, in praedicamento speciei & generis praedicacionem suscipiunt, aliter omnino a praedicamentis accidentia sunt excludenda.

¶ CVM Autem audis, abstractam solum formam importare, non ideo hoc dictum putes, quod abstractum substantiam formae a se omnino excludat, hoc enim falsum est: sed ideo quia abstractum ex modo suo significandi, quo solo differt a concreto, non includit substantiam principaliter, sed secundario, & ex consequenti. Quod ex conuenientia, & differentia inter ea ex modo significandi per se potest. Conueniunt enim in hoc, quod tam abstractum, quam concretum ex modo significandi importat duo, scilicet, quod, & quo, seu substantiam, & formam. Idem enim importat diffinitio, & diffinitio, licet alio modo. Diffinitio autem utriusque importat vtrunque dictorum, ut exemplariter patet: significare enim dicitur curiuitatem nasi, & simum, nam curiuitatem. Quod autem hoc sit ex modo significandi, ex eo clarum est, quod abstractum, quam concretum puram formam significat, ut in praedicamentis testatur Aristoteles. Differunt autem abstractum & concretum ex uarietate

S. Thome de Ente & essen. E 2 rietate

rietate modi significandi in hoc, quod concretum importat ex modo significandi principaliter subiectum, & secundario formam: abstractum vero principaliter importat formam, & ex consequenti subiectum.

¶ Adverentia nãque est, quod contrario ordine se habent subiectum, & forma ad significandem nominis concreti, & ex modo significandi. Importat enim concretum ratione significationis primo formam, & subiectum non, nisi ex consequenti copula. Quo ad modum vero significandi primo subiectum, & ex consequenti formam ut patet. Cuius signum est, quod in diffinitione concreti exprimitur primo subiectum, & quod prima pars est diffinitiva, & forma secundo loco ponitur quasi differentia. Dicimus namque quod simum est nasus curvus. Abstractum vero & ex significandem primo formam importat, secundario autem ex eo consequenti subiectum. In cuius signum in eius diffinitione forma ipsa primo exprimitur ut genus: subiectum autem secundario, loco differentia, ut patet cum dicitur, simitas est curvitas nasi. Oritur autem hæc differentia ex eo, quod concretum importat habitudinem inter subiectum & formam, prout incipit a subiecto, & terminatur ad formam. Abstractum vero importat habitudinem inter formam & subiectum, prout incipit a forma, & terminatur ad subiectum, ut in exemplis datis apparet. Ex hoc enim quod dicitur habitudine importata per concretum, importatur ex modo significandi, ut incipiens a subiecto, sequitur quod primo importet subiectum, a quo incipit: & similiter ex hoc quod habitudo importata per abstractum, ut patet ex modo significandi, ut incipiens a forma, consequens est, ut primo importet formam, a qua incipit. Causa enim huius diversitatis est, quia concreta ad composita significanda sunt inventa: compositio autem a subiecto oritur. Abstracta vero inventa sunt ad significandas formas apud nos inventas, simplices quidem, sed a quibus denominatione ad subiecta derivatur. Unde & concreta compositum quid sonat: abstracta vero formas, ut cadentes tamen ad subiecta. Non igitur propterea dicitur est, quod abstractum solum formam importet, quia nullo modo copulat subiectum: sed quia ex modo significandi compositum non sonat, nec principaliter importat ipsum subiectum, quemadmodum concretum, sed extrinsecus tantum rem nam habitudinis formam significat.

¶ ADVERTIB hic, quod de abstracto, & concreto quomodo sunt in predicamento, aliter Metaphysicus, & aliter Logicus iudicabit. Cum enim apud Metaphysicum, qui res secundum suas essentias considerat, & non secundum modos intelligendi, vel significandi, abstractum & concretum non differant, eo quod eadem res abstracte, & concrete sit significata, dicitur ipse sicut abstractum ita & concretum in genere esse: res enim per suam essentiam ingreditur, vel egreditur genus metaphysice sumptum, id est, per rem generis, & non per modum significandi. Unde non dicit Metaphysicus album ens per accidens, sed hoc album, ut patet 5. Meta. tex. C6. 15. & 14. & 7. eiusdem tex. C6. 16. Logicus autem, qui non res secundum suas naturas, sed secundum intentiones adiectas primis intellectibus considerat, dicitur abstractum esse in genere: concretum vero non, quia res nomine abstracto significata potest denominari species, ut albedo, & genus, ut color: concretum vero non potest aliter modi significandi, ut dicitur est. Causa autem quare aliter modi significandi hæc veritate Logico præbeat est, quia modus significandi præterdit seculas intentiones, & fundat quodammodo ipsas. Licet enim in modo significandi, quam secunda intentio conveniant in hoc, quod sequantur se non secundum se, sed ut intellectus prius tamen rem ut intellectam sequitur modus significandi, quam secunda intentio, eo quod modus significandi nihil aliud est, quam signum modi intelligendi, sicut vox significans est signum rei intellectæ. Unde sicut vox significativa prius sequitur rem intellectam, quam secunda intentio: ita eius modus significandi modum intelligendi, ut totus ordo pertinentium ad nomina primæ intentionis præcedat ordinem eorum, quæ pertinent ad nomina secundæ intentionis. Quia igitur secundæ intentiones res ut intellectas, & significatas denominant, & non absolute: ita eandem rem diversimode intellectam, & significatam, denominari species, & non spem, & consequenter esse dicitur in predicamento, & non esse directe in eo, sicut eadem natura humana significata nomine hominis, species est, significata vero nomine humanitatis species non est, sed speciei principium. Unde in

proposito apud Logicum res illa, quæ albedinis nomine intelligitur diversimode significata, in predicamento esse affirmatur, & negatur. Si enim in abstracto significatur, cum sit speciei denominationem habeat, in predicamento reponitur: autem in concreto significatur, cum sit speciei, vel generis denominationem non habeat, quia rem extraneam ex modo significandi includit, in predicamento directe esse se negatur. Et quia in tenio S. Tho. est declarare, quomodo accidentia se habeant ad intentiones logicas, & non ad cuius generis rem pertineant: ideo concretum accidentale a predicamento separavit. CVM his omnibus advertas, quod aliquid quod fit reponitur in predicamento dupliciter, uno modo ut reponendi ipsi in predicamento alio modo ut conditio sine qua non. Ratio reponendi re in genere, siue specie tã apud Logicum, quam apud Metaphysicum est essentia illius rei. Res enim per suam essentiam ad genus & spem definitur: conditio autem sine qua non, est modus ipse significandi. Et in predicamento quidem substantia conditio sine qua res non suscipit generis, vel speciei, & denominationem, est modus significandi in concreto. In predicamento autem accidentium conditio sine qua non, est modus significandi in abstracto: propterea cum dicitur est, concretum accidentale non directe reponitur in predicamento apud Logicum, intelligit hoc propter defectum conditionis sine qua non, & non propter defectum rationis reponendi. Et similiter cum dicitur, quod humanitas, & universality abstractum substantiale non est in genere substantia, intelligit propter defectum conditionis sine qua non, & non rationis reponendi.

¶ Hic declaratur unde in accidentibus sumantur genus, & differentia propositionibus tribus Prima est. Genus & differentia non sumuntur in eis ex materia, & forma. Secunda est. Primum genus, sumitur ex proprio modo essendi, quo predicamentum ipsum pars entis constituitur. Tertia est. Differentia sumuntur in accidentibus ex diversitate propriorum principiorum. Prima patet sic. Incompositum ex materia, & forma non potest habere genus sumptum a materia, & differentiam a forma: sed accidentia sunt incomposita ex materia & forma: igitur non potest in eis sumi genus a materia, & differentia a forma, sicut fit in substantiis compositis: quod qualiter intelligendum sit, supra dictum est. Secunda patet sic. Primum genus oportet explicare essentiam sui propriam potentiam quæ est in ea, sicut ultima differentia debet explicare essentiam secundum ultimum actum: sed essentia accidentis secundum modum illum, quo pars entis constituitur, habet propriam potentiam: ergo ex illo modo sumendum est genus primum. INTELLENDVM Est hic primo, ens dividi per quosdam modos in predicamento, sicut quodammodo genus in species per differentias, ita quod sicut species per id, quo generis partes efficiuntur in esse specifico, constituantur in predicamento: a per id, quo partes entis sunt, in esse generalissimo constituantur, & ideo modi proprii quibus ens ad quodlibet predicamentum descendit, sunt illi, penes quos prima genera constituta sunt. Sunt autem istiusmodi per substantivum, mensurativum, dispositivum, relativum, & similia. Et dicitur 5. Meta. tex. com. 14.

¶ NOTANDVM Est secundo, quod cum genus sumatur a re secundum id quo habet rationem determinabilem, primum genus sumendum est a re secundum id, quo primo habet rationem determinabilem: primo autem habet rationem determinabilem res secundum sui gradum concepta. Primum autem gradus rei is est, quem res ex modo illo sortitur, quo proprii sibi locum inter partes entis vendicat: & ideo primum genus sumptum ab illo modo entis importat rem, ut primi determinabilem: & propterea ista se consequuntur, summa re secundum propriam potentiam eius, id est, secundum id, quo primo habet rationem determinabilem, & summa re secundum modum illum, quo entis pars sit. Et sic patet assumpta ratio.

¶ Hic ponitur tertia propositio. scilicet quod differentia sumuntur in accidentibus ex diversitate propriorum principiorum, & declaratur a posteriori. Signum, nam quod differentia sumantur ex diversitate propriorum principiorum, est, quod in diffinitione accidentis in abstracto, quæ proprie habet genus & differentias, subiectum ponitur loco differentie: hoc enim non esset, nisi accidentia differrent penes sua propria principia. Propterea, nam propria passiones differunt inter se, quia principia subiecti, ex quibus causantur, inter se differunt.

¶ Et quia posset aliquis signum hoc inficari, dicens quod subiectum proprium quandoque ponitur in diffinitione proprii accidentis loco generis, & non differentie: ideo ad hanc objectionem excludendam subicitur, Licet econverso esset, & vult dicere, quod licet ita sit, quod quandoque ponatur subiectum in diffinitione proprii accidentis loco generis, & non differentie: quia tamen hoc non fit, nisi cum accidens in concreto diffinitur, quod ut sic non est in genere, ideo hoc non obstat nostræ sententiæ: quia accidentis differentia secundum quod in predicamento est, unde sumenda sit, declaravimus. Causa enim, quare in diffinitione accidentis in concreto subiectum ponitur loco generis, non est ipsa natura accidentis, ita quod subiectum eius essentia pro genere sibi vendicat, sed est modus eius significandi. Quia enim concretum ex modo significandi importat totum conueniens, scilicet, & subiectum: ideo per modum rerum diffinitur compositum, in quibus genus sumitur a materia, & differentia a forma. & propterea subiectum, cum se habeat ut materia, loco generis ponitur: & natura accidentis, cum se habeat ut forma, loco differentie ponitur, & dicitur, sumum est nasus curvus: non sic autem est, cum diffinitur accidens in abstracto: tunc enim ponitur ut genus id quod essentia ipsius accidentis determinat sibi ut genus, & ponitur loco differentie id, a quo accidens secundum naturam suam specificam differentiam trahit, scilicet subiectum proprium, & dicitur, simitas est curvitas nasi. Manifestum quoque sit hoc, scilicet, quod differentia accidentium sumuntur ex diversitate principiorum propriorum non solum quando accidens immediate causatur a substantia, sed etiam quod vni accidens est alterius principii proprii: tunc enim differentias fortuntur accidentia causata penes diversitatem accidentium causantium, ut patet de relationibus, quarum differentia attenditur penes sua fundamenta, scilicet, causa, putat, actionem, passionem, & quantitatem, ut patet ex diffinitione relationum facta ab Aristotele 5. Meta. tex. com. 20. Et per hoc excluditur obiectio alia, quæ posset fieri de secunda, & tertia passione eiusdem subiecti. Posset enim aliquis obicere, quomodo alia est differentia secundæ passionis a differentia primæ, si ex principii ex quibus sunt passio, differen-

tia sumitur, quandoquidem eadem sunt principia, a quibus fluunt prima, & secunda. Excluditur enim hæc obiectio per hoc, quod dictum est, quod quando vnum accidens est principium alterius, differentia posterioris accidentis non ex diversitate remotorum principiorum, sed propriorum attenditur: & ideo cum prima passio sit principium secundæ, non sunt eadem propria & immediata principia primæ, & secundæ. ¶ Quia posset tertio aliquis dubitare de hoc, quod dictum est, scilicet, licet, quod differentia accidentium sumuntur ex eorum propriis principii, ex hoc quod quandoque sumimus eorum differentias ab effectibus: sicut albedinis & nigredinis differentias dicimus congregare & disgregare vitium, ideo ad hanc dubitationem tollendam dicitur, quod hoc contingit non ex natura ipsorum accidentium, sed ex nobis, quibus propria principia accidentium occulta cum sint, opus est ex effectibus notioribus differentias sumere, quæ differentias veras quodammodo nobis insinuant, sicut in exemplo proposito liquet. Albedo enim, & nigredo differunt a priori ex abundantia, & paucitate lucis. Lux enim in opaco corpore existens aequaliter obumbrata, albedinem constituit, valde autem offuscata nigredinem: a posteriori autem differunt congregatione & disgregatione vitium. ex hoc enim contingit disgregare, quia ibi est laus de luce, & non econverso. Et quia abundantia, & paucitas lucis non ita nobis manifestæ sunt, sicut congregare & disgregare: ideo loco proprii differentiarum, congregatum & disgregatum ponimus dicentes. Albedo est color disgregativus vitium, nigredo vero congregativus. ¶ HIC ADVERTAS, Quod non dixit subiectum esse differentiam accidentis, sed poni loco differentie: habent enim proprium genus, & propriam differentiam sui generis, quæ tamè abique subiecto non possunt explicari complete: & ideo omnino oportet subiectum in diffinitione accidentis cadere, ut dictum est. Vitium epilogus sit eorum, quæ dicta sunt, in quorum explanatione meam opinionem ita prolatam esse volo, ut ubi veritati consentanea invenera non fuerit, ingenio & ætati v. n. a detur, adolescentiã n. adhuc ago. Vbi autem veritatis tramite secuta videbitur, gratiarum debita actiones diuo Thomæ habeantur, a quo quicquid veri est, didici.

¶ Sed quia propria principia accidentium non semper sunt manifesta: ideo quandoque sumimus differentias accidentium ex eorum effectibus, sicut congregativum & disgregativum vitium dicuntur differentie coloris, quæ causantur ex abundantia, & paucitate lucis, ex qua diversa species coloris causantur. Sic ergo patet, quomodo essentia est in substantiis, & accidentibus: & quomodo in substantiis compositis, & simplicibus: & quomodo intentiones logicæ universales in eis inveniuntur, excepto primo principio, quod est infinitæ simplicitatis, cui non convenit ratio generis, vel speciei, & per consequens nec diffinitio propter suam simplicitatem, in quo sit finis, & consummatio huius sermonis.

F I N I S.

Commentariorum Thomæ de Vio Caietani Cardinalis Sancti Xisti, in librum D. Thomæ Aquinatis, de Ente & Essentia.

SERIES CHARTARVM.

A B C D E.

Omnes sunt Quaterniones, præter E, qui est Duerni

R O M A E,

Apud Iulium Accoltum. M. D. LXIX.

¶ Et

D I V I  
T H O M A E A Q V I N A T I S  
D O C T O R I S A N G E L I C I  
I N L I B R V M D E C A V S I S , E X P O S I T I O .

L E C T I O P R I M A .

Cap. 10.

**S**icut Philosophus dicit in 10. Eth. ultima felicitas hominis consistit in optima hominis operatione quae est superem potentia. i. intellectus, respectu optimi intelligentis: quae vero effectus per causam cognoscitur. manifestum est quod ea secundum sui naturam est magis intelligibilis quam effectus. Et si aliquando quo ad nos effectus sunt notiores causas: propter hoc quod ex particularibus sub sensu cadentibus uniuersalium & intelligibilium causarum cognitionem accepimus. Oportet igitur, quod simpliciter loquendo primae rerum cause sint secundum se maxima & optima intelligibilia, eo quod sunt maxima entia & maxima vera, cum sint alii effectus & veritatis causa, ut patet per Philosophum in 2<sup>o</sup> Metaphysicae.

Tex. c. 2.

quibus huius primae cause sint minus & posterioris nota: quo ad nos. Habet enim se ad ea intellectus nostrus, sicut oculus nostrus ad lucem Solis, quia propter excellentem claritatem perfecte percipere non potest, oportet igitur quod ultima felicitas hominis quae in hac vita haberi potest, consistat in consideratione primarum causarum, quia illud modicum quod de eis sciri potest est magis amabile & nobilius omnibus his quae de rebus inferioribus cognosci possunt, ut patet per Philosophum in primo de partibus Animalium. Et quia haec cognitio in nobis perficitur post hanc vitam, homo perfecte beatus constituitur secundum illud Euangelium. Haec est vita aeterna, ut cognoscant te Deum verum viuum. Et inde est, quod philosophorum intentio ad hoc principaliter erat, ut per omnia quae in rebus considerabant ad cognitionem primarum causarum peruenirent. Unde scientiam de primis causis ultimo ordinabant cuius considerationi vltimum tempus suae vitae deputarent. Primo quidem incipientes a Logica quae modum scientiarum tradit. Secundo procedentes ad Mathematicas: cuius etiam pueri possunt esse capaces. Tertio ad Naturalem philosophiam, quae propter experientiam tempore indiget. Quarto ad Moralem philosophiam: cuius iuuenis esse conueniens auditor non potest. Vltimo autem scientiam Diuinam insisterant, quae considerat primas entium causas. Inueniuntur igitur quaedam de primis principis conscripta per diuersas propositiones distincta, quae per modum sigillarum considerationum aliquas veritates, & in graeco quidem inueniuntur, in traditis lib. Proculi Platonici continentur ducentas & 9. Propositiones, qui iunctim & Eleua

tio theologica. In arabico vero inuenitur hic Liber, qui apud Latinos de causis dicitur, quem constat de arabico esse translatum, & in graeco penitus non haberi. Unde videtur ab aliquo philosophorum arabum ex praedicto lib. Proculi excerptus, praeterquam quia omnia quae in hoc libro continentur, multo plenius & diffusius continentur in illo. Intentio igitur huius libri qui de causis dicitur, est determinare de primis causis rerum: & quia nomen cause ordinem quandam importat, & in causis ordo ad invicem inuenitur, praemittit quasi quoddam principium totius sequentis operis quaedam propositionem, ad ordinem causarum pertinentem, quae talis est. Omnis causa primaria plus est influens super suam causam quam causa secunda uniuersalis. Ad cuius manifestationem unum corollarium inducit, per quod manifestatur primum, sicut per quoddam signum. Unde subdit. Cum ergo remouet causa uniuersalis virtutem suam a re: causa vltima prima non auferit virtutem suam ab ea, & ad huius probationem inducit secundam dicentem, quod est, quia uniuersalis causa prima agit in causam causae secundae, antequam agat in ipsum causam uniuersalis secundae, & ex hoc concludit quod secundo positum est & conuenienter. Necessario est enim id quod prius aduenit, vltimo abscedere. Videmus enim ea quae sunt priora in compositione, esse vltima in resolutione.

L I B E R D E C A V S I S ,  
L E C T I O P R I M A .

**M**nis causa primaria plus est influens supra causam suam quam causa uniuersalis secunda. Cum ergo remouet causa uniuersalis secunda virtutem suam a re: causa uniuersalis prima non auferit virtutem suam ab ea. Quod est, quia causa uniuersalis prima agit in causam causae secundae: antequam agat in ipsum causam uniuersalis secundae, quae sequitur ipsum. Cum ergo agit causa secunda quae sequitur causam: non excluditur ipsius actio a causa prima quae est super eam: & quando separatur causa secunda a causato quae sequitur ipsum: non separatur ab ea prima causa, quae est supra ipsam: quoniam est causa ei. Et nos quidem exemplificamus illud per esse, & viuum, & hominem. Quod est: quia oportet ut sit res esse primo, deinde viuum: postea homo. Viuum ergo est causa hominis propinqua: & esse est causa eius longinqua. Esse ergo, vehementius est causa homini quam viuum: quoniam est causa viuo, quod est causa homini: & similiter quando ponis ratio-

nalitatem esse causam hominis, est esse vehementius causa homini magis quam rationalitas: quoniam est causa causae eius. Et illius quod significatio est, quoniam quando remoues virtutem rationale ab homine: non remouet homo: & remanet viuum spirans sensibile. Cum autem remoues ab eo viuum: non remanet viuum, & remanet esse: quoniam esse non remouetur ab eo, sed remouetur viuum, quoniam causa non remouetur per remotionem causati sui. Remanet ergo adhuc esse. Cum ergo indiuiduum non est homo, est animal, & si non est animal: est esse tantum. Iam ergo manifestum est & planum, quod causa longinqua est prima, & prima, est plus comprehedens, & vehementius causa rei, quam causa propinqua. Et propter id fit eius operatio vehementioris adhaerentiae cum re, quam operatio causae propinqua. Et hoc quidem non fit secundum hoc, nisi quia res in primis non patitur nisi a virtute longinqua. Deinde patitur a secunda virtute quae est sub prima.

**S**ic igitur intentio huius Propositionis in his tribus consistit. Quorum primum est, quod causa prima plus influat in effectum quam secunda. Secundum est, quod impressio causae primae tardius recedit ab effectu. Tertium est, quod prius ei aduenit: quae quidem tria praedicta proponit in duabus propositionibus. Primum in prima propositione sui libri, quae est talis. Omne quod producit a secundis causis prioribus & uniuersalioribus, producit eminentius, a quibus & secunda producebantur, alia vero ponit in sequenti Propositione, quae talis est. Omnis causa & ante causatum operatur, & post ipsum plurimum est substantium. His autem tribus praemissis ad ea manifestanda procedit. Primo quidem per exemplum. Secundo per rationem ibi: & causa prima adiunget. Exemplum autem videtur pertinere ad causas formales, in quibus quae forma est vltior, tanto prior esse videtur. Si igitur accipiamus aliquem hominem. Forma quidem specifica eius attenditur in hoc quod est rationalis. Forma autem generis eius attenditur in hoc quod est viuum vel animal. Vltimus autem id quod est

Th. de Causis. A omnibus

omnibus esse esse. Manifestum est autem in generatione vniuersi particularis hominis, quod in naturali subiecto primo inuenit esse, deinde inuenitur vniuersum: postmodum autem est homo: prius enim ipse est animal quod homo, ut dicitur in 2<sup>o</sup> de generatione Animalium. Rursus, quia in via corruptionis primo amittit vsum rationis & remanet viuus & spirans. Secundo amittit vium & spirans, & remanet ipsum ens, quia sic corrumpitur in nihilum, & sic potest intelligi hoc exemplum secundum viam generationis & corruptionis alicuius individui, & haec est eius intentio, quod patet ex hoc quod dicitur. Cui ergo individuum non est homo, id est secundum actum proprium hominis est animal, quia adhuc remanet in eo operatio animalis, quae consistit in motu & sensu, & cum non est animal est esse tantum, quia remanet corpus penitus inanimatum: verificatur hoc exemplum in ipso rerum ordine. nam priora sunt essentia in viuentibus, & viuentia hominibus, quia remoto homine non remouetur animal secundum continentiam, sed e converso, quia si non est animal non est homo, & eadem ratio est de animali & esse. Secundo ibi.

**b** Probatur etiam praedicta per rationem. Primum autem scilicet quod causa prima plus influat quod secunda, sic probatur. Eminentius contingit aliquid quod est causa quod causatur. Sed operatio qua secunda causa causat effectum, causatur a causa prima. Nam cum prima adiuuat causam secundam faciens eam operari. Ergo huius operationis secundum quam esse producitur a causa secunda, magis est causa prima quod causa secunda. Proculus autem expressius hoc sic probat. Causa enim secunda cum sit effectus causae primae, substantiam suam habet a causa prima. Sed a quo habet aliquid substantiam ab eo habet potentiam suae virtutis operandi. Ergo causa secunda habet potentiam suae virtutis operandi a causa prima. Sed causa secunda per suam potentiam vel virtutem est causa effectus. Ergo hoc ipsum quod causa secunda sit causa effectus, habet a prima causa. esse ergo causam effectus inest primo primae causae. Secundo autem causa secunda. Quod autem est prius in omnibus est magis, quia perfectiora sunt priora naturae. Ergo prima causa est magis causa effectus quod causa secunda: secundum quod impressio causae primae tardius recedit ab effectu. Probatur ibi.


**c** Et inducit talem rationem. Quod vehementius inest, magis inhaeret. Sed prima causa vehementius imprimit in effectu quod causa secunda, ut probatur est. ergo eius impressio magis inhaeret. ergo tardius recedit. Tertium scilicet prius adueniat. probatur ibi.

**d** Tali ratione. Causa secunda non agit in causatum suum nisi virtute causae primae, ergo & causatum non procedit a causa secunda nisi per virtutem causae primae. Sic ergo virtus causae primae dat effectum secundae, ut attingatur a virtute causae secundae. Prius enim attingitur a virtute causae primae. Hoc autem vno modo Proculus sic probat. Causa prima est magis causa quod secunda, ergo est perfectioris virtutis. Sed quanto virtus alicuius causae est perfectior, tanto ad plura se extendit. ergo virtus causae primae ad plura se extendit quod virtus causae secundae. Sed id quod in pluribus est, prius est etiam adueniendo, & vltimum in recedendo. ergo impressio causae primae prius aduenit, & vltimum recedit. Est autem considerandum in quibus causis haec propositio habeat veritatem. Et si quidem ad genera causarum quaestio referatur: manifestum est quod habet veritatem in quolibet genere causarum suo modo. Et in causis quidem formalibus, exemplum inductum est, in causis autem materialibus similis ratio inuenitur. Nam id quod primo subsistit ut materia, causa est propinquiori modo, ut & ipsa materialiter subsistat, sicut materia prima elementis, quae sunt quodammodo materia mixtorum corporum. Ostendit idem esse & in efficientibus causis. Manifestum est enim, quod quanto aliqua causa efficiens est prior, tanto eius virtus ad plura se extendit. vnde oportet ut proprius effectus eius color sit, causae vero secundae proprius effectus in paucioribus inuenitur. vnde & particularior est. Ipsa enim causa prima producit, vel mouet causam secundo agentem, & sic fit ei causa ut agat. Inueniuntur igitur praedicta tria, quae tacta sunt, primordiallyter

quidem in causis efficientibus, & ex hoc manifestum est quod derivatur ad causas formales: vnde & hic ponitur verbum influentem, & Proculus utitur verbo productionem, quae exprimit causalitatem causae efficientis. Quod autem ex causis efficientibus derivetur ad causas materiales, non est adeo manifestum, eo quod causae efficientes, quae sunt apud nos non producant materiam sed formam. Sed si consideremus causas vniuersales cum quibus procedunt & materialia rerum principia, necesse est quod hic ordo deriuetur & ad materiales causas ex causis efficientibus. Quia enim prima causa & suprema causa est efficacia seu causalitas ad plura se extendit, necessarium est quod id quod primo subsistit in omnibus sit a prima omnium causa. deinde a causis secundis adduntur dispositiones, quibus materiae appropriatur in quibus rebus, quod etiam vtrumque in his, quae apud nos sunt apparent. Nam omnibus artificialibus materiam

Iam ergo manifestum & planum, quod causa longinqua est vehementius causa rei quod causa propinqua, quae sequitur eam, & quod ipsa influat virtutem suam super eam, & conseruat ipsam, & non separatur ab ea separatione suae causae propinqua, immo remanet in ea, & adheret ei adherentia vehementi, secundum quod ostendimus & exposuimus.

LECTIO II.



Mne esse superius, aut est superius aeternitate, & tamen ipsam, aut est cu aeternitate, aut post aeternitate & supra tempus. Esse vero quod est ante aeternitate, est causa prima, quoniam est causa eius. Sed esse, quod est cum aeternitate

